iuriſdõne tãquam Tribunal Audito-
riũ,& conſiſtorium vnius ſit quoque
alterius. Vna ſit eorũ perſona,unum
ſit caput,vnũ quoq; corpus,unũ of-
ficiũ, vnus iudex,vnũ iudicium, vnũ
agens,& vna actio,c.Romana,de ap-
pel.in 6.c.non putamus cũ gl. in ver.
videatur, & vtrobiq; Canoniſtæ, de
conſue.eo.lib.6.c.1.vbi ẽt Doc.de of.
Vic.eo.lib.gl.cle.2. vbi ẽt Doc.de re
ſcri.Rot.deci.8.de of.vic.in vlt.Abb.
cõſ.21.num.2.par.1. Ant. de Pret.d.
trac.de iuriſd.epiſ.c.7.Meno.cõſ.51.
nu.2.cũ ſeq.vol.1.Brugẽ.enchir. par.
aut ſim.iur.in ver.iudiciũ.Ad forum
Vicarij epiſcopalis,qꝫ frequẽs eſt, &
amplũ,ſed parum ab interpretib.tra-
19 ctatũ,ſecundũ Rebuf.prac.benef.ti.
coll.plur. fie.poſ. Mandoſ.reg. Can-
cel.14.reſeruat.q.6.nu.3.in fi. Nactus
ociũ meam extẽdi curã, & more ma
iorũ,qui operã dederunt libros ordi
nis dignitatis,& iuriſdõnis epalis an
tea confuſos in luculentã erigere cõ-
ſonantiã, curaui ſecundũ tenues vi-
res meas Vicariã operam poſt eorũ
terga cęleſti fauore adimplere. Verũ
vt cuncta, q̃ huc ſpectãt honeſte fiãt,
& ſecundum ordinem, ſicut monet
Apoſt. ad Cor.14. breuiſq; inſurgat
operis diuiſio, & inde res clara red-
datur,& aperta, iux.gl.in proęm.In-
ſti.§.eadem,cum cõcordantib.addu-
ctis per Menoc. lib.1. de arb.iud.q.1.
in fi.Tractatũ in libros tres ſubordi-
nabo.In quorũ priore ponã quæſtio
nes, quæ reſpiciunt conſtitutionem
Vicarij epalis, & qualitates. In ſe-
cundo, q̃ ſpectant ad eius officiũ, &
poteſtatem. In tertio verò,& vltimo
quot,& quib: modis eiuſdem officiũ
ceſſet, & expiret. Quib.abſolutis erit
quoq; abſolutus totus iſte tractatus
ad laudem Dei Opt.Max. & Diuę
Virginis Mariæ Genitricis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nomen rei pertractandæ noſcere prius oportet.*
2 *Ordo eſt incipere a genere ad faciliorem ſpeciei cognitionem.*
3 *Vicarius dictus eſt a vice quam gerit.*

## QVAESTIO I.

EXplicaturus itaq;,quid quantũq;
complecti potuerim,atq; intelli-
gere de Vicario epi,neceſſario prius
1 exponendũ exiſtimaui,vnde hoc no
men Vicarius deſcẽdat, iuxta pręce-
ptũ l.1.ff. de iuſt. & iu. & l.1.ff.ſi cer.
pet. Hinc etenim ad ſpecialẽ cogni-
tionẽ Vicarij epalis facilius deuenie
2 mus, ſecũdũ Bal. theoricã,& ordinẽ,
in d.l.1. de iuſt.& iu.poſt glo. rub. de
reg. iur. in 6.cum aliis congeſtis per
Balb.trac.de præſcr.1.par.prin.ĩ prę-
miſſis, circa principium, & latiſſime
omniũ per Simon.de Pręt.trac.de in
terp.vlt.volun.in pręfat.Vicarius igi
tur dictus eſt a vice,quam gerit, vel
qua alicui muneris ſeu officio, vel lo
3 co ſuccedit,auctore Tul.in Verr.act.
6. ibi,ſuccedã ergo Vicarius tuo mu
neri.& pro Roſcio Amer.Propterea

quod quibus rebus ipſi intereſſe nõ poſſumus, in his vicaria fides amicorum ſupponitur, probatur in l. Vicarius alieni muneris, ff. de leg. & tradit Goffred. in ſum. ver. Vicarius, in prin. dicens hanc eſſe Vicarij etymologiam, Card. cle. 1. nu. 4. de of. Vic. Alber. d. ver. vicẽ alterius, Curt. iun. rub. nu. 16. Calepha. nu. 47. ff. de offi. eius, late Pet Belli, tract. de re milit. par. 1. titu. 17. de of. Vic. nu. 1. & 2. cũ ſeq. Mandoſ. reg. Cancel. 14. reſerua. q. 6. nu. 2. Cucc. Inſt. iur. can. de Vicarijs, tit. 8. nu. 4. lib. 2. Alphõ. Carmon. tract. de benef. incõ. par. 1. c. 15. nu. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, quis dicatur.*
2 *Etymologia continet ſubſtantiam vocabuli.*
3 *Archidiaconi, & Archipresbiteri Ciuitatenſes dicuntur Vicarij Epiſcopi.*
4 *Diffinitio non debet conuenire alij, quã rei diffinitæ.*
5 *Vicarij Epiſcopalis deſcriptio.*
6 *Vicarij nomen generale comprehendit plures ſpecies Vicariorum.*
7 *Archipresbiteri gerunt vices epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus eccleſiæ.*
8 *Vicarij foranei deputantur in aliqua parte diœceſis, vel ad certos actus.*
9 *Diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito.*
10 *Vicarius epiſcopi dicitur ẽt officialis, præſertim in Hiſpania, et vltra montes.*
11 *Deputatus.*
12 *Commiſſarius.*
13 *Miſſus Dominicus, ſiue Nuncius.*
14 *Viſitator, & ſuffectus.*
15 *Subſtitutus.*
16 *Ordinarius.*
17 *Procurator.*
18 *Oeconomus.*
19 *Locumtenens.*
20 *Vicegerens.*
21 *Vicedominus.*
22 *Legatus.*
23 *Nomina prædicta ſunt ſynonima.*
24 *Effectus rei potius, quam nomen attendi debet.*
25 *Argumenta contra diffinitiones, quæ remiſſiue.*
26 *Quidditas, & eſſentia rei non ſolet a Legiſtis explicari.*
27 *Legiſtæ debent eſſe contẽti diffinitione, quæ conſtat ex genere, & differentijs.*

## QVAESTIO II.

VT autem clare intelligatur Vicarius epiſcopi, de quo ſumus tractaturi: Quæro qualiter is poſſit in iure deſcribi. Et videtur illũ eſſe Vicarium epiſcopi, qui gerit vices epi-
1 ſcopi, vt poſt Hoſt. in ſum. de of. Vic. nu. 1. & alios ſcribit Capra, regu. 92. Rebuf. prac. benef. titu. de Vic. epiſc. nu. 4. Calephat. rub. nu. 47. poſt Cur. iun. & alios, ff. de of. eius, Bero. rubr. nu. 2. cum ſeq. extra de of. deleg. Vbi late cõprobat, quod gerit vices alienas, & quod fruſtratoriũ eſt de hoc diſputare poſt alios per eum citatos. Et cum huiuſmodi deſcriptio conſonet etymologiæ, quam etiam poſuimus in præcedenti q. videtur recipiẽda propter eiuſdem etymologiæ con-
2 ſonantiam in qua vocabuli ſubſtantia conſiſtit, vt per Euerar. in loco ab etymol. Verum quia ſub hac generali deſcriptione comprehẽduntur ẽt alij Vicarij, quã illi qui habẽt iuriſdõnẽ epalem. Nã Archidiaconi, & Archipresbiteri Ciuitatenſes gerũt vi-
3 ces epiſcopi, & propterea eius Vicarij dicuntur. tex. cum glo. c. 1. & cap. ad hęc, §. ſecundũ, & §. itẽ epiſtola, ext. de of. Arch. Hoſt. in ſum. eo. titu. nu. 1. & de of. Archipresb. nu. 2. Vt deſcriptio cõueniat ſolis eporum Vicarijs exercentib. ſpũalem iuriſdõnem
4 de quib. habẽdus eſt ſermo, iux. tex. l. 1. §. dolũ, ff. de dolo, Doct. l. 1. ĩ prin. ff. de acq. poſſ. & in l. oĩs diffinitio, ff. de reg. iu. Ille Vicarius epĩ dici poterit, qui gerit vices epĩ in eodẽ Tribunali, in quo iudicare ſolet epiſcopus ſecun-



5 ſecundum Bar. ſic Vicarium deſcribentem, l. 1. in fi. ff. quis & a quo. Maran. de ord. iud. 4. par. diſt. 5. princ. nu. 8. Caleſa. d. rub. nu. 48. ff. de off. eius, Alex. conſi. 12. nu. 2. & 3. in 6. Franc. Marc. quæſt. Delph. 317. nu. 17. in prima Couar. lib. pract. q. ca. 4. nume. 3.
6 Et comprobatur huiuſmodi deſcriptio. Namque vt ſuperius dixi, Vicarius in genere dicitur qui gerit vices comprehendens quemlibet gerentẽ vicem alterius, l. 2. cum gl. in ver. Rectorum, C. de offi. eius qui vic. alter. ger. l. Vicarius. ff. de legat. c. pen. vbi Doct. extra de off. vic. firmat Goffre. in ſumma, tit. de offi. c. Vic. nu. 1. Alcia. rub. nu. 22. extra de offic. ord. Et illa autem verba, in eodem loco, & Tribunali, ponuntur ad differẽtiam
7 Archipresbyterorum, qui gerunt vices epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus eccleſię ſecundum Hoſt. in ſum. d. tit. de offi. Archipresb. nu. 2. Prout etiam ad excluſionem foraneorum Vicariorum, qui non ſedent in eodẽ loco, quo Vicarius Epiſcopalis, ſed in aliqua parte diœceſis, vel ad certos actus deputantur, per glo. cle. &
8 ſi principalis, in ver. foraneus, de reſcri. & in c. 1. in eodem ver. foraneus de offi. ord. lib. 6. & vtrobique Doct. & in rub. ff. de offi. eius. vbi in ſpecie Caleſat. nu. 48. Alex. d. conſi. 12. nu. 3. Franc. Marc. d. q. 317. nume. 17. par. 1. Nec huiuſmodi deſcriptioni refragatur ſi dicatur, non conuerti cum ſuo
9 diffinito, iuxta l. 1. §. 1. ff. de dolo, & docent ſcribentes, l. 1. ff. de acq. poſſ. & l. omnis diffinitio, vbi Dec. nu. 2. ff. de regu. iur. Et quod multi gerunt vices epiſcopi, & tamen non appellãtur Vicarij, ſed quandoque officiales epiſcopi, vt in d. cle. & ſi principalis
10 cũ gl. in ver. officialis, vbi etiã Doct. de reſcr. c. Romana, ĩ prin. de appel. in 6. c. 1. 2. & 3. cum gl. in ver. officialium, extra de inſt. Card. cle. 1. n. 18. cum ſeq. de off. Vic. Rota deciſ. 11. ti. de offic. Vic. in nouis, vbi Papaz. inquit in apoſt. quod Vicarij in Hiſpania, & alijs Prouincijs appellãtur officiales, Rim. iun. rub. nu. 113. ff. de of. eius, poſt Bero. rub. de of. dele. firmat Capra reg. 92. n. 4. Couar. li. 3. var. reſol. c. 20. nu. 4. Cõcil. Tri. c. 16. ſeſſ. 14. in decreto de refor. Et apud Vltramõtanos Vicariũ appellari officialẽ teſtatur Gem. c. fi. n. 5. de of. vic. in 6. Hiero. Paul. lib. põtif. fol. 13. & 14. cũ ſeq. quẽ refert Menoc. cõſ. 51. nu. 36. & 38. in 1. Mãdoſ. reg. Cancel. 14. q. 6. n. 8. Vbi dicit quod ex ſtilo Romanæ curiæ quãdo ſcribitur pro materijs ſeu expeditionib. cõcernentib. Italiã, Vngariã, Dalmatiã, Epirum ſiue Albaniam, Sclauoniã, Cyprum, & Cretã, & partes Orientales, itẽ Siciliã, Sardiniã, & Corſicã, Cancellaria ſẽper vtitur hoc termino Vicarius: Hoc modo videlicet, Dilecto filio Vicario venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Bononiẽſis in ſpiritualib. generali. Sed vltra mõtes Alpinos pro Hiſpania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & Aphrica, nominatur officialis hoc modo, videlicet; Dilecto filio officiali Lugdunẽſi. Subdens, quod iſta eſt vera forma, qua prætermiſſa litteræ ſiue bullæ non carẽt ſuſpitione falſitatis, firmat Cucc. Inſt. iur. cano. de Vicar. ti. 8. nu. 5. lib. 2. Alphõſ. Carmon. tract. de incõp. benef. par. 1.
11 c. 15. nu. 1. Quandoq; etiã appellantur deputatus, & Cõmiſſarius, ſecun-
12 dum Paul. de Pot. ca. ſede vac. 2. par. prin. q. 10. in prin. Mãdoſ. d. q. 6. nu. 10.
13 Quandoq; miſſus Dominicus ſiue Nuntius. c. 2. cum glo. in ver. admiſſum, extra de frig. & malef. gl. c. 2. in ver. officialem, de off. Vic. in 6. Capra, d. reg. 92. nu. 3. Alcia. rub. nu. 23. extra de off. ord. Mandoſ. d. q. 6. n. 10.
14 Quandoq; viſitator, & ſuffectus. c. fi. de ſupplẽ. neg. prelat. lib. 6. Archid. c. caritatem, 12. q. 2. Pauin. d. q. 10. in prin. Mandoſ. d. q. 6. nu. 14. Paul. Granut. lib. 1. Theor. 12. nume. 2. verſ. de iure autem canonico, in fine.

16 Quandoque ſubſtitutus, clem.1.& 2. de hæret.Pauin.d.q.10. in prin.Man doſ.d.q.6.nu.10.

16 Quandoque ordinarius, gloſ. c.Romana, in prin.verſ.generaliter, de appel.in 6.Doct.in d.rub.ff.de off.eius.

17 Quandoque procurator epiſcopi. c.petitio, vbi Doct. extra de procura. Gemin. c.licet, num.12. Franc.col.2. verſ.& aduerte, de off.Vic.in 6.

18 Quandoque œconomus. c. in nona, 16.q.7.cap. cum ſimus.9.q.3. cap. quoniam, 89.diſt.Abb.ca.quoniam, nu. 3.extra de off.ord.

19 Quandoque locum tenens, Fede. de Sen. conſi.302. nu.1, in fi.Maran. de ord. iud.4.par.5. diſt. princ.nu.6. Couar.d.lib.3.var.reſol.c.20.nu.4.

20 Quandoque Vicegerens, Alex. d. rub.nu.14.& 17.ff.de of.eius, Maran. d.diſt.5.princ. nu.9.

21 Quandoque Vicedominus, Turrecrem. ca.volumus, 89.diſt.& c.Diaconum, & c.ſeq.ead.diſt.Specu.lib.1. tit.de Vice domino, Abb.c.2. nu.3. extra ne Præla.vic.ſuas.

22 Nec nõ etiam legatus.l.Vicarius. ff. de leg. Barb.tract.de præſtan.Cardin.in prælud.2.par. Boer. tracta. de ord. gra.ver.fo. num.9.Rebuff.prac. benef.tit.for.vic.arch.nu.64.& 65.

23 Quoniam ad iſta omnia reſpondetur quod ſunt ſynonima, ſecundum Io. Andr.in addit.ad Specul.rubr.de off.Vic. poſt glo.1.2.in ver.Rectorũ. C.de offic. eius, qui vic.alt.ger.Rebuff. d.pract. benef.tit.for.vic.Arch. nu.24.Diaz.prac.cri.can.c.3.n.4. Papaz ad Rotam d.deciſ.11.

Quidquid dixerit antiquus Doct. Lau.cle.1.de off.Vic.Vbi diſtinguebat Officiales a Vicarijs in ijs, quæ ſunt iuſtitiæ, & dicebat eſſe ſimiles in ijs, quæ ſunt gratiæ, cuius dicta reaſſumit ibi Card.num.18. cum ſeq. qui illius contradictionẽ detegit, & hos promiſcue accipi poſſe concludit, & hæc eſt cõis opinio, teſte Diaz d.c.3.nu.4.Meno.d.cõſ.51.n.38.in 1.

Nec poteſt negari quin iſti officiales ſint Vicarij, quamuis diuerſo vocabulo nominentur, quia ſatis eſt, quod gerant vices & operam Vica-
24 riam præbeant, cuius effectus attendi debet etiã ſi cum illo pugnet nomen.l.ſi forte. ff. de caſtren. pecul.l. cum falſa.C.de iur. & fac.ignor. & in his terminis Gemin.c.ſi.nu.5.de off. Vic.in 6.Alex.conſi.107. num.8.in 1. Dec.160.nu.2.Soc.88. verſ. non obſtat, vol.1.Tiraq.de retract.conuent. glo.1.nu.24.Diaz.d.c.3.nu.4.

25 Non etiam obſtant ſupradictæ deſcriptioni, quæ adduci ſolent contra rerum diffinitiones, de quibus paſſim Doct.l.1.ff.de acqu.poſſ.l.1.ff.de teſta.l.1. ff. de dolo. l. omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& in rubri. extra de probatio.

Quia non eſt noſtrum explicare illam rei quidditatem, & eſſentiam quam Philoſophi perſcrutantur, teſtimonio Dec.d.l.omnis, nu.3.Raro enim eſſet quod non poſſet diffinitio ſubuerti.

26 Sed huiuſmodi ſcholaſticas inueſtigationes illis dimittemus differẽdas, qui cathedrale magiſterium profitentur, contenti ſola illa deſcriptio
27 ne, quæ conſtat ex genere, & differentijs, quam ſatis probarunt Doct. d.l.1. in princ.ff. de acq.poſſ. & Dec. d.l.omnis.in fi.de reg.iur.

## SVMMARIVM.

1 *Vicariorum varia, & diuerſa genera, & qualia?*
2 *Vicarij alij a lege, alij ab homine deputantur.*
3 *Summi Pontifices ſunt Petri ſucceſſores.*
4 *Vicem gerunt Dei in terris.*
5 *Vicarij ſupremi Ieſu Chriſti vocantur.*
6 *Vicarij Petri.*
7 *Impropric tamen.*
8 *Epiſcopi ſucceſſores, & Vicarij Apoſtolorum, & nu.ſeq.*
10 *Et quandoque Vicarij Chriſti.*





11 *Pontifices, & ſummi ſacerdotes in eorum diœceſibus.*
12 *Sacerdotes Vicarij Chriſti, & ſanctorum diſcipulorum, & nu.ſeq.*
13 *Apoſtoli elegerunt ſeptuaginta duos diſcipulos.*
14 *Capitula eccleſiarum cathedralium ſede vacante dicuntur Vicarij Epiſcoporum, impropric tamen, & remiſsiue.*
15 *Archi diaconi abſente epiſcopo ſunt ipſo iure Vicarij epiſcopales.*
16 *Vices gerunt epiſcopi inquirendo qualiter quiſque viuat.*
17 *Oculi dicuntur epiſcopi, & Vicarij nati.*
18 *Archipresbyteri Ciuitatenſes ſunt Vicarij nati epiſcopi in quibuſdam ſpiritualibus.*
19 *Vicarius Papæ in Vrbe eſt tamquam Ordinarius in ſua diœceſi.*
20 *Vicarij generales Papæ deputati ad regendas prouincias qui?*
*Vice gerens Auinionis eſt loco Auditoris Cameræ.*
21 *Vicarij Cardinalium legatorum de latere, qui?*
*Vicarius legati Auinionis, qui? remiſſiue.*
22 *Cardinales deputare poſſunt Vicarios in Eccleſijs eorum titulo ſubiectis.*
23 *Et facere omnia quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis.*
24 *Vicarij legatorum natorum, qui?*
25 *Prælatorum ordo tripartitus, & qualis?*
26 *Vicariorum alij generales, & principales, & qui?*
27 *Vicarius generalis deputatur Epiſcopo capto ab hoſtibus, vel exuli durante impedimento.*
28 *Vicariorum alij ſimpliciter conſtituti, alij in temporalibus, & alij in ſpiritualibus.*
29 *Vicarij Foranei qui? remiſsiue.*
30 *Vicarij capitulorum, & adminiſtratorum Epiſcopatuum, qui? remiſsiue tamen.*
31 *Vicarij Vicariorum Papæ, & Vicariorum Epiſcopalium, quales.*
32 *Vicarij Prælatorum epiſcopis inferiorum, quales?*
33 *Vicarij conſeruatorũ, quales, remiſsiue.*
34 *Vicarij Archidiaconorũ, qui, remiſsiue.*
35 *Vicarius Præpoſiti Pontiroli eſt Ordinarius.*
36 *Vicarij Archipresbyterorum, Plebanorum, & Sacriſtarum, qui?*
37 *Vicarij eccleſiarum conſtituuntur in eccleſijs auctoritate Epiſcopi, & certam habent portionem.*
38 *Vicarij Eccleſiarum quidam perpetui, & quidam temporales.*
39 *Vicarij Abbatum, qui habent vſum mitræ, & baculi, qui?*
40 *Vicarij Ordinum Prouincialium, & Miniſtrorum regularium, quales.*
41 *Creantur a ſummo Pontifice, Generali vacante.*
42 *Vicarij Abbatiſſarum cuſtodum, et aliorum Regularium ſuperiorum.*
43 *Imperatores, & Principes ſunt Vicarij Dei in temporalibus.*
44 *Vicarij Imperatorum, Regum, & Principum, qui? & nu.46.*
45 *Duces Sabaudiæ, & Mediolani, Vicarij Imperiales.*
47 *Vicarij Caſtrorum dicuntur Iudices, & Notarij & Vicarij Comitatus.*
48 *Vicarij deputati a ſuperiore in locum eorũ, qui ſuperiorũ vices gerunt, qui?*
49 *Locum tenentes, & Vicarij Prætorum qui? remiſsiue.*
50 *Vicarij iuſtitiæ, quales.*
51 *Delegati gerunt vices delegantis*
*Dicuntur largo modo vicarij.*
52 *Vicarij inferiorum a Principe, auctoritate Principis conſtituti quales.*
53 *Vicarij Præfectorum Prætorio, & Proconſulum, qui?*
54 *Vicarij Magiſtrorum militum, qui?*
55 *Vicarij cõſtituti in locum ſeruorũ, qui.*
56 *Vicarij Præſidum, Gubernatorum, Rectorum, & Poteſtatum, & aliorũ ſecularium magiſtratuum, quales.*
57 *Vicarij prouiſionũ quales, et eorũ officiũ.*
58 *Vicarij quandoque pro locis habitatoribus accipiuntur.*

## QVAESTIO III.

SEd clarius demonſtrabitur Vica-
rius Epiſcopalis, ſi illum ab alijs
Vicarijs diſtinguemus,iuxta text. §.
igitur,cum glo. in proœm. Inſtit.l. 1.
vbi glo.& Doct.ff.de doli excep.Ideo
q̃ritur quot ſunt genera Vicariorũ.
1 Reſpondeo,varia,& diuerſa eſſe a
iuris interpretibus conſtituta,ſecun
dum Canoniſt. clem.1.de offic.Vic.
late Mandoſ. reg.cancel.14. reſeruat
q.6.a nu.4. vſque ad finem,& remiſſi
ue Maſſuer. ad Pract. Papien. for. li-
bel.act.real. in ver.Vicarius.Alphõſ.
Carmon.trac. de benef.incomp.c.15.
nu.1.par.1. Vt autem Vicarios quos
potui reperire in vtroque iure de-
ſcriptos,recẽſeam: Diſtinguo in pri-
mis duo genera principalia Vicario
rum.Nam alij ſine facto hominis ab
2 ipſa lege conſtituti ſunt: Alij autem
hominis facto, vt ſcribit Maran. de
ord.iud.par.4.diſt.5.princ. nume.6.
Mandoſ.d.reg.14.q.6. nu.16. Vicarij
qui a lege ſine hominis facto ſunt cõ
ſtituti,in tres ſpecies diuiduntur Nã
in prima reſident illius ſucceſſores,
cui Euangelica voce Domini & Re-
3 demptoris noſtri claues æternæ vitę
traditę fuerunt, & terreni ſimul, &
celeſtis Imperij iura commiſſa; ut
traditur,c.quamuis,21.diſt.c.omnes
diſt.22. Qui ſummi Pontifices a Bea
to Iſidoro appellãtur in can.cleros,
21.diſt.cum adductis per Pet. a mon
te in Monarch.Concil.c.1.nu.6.cum
ſeq.& latius per Burſat.conſi.118.nu
me.1.cum ſeq.& conſi.110. num.5.in
princ. Mandoſ.d.q.6. nume.4. Cum
4 enim gerant vicem Dei in terris. ca.
quanto,extra de translat. epiſ.cap.ad
apoſtolicæ. §. nos,de re iud.in 6. Su-
5 premi Vicarij Ieſu Chriſti vocãtur,
c. inter corporalia, extra de tranſac.
epiſ.glo.cle.1.in ver. vndecunque,de
iud.cum adductis per Barb.tracta.de
præſtan.Card.q.1.num.14. Nauar.in
extrau.Indulgen.ann.Iobel.Sanctiſ.
D.N.nu.12.Et licet in c.ego Lodoui
6 cus,63.diſt. c. Conſtantinus,96.diſt.
& c.quoties.1.q.7. Summus Põtifex
Vicarius Petri dicatur,firmat Barba.
7 d.q.1.num.15.Tamen huiuſmodi ap-
pellatio impropria eſt: vel ita debet
intelligi,quod exerceat eandem Vi-
cariam quam Petrus exercuit,ſecun
dum glo.cle.1.in ver.Vicarium,de iu
reiu.Nauar.cõm.de Iobel.c.20.in fi.
Secunda vero ſpecies eſt illorum
8 qui Apoſtolis ſucceſſerunt, vt.ſunt
Epiſcopi,c.legimus,93.diſt.c.in no-
uo,diſt.21. Concil.Trid.ca.4.ſeſſ.23.
& ſupra dixi in proœm. Qui cum ge
rant vices Apoſtolorum.ca. quorum
9 vices, 69.diſt.glo.c.porrò,66.diſt.eo
rum Vicarij dicuntur, c.1.§.per fron
tis,vbi Abb. de ſacra vnct. Et quan-
10 doque etiam Chriſti vicarij,gl.c.mu
lier,il 2.verſ.in hoc,33.q.5. & c.2.in
ver.Vicarium, extra de transla.epiſ.
11 Et Pontifices in eorum diœceſibus,
& ſummi ſacerdotes, c.inſolita, & c.
de perſona,11.q.1.d.§. per frontis, &
tradit Bertac.tract.de epiſ.in prelud.
nu.13.Tertia ſpecies Vicariorum eſt
illorum,quos dominus noſter Ieſus
Chriſtus aſcenſurus a terris ad cœ-
12 los reliquit tanquam Præſides,& Iu
dices,ad quos omnia mortalia crimi
na deferãtur, in quæ Chriſti fideles
ceciderint,Concil.Trid.ca.5.ſeſſ.13.
in decreto de confeſ. poſt tex.c.accu
ſatio,in fi.2.q.7.Spec.de leg.§.1.nu.1.
Et iſti etiam Sacerdotes Vicarij San-
ctorũ Diſcipulorũ domini noſtri Ie
ſu Chriſti dici poſſunt a vice quã ge-
runt.Nã Apoſtoli olim videntes meſ
ſem eſſe multã, & operarios paucos
rogauerunt dominũ meſſis vt mitte
13 ret opãrios in meſſẽ ſuã. Vnde elege
rũt ſeptuaginta duos diſcipulos,quo
rũ vicẽ Presbyteri gerũt,d.c.ĩ nouo,
21.diſt.Bertac.d.trac.de epiſ.in prin.
p̃lud.late Io.Vgo.trac.de of.qua Prę
la.3.par.c. de regen.pop.num.1. & 2.
14 Quarta ſpecies illorum eſt,qui ſe
de epiſcopali vacante ſunt ipſo iure
Vica-



Vicarij Epiſcoporum,improprie tñ,
vt ſunt capitula Cathedraliũ eccleſia
rũ,de q̃b. dicã inf.q.15.hoc eodẽ lib.
15 Quinta ſpecies eſt Archidiacono
rũ, qui abſentib. ep̃is abſq; aliquo fa
cto ſunt ipſo iure illorũ Vicarij, c.1.
vbi gl. & But.c.ad hæc,§.ſecundũ, &
§.itẽ epiſtola,extra de of.Arch.Hoſt.
in ſum.eo.tit.nu.1.Alex.rub.nu.16 ff.
de of.eius, Dec.cõſ.664. nu.3. Man-
doſ.d.q.6.nu.16.Franc.Marc.q. Del-
phin.495.nu.9.Foller.in 1.par. com-
men. ſuper conſt.reg.titu.de ſacroſ.
eccl.c.peruenit ad audientiã, nu.75.
ĩ fi.& c.iuſtitiarij,nu.15.ti.de of.iuſt.
16 Hi enim gerũt Epiſcoporũ vices in-
ſpiciẽdo,& inquirẽdo qualiter quiſ-
que viuat,d. §. item epiſtola, & d.§.
ſciẽdum. & ideo, & Vicarij nati,quia
cum Archidiaconatu Vicarij ipſo iu
17 re efficiuntur, & oculi epiſcopi di-
cuntur, Hoſt.d.tit.de of.Archi.nu.1.
Abb.c.dilecto,nu.3. extra eod.Bero.
rub.nu.9.extra de off.deleg.& conſ.
22.nu.3.vol.1.Cucc.Inſt.iur.cano.de
Vic.Epiſ.tit.8.nu.3.lib.2.& num.18.
poſt Canon.c.1. de of. Archipresb.&
iterũ Cucc.de Arch.n.8.ti.10.eo.li.2.
18 Sexta ſpecies eſt Archipresbitero
rũ Ciuitatẽ. qui ẽt dñr Vicarij nati
ep̃i,quoad ſp̃ũalia q̃dã,vt in prouidẽ-
do ad vitã omniũ p̃sbiterorũ, in dicẽ
do Miſsã maiorẽ abſente ep̃o, in ab-
ſoluẽdo a peccatis ep̃o reſeruatis pę
nitẽtiã iniũgendo, & alia faciendo,q̃
ſcribit Hoſt. d.tit.de of.Archipresb.
poſt gl.c.2.ĩ ver.ſuo ſubdito,d̃ pęnit.
in 6.Sylu.ĩ ſum.ĩ ver.Vicarius,nu.5.
Ab.c.cõquerẽte,n.4.circa fi.ext.d̃ of.
ord. Dec.d.conſ.664 nu.2.Bero.rub.
nu.9. extra de of.delega. & conſi.22.
nu.3.vol.1.Deci.reſp.16.nu.20.in 2.
Alterũ vero, & ſ̃m principale genus
Vicariorũ hominis facto conſtituto
rũ,in alias quoq; ſpecies diuidi põt,
quia alij creantur ſecundũ ius cano
nicum, & alij ſecundum ius ciuile.
19 Primo loco ſecundum ius canoni
cum creatur in alma Vrbe Vicarius
ſummi Pontificis, qui velut Ordina
rius in ſua diœceſi habet iuriſdictio-
nẽ in clericos,c.tua nobis, vbi Cano
niſtæ, extra de off. Vic. plura ſcribit
Pãu.trac.d̃ Pot.c.ſede vac.c.fi.Veſtr.
in prac lib.2.c.6.vbi Grauat.in addit.
Vant.de nullit.ex def.iuriſd.nu.13.
Mandoſ.d.reg.14.q.6.nu.5. Alphonſ.
Carmonen.in tract.de incõp.benef.
c.15.nu.1.par.1.
Secundo loco ſunt illi Vicarij ge-
20 nerales per ſedẽ Apoſtolicam ad cer
tam eccleſiæ Prouinciã regendã de-
ſtinati, vt exequantur illa, quę ſunt
fori cõtentioſi,de quibus Capra,reg.
92.nu.8.latius de Vicarijs quondam
Ferrariæ,Piſauri, Arimini, & aliarũ
Ciuitatum eccleſiæ Roma.conſi.59.
Paui.d.tract q.10. in fi.2.par.prin. &
de Vicegerente Apoſtolico Auinio-
nis,qui habet maximã auctoritatem,
& eſt loco Auditoris Camerę,Franc.
Marc.q Delph.347.Rot.dec.86.alias
580.& 880 ti.de reſcr.in antiq.& de
alijs Vicarijs Apoſtolicis, Rui.conſ.
148.num.5.in 4.Alphon. Carmon.d.
trac.de incõp.benef.c.15.nu.1.par.1.
21 Tertio loco ſunt Cardinaliũ Vica
rij legatorũ de latere,de quib. Abb.
c.nouit,ext.d̃ iud.& de Vicario lega
ti Auinionis,Frãc.Mar.q.31.n.25.p.1.
& de alijs Vicarijs legatorũ Cardina
liũ,Paui.d.trac.2.par.prĩ.q.10.nu.35.
22 Quarto loco sũt Vicarij Cardina
liũ ĩ eccleſijs eorũ titulo ſubiectis, ĩ
q̃b. Cardinales habẽt iuriſdõnẽ ep̃a
lẽ,Abb.c.his,quæ,nu.1.vbi ẽt Sapia ĩ
apoſt.& c.tua,nu.5.ext.d̃ of.vic.Bur
ſa.cõſ.107.nu.7. ĩ 1.Fuſc.trac.de viſit.
23 & reg.eccl.c.2.nu.5.Et pñt fulmina-
re cẽſuras eccleſiaſticas,& reliqua fa
cere,q̃ sũt iuriſdõnis ep̃alis,ſ̃m Abb.
ibi,Imol.cle. ne Romani,col.6.verſ.
4.q̃ro,d̃ ele.Ro.cõſ.498.nu.11.cũ ſeq.
d.trac. de viſit.& reg.eccleſ.c.2.nu.5.
24 Quinto loco sũt Vicarij legatorũ
natorũ,vt ſunt in Anglia Vicarij Ar-
chiepiſcoporũ Cantuarien. & Ebo-
racen.ĩ Frãcia Archiep̃i Rhemen. &
Piſani

Piſani in Italia, Gemin. c. 1. extra de fil. preſb. & in c. 1. ubi Franc. de appel. in 6. Abb. in c. 1. nu. 1. per illum text. vbi Zacar. in apoſt. extra de off. dele. Paui. dicto Tract. de pot. cap. ſede uac. in ſexto prælud. nu. 13.

25 Sexto loco ſunt Vicarij Prælatorũ quorum ordo cum ſit tripartite collectus: Nam alii ſunt Patriarchę ſiue Primates, alij Archiepiſcopi ſiue Metropolitani, & alij epiſcopi, ſecundum Hoſt. in ſum. de off. ord. §. ſunt autẽ. Bertac. in Trac. de Epiſ. in prælud. nu. 3. late Boer. Trac. de auc. magni conſ. nu. 50. cum ſeq. Alber. Rub. de ſta. ho. primo cõmen. Fel. Rub. nu. 1. & 9. in fine, extra de maio. & obed. Lancellot. Inſt. Iur. cano. tit. de epiſ. & ſum. Pont. cum glo. in ver. Tripartitus, latius Paui. dicto Trac. de of. & pot. cap. ſede uac. in ſexto prælud. nu. 13. referens ſex in orbe Primates, videlicet in Italia Archiepiſcopum Piſanum, in Vngaria Archiepiſcopũ Strigonienſẽ, in Alemania Archiepiſcopum Magdeburgenſem, in Hiſpania Toletanum, in Francia Vien. Bituricen. & Lugdunen. & in Anglia Cantuariẽſem, eodem modo tripartitus dabitur ordo Vicariorum, Nam alij ſunt Vicarij Patriarcharum ſiue Primatum, & alii Archiepiſcoporum ſiue Metropolitanorum, & alii epiſcoporum, Rebuf. prac. benef. Tit. forma Vic. arch. nu. Concil. Trid. c. 3. ſeſſ. 24. In decre. de refor. Port. Imo. conſi. 87. nu. 16. in fine, Mandoſ. dicta q. 6. nu. 8. Alphonſ. Carmonenſis d. c. 15. nu. 1. par. 1.

26 Ex ijs aũt Vicarijs alij ſunt generales, ſiue principales, qui principaliter ſuper eodem Tribunali epiſcopatus gerentes uices epiſcoporum cognoſcunt omnes cauſas ſpectantes ad illum forum, vt in c. fi. de off. Vic. in 6. glo. c. 2. eo. tit. cle. & ſi principalis, de reſcrip. cum gl. 1. in ver. Foraneos. vbi Io. And. Card. nu. 3. & 24. Ancar. col. 1. Imola, nu. 17. & ſeq. de reſcrip. Bar. l. 1. in fine. ff. quis & à quo. Alexã. in rub. nu. 17. ff. de off. eius, Bertac. Trac. de epiſ. par. 6. Tit. de Vic. epiſ. nu. 84. Rebuf. prac. benef. Tit. de Vic. epi. nu. 6. & poſt Inno. c. Romana. de off. ord. Franc. Marc. q. 317. nu. 17. par. 1. Rolan. conſi. 75. nu. 17. vol. 3.

Dicti Vicarij creati, quia fiunt ad nutum Epiſcopi & voluntatem, vt inquit Bero. rub. num. 9. extra de offi. deleg.

27 Qui aũt a' Papa dantur Epiſcopis captis ab hoſtibus fidei vel Schiſmaticis, vſquequo durat impedimẽtum, c. ſi Epiſcopus, extra de ſupplen. negl. prælat. in 6. & tradit Mandoſ. reg. cancell. 24. de male promotis; q. 6. nu. 13.

28 Aut ab Epiſcopis eliguntur quandoque in ſpiritualibus & inſimul etiã in diuinis, quandoque in temporalibus tantum, quandoque in ſpiritualibus & temporalibus, & quandoque ſimpliciter, prout latius de his omnibus dicam infra, q. 9. cum ſequentibus.

29 *Alij vero Vicarij ſunt foris ab Epiſcopis conſtituti, dicti Vicarii Foranei*, de quibus infra ſuo loco, q. 13. hoc eodem libro.

30 Septimo loco ſunt Vicarij capitulorum & Adminiſtratorum Epiſcopatuum, ſedibus Epiſcopalibus vacantibus, de quibus & infra ſuo loco q. 16. & q. 62. nu. 1.

31 Octauo loco ſunt Vicarij Vicariorum Papę & Vicariorum Epiſcopalium, qui conſtitui ſolent ſpeciali mãdato Epiſcopi ad modicum tempus vel ex cauſa neceſſaria ſui, glo. in cle. 1. ver. locum, de reg. Fel. in c. G. perpetuus, col. 1. extra de fide inſtr. Maran. de ord. iud. 4. par. 5. diſt. princ. nu. 12. Guido Papæ, deciſ. 374. Pariſ. cõſ. 80. num. 15. in 4. poſt Hoſt. in c. 1. de off. Vic. in 6. Rot. deci. 387. eodem ti. in nou. vbi Papaz. vel ſolent conſtitui de conſuetudine, Aufre. ad deciſ. Toloſ. 36. Rebuff. in prac. benef. tit. de Vic. Epiſ. nu. 37. cum. ſeq. Pariſ. d. conſi.



conſi. 60. Vant. de null. ex def. iuriſd. ord. nu. 25.

32 Nono loco ſunt Vicarij illorum
Prælatorum epiſcopis inferiorum,
qui habent iuriſdictionem, vt ſunt
33 Vicarij Conſeruatorum, de quibus Bald. in l. aliquando, nume. 5. ff.
de offic. proc. Abb. in ca. ſtatuimus,
ext. de offic. delega. Vicarij Ar-
34 chidiaconorum, de quibus gloſſ.
in clem. & ſi principalis, in verbo, Epi
ſcopi, vbi Car. n. 14. de reſc. Vicarius.

35 Præpoſito Pontiroli, quem Ordinarium eſſe reſpondit Port. conſi. 87. nu. 26.

36 Nec non Vicarij Abbatum, Archipræſbiterorum, Plebanorum & Sacriſtarum maiorum, qui ad miniſteria Eccleſiæ Vicarios cõſtituunt, de quibus Claud. Seyſell. in rub. nu. 14. ff. de off. eius, Pariſ. conſi 50. num. 5. 8. & 12 poſt Doct. in c. fi. de off. Vic. lib. 6. Io. Bapt Ferrer. conſ. 327. nu. 3.

37 Decimo loco ſunt Vicarij eccleſiarum, qui auct. Epiſcopi in Eccleſia à perſona inſtituuntur & certã habent portionem, ſecũdum gl. in c. fi. ver. perpetuus, ext. de off. Vic. c. extirpãdæ. §. qui vero, vbi Doct. ext. de prob. Doct. in cle. 1. de off. Vic. Abb. Fel. & alij in c. poſtulaſti. in princ. extra de reſcrip. Rot. deciſ. 237. Tit. de exceſſ. præla. in no. Capra, reg. 92. nu. 6. Concil. Trid. c. 6. ſeſſ. 21. in decreto de reform. & c. 7. ſeſſ. 7. late Alphonſ. Carmonẽſ. Trac. de benef. incomp. par. 1. c. 15. nume. 2. cum ſeq.

38 Horum quidam perpetui ſunt, qui deputantur Eccleſiæ curatæ perpetuo annexæ cathedralibus, Monaſteriis, Eccleſiis, collegiis, Beneficiis, ſeu piis locis, de quibus text. in d. §. qui vero, in cle. vnica, de of. Vic. Concil. Triden. c. 7. ſeſſ. 7. Quidam vero temporales qui deputantur propter abſentiam Rectoris cauſa ſtudij vel ob eius imperitiam, de quibus text. in d. c. 6. ſeſſ. 21. & in c. cum ex eo, de elect. lib. 6. Doct. in d. c. poſtulaſti, & in c. G. perpetuus, extra de fide inſtr. Vel ad iuuandum Rectorem, vt per Zabarel. in cle. 1. nu. 4. vbi Imola uocat iſtos, Capellanos, num. 6. de off. Vic. Mandoſ. late d. q. 6. nu. 11. cum ſequen.

39 Vndecimo loco ſunt Vicarij Abbatum, qui habent vſum mitræ & baculi & iuriſdictionem in Eccleſijs & locis Abbatiæ ſubiectis, de quibus Dec. conſi. 128. nu. 1. & 632. poſt ca. Abbates, de priuil. in 6. Port. conſil. 165. nu. 15. Burſat. d. conſi. 107. nu. 7. in primo. De his Vicariis meminit Pariſ. conſi. 22. num. 19. in 4. Rebuff. in pract. benef. Titu. de Vic. Epiſco. num. 24. & 169. & de Vicario Abbatis Cluniacenſis, Grauet. conſi. 96. in fine.

40 Duodecimo loco ſunt Vicarij ordinum prouincialium & Miniſtrorum regularium, de quibus text. in clem. dudum. §. ſtatuimus, de ſepul.
in clemen. exiui. §. cæterum, & ibi
Card. de verb. ſig. Fel. rub. nu. 5. ad fi-
nẽ extra de maior. & obed. Mandoſ.
41 dicta q. 6. nume. 14. Vicarii Ordi-
num & Miniſtrorum creari ſolent à
ſummo Pontifice, vacante Generali, d. §. cęterum, & ibi Card. Ruin. conſi. 148. per totum, vol. 4. Rebuf. in prac. benef. Tit. coll. plur. an fieri poſſ. num. 18. Pauin. de pot. cap. ſede vac. prælud. 6. nu. 21.

42 Decimotertio loco ſunt Vicarii Abbatiſſarum, qui habent Vicariam in Eccleſijs & Prioriſſarum & aliarum prælatarum habentium quomodolibet iuriſdictionem in ſubiectas, de quibus tex. in c. dilecta, vbi Abb. extra de maior. & ob. Rot. deciſ. 21. in antiq. Pauin. d. prælud. 6. nu. 22. Nec non Vicarij cuſtodum & aliorum ſuperiorum Regularium, iuxta Prouinciarum & Monaſteriorum ſeu conuentuum ritum & conſuetudinem, Pauin. d. prælud. 6. num. 15. & iſti ſunt Vicarii, qui ſecundum ius canon. cũ creantur vel deputari ſolent.

ſent, Vicarii autem ſecundum ius ci
uile, plures quoq; reperiuntur. Nam
43 alii ſunt Vicarii Dei in tempora-
libus, vt ſunt Imperatores & Princi-
pes, ſecundum Bal. in c. ſignificanti-
bus, in fine, de off. deleg. Curt. ſen.
conſi.65.nu.5. circa medium, verſ. ſic
ẽt tex. Cephal. conſi.301. nu.20. in 3.
& conſi.369.nu.71.vol.eo. Pet. Bell.
Trac. de re milit. par. 1. Tit. de offi.
Vic.17.nu.8. Alii ſunt Vicarij Im-
44 peratorum, Regum & Principum
Ducum, Marchionum & Comitum
qui deputantur ab ipſis in locum eo
rũ in Imperio, Regno, Principatu,
Ducatu, Marchionatu & Comitatu
& in prouincijs & Ciuitatibus, ſecun
dũ Bal. in l. 1. C. vbi & apud quẽ. Ale.
in ru.nu.17.ff. de off. eius Alcia. rub.
nu.25. extra de of. ord. Marã. de ord.
Iud. 4. par. diſti. 5. princ. nu. 9. Man-
doſ. d.q.6.nu.6. Alphons. Carmonẽſ.
d.c.15.nu.1. Rolan. conſi.86.nu.32.
cum ſeqq. in princ. & conſi. 3. num.
45 110. Franc. Marc. qui de Sereniſſimo
Duce Sabaudiæ & Duce Mediolani
Vicariis Imperatoris pertractat. q.
Delphin. D.C.XVIII. n.6. & 7. par. 1.
& de Vic. Generali Regni Neapolis
Carauit. in titu.55. nu. 2. & 3. Et de
Vice Ducibus, Vice Marchionib. &
uice Comitibus late Foller. ſuper
46 conſt. Regni, cap. Iuſtitiarii per Pro
uincias, Tit. de off. Iuſt. num. 4. Alij
autem Vicarii deputantur à princi-
47 pibus in Caſtris & oppidis, quos Vi
carios Comitatus Iudices & inſimul
Notarios appellat Bar. in l. iubemus,
la 2. nu. 12. C. de ſacroſ. eccl. Rolan.
conſi.75. num. 11. 16. & ſeq. in 3. vol.
48 Et alii ab eodem ſuperiore depu-
tantur in locum eorum, qui ab ipſo
ſuperiore creati fuerunt, de quibus
glo. poſt tex. in l. 2. C. de off. eius qui
vicem alt. ger. Hoſtiẽ. in ſum. de off.
Vic. nu. 1. Archid. in c. fi. in fi. eo. ti. in
6. Maran. de ord. iud. 6. par. diſtin. 5.
nu.7. Rebuff. in prat. benef. Titu. de
Vic. epiſ. nu. 240. referens exempla
legatorum Proconſulũ, Azo in ſum.
C. de off. eius qui vicem &c. Rolan.
conſi.39. num.16. cum ſeq. vol. 1. qui
49 de locum tenentibus vel Vicariis
Prætorum ſeu vice poteſtatum lo-
quitur, de quibus Anca. in c. licet, in
fi. de off. Vic. in 6. Dec. in c. quoniam
abbas, nu. 15. verſ. ſecundus caſus, de
off. deleg. latius Boſſ. Tit. de ſent. nu.
21. 22. 23. cum ſeq. Oſaſc. deciſ. Ped.
131. nu. 15. & 16. Foller. ſuper conſt.
Regni cap. iuſtitiarii, Tit. de off. iuſt.
nu. 14. cum ſeq. Iul. Clar. prac. cri. §. fi.
q. 40. in princ. Mandoſ. dicta q.6. nu.
50 16. Horum etiam numero deſcribi
poſſunt Vicarii Iuſtitiæ, de quibus
Caſſan. ſuper conſue. Burg. num. 41.
quem refert Clar. d. §. fin. q. 55. verſi.
quomodo, in fine.
51 Sexto etiam loco poni poſſunt il
li qui à Principe ſeu ab alio delega
ti ſunt & gerunt uicem delegantis, di
cti largo modo Vicarii, ſecundum
Alex. rub. nu. 16. ff. de off. eius, Zaba
rel. in clem. 1. nu. 3. de of. Vic. Ruin.
conſi. 141. nũ. 4. in 4. glo. & Alciat. in
rub. nu. 6. de off. ord. in 6. Menoc. de
arb. Iud. lib. 1. q. 12. nu. 5.
52 Septimo loco, ſunt ij, qui ab infe-
riore à Principe in locum ipſorum
authoritate tamẽ ipſius cõſtituũtur
de quibus Bald. in l. aliquando, in ſe-
cunda oppoſ. ff. de off. proconſ. Al-
ciat. rub. nu. 25. extra de off. ord. Ma-
rã. de ord. Iud. par. 6. diſt. quinta, qui
dat exemplum Vice Comitum Vice
Marchionum & Vice Ducum, qui
ſunt ab ipſis Ducibus, Comitibus &
Marchionibus conſtituti in Regno
ex licentia Principis ex priuilegio,
firmat Faber in §. item ſi adhuc, nu.
5. Inſt. mand.
53 Octauo loco ſunt alii conſtituti
ab inferiore à Principe abſq; ipſius
Principis auctoritate, quorum quidã
antiquitus conſtituebantur à Præfe
ctis Prætorio & a Proconſulibus ad
cauſas ciuiles audiendas & terminã
das, de quibus tex. in l. 1. cum glo. C.
de



de off. Vic. & in l. à Proconſulibus, cũ
gl. in princ. C. de appel. Azo in ſum.
tit. de off. Vic. Alciat. d. rub. num. 25.
extra de off. ordi. l. aliquando, & ibi
Bal. col. 1. ff. de of. proconſ. Didac. de
prac. quęſt. cap. 4. nu. 8. in fine 5. con-
cluſ. nu. 4. Rolan. conſ. 75. nu. 16. in
3. Pet. Bell. tract. de re milit. par. 1.
Tit. 17. de of. Vic. nu. 1. cum ſeq. & de
Vicario Beneuentano, in tempora-
libus ad ciuiles cauſas deputato, tra-
dit Quintil. Mandoſ. in praxi form.
3. commiſ. cau. in c. ſummarie, in fine.
54 Quidam autem à Magiſtris militũ
& à Comitibus in negotijs militum
de quibus Azo, d. tit. de off. Vic. Pet.
Bell. d. trac. de re milit. par. 1. d. titu.
17. de off. Vic. nu. 1. & 7. Mandoſ. d.q.
6. nu. 3. Alphonſ. Carmon. d. c. 15. nu.
55 1. Et quidam alii conſtituebantur in
locũ ſeruorũ Ordinariorũ, & eorũ vi
ces gerebãt, quorum meminit Ho-
rat. in 2. ſermonũ, ſat. 7. ibi, Siue Vi-
carius eſt q. ſeruo paret vti mos Ve
ſter ait: ſeu conſeruus, & Martial.
in illo carmine Eſſe ſat eſt ſeruum,
iam nolo Vicarius eſſe de quibus lo
quitur text. in l. vbana familia ff. de
verb. ſig. & in §. cum autẽ Inſti. quod
cum eo. Bell. d. trac. de re mil. d. Tit.
de off. Vic. nu. 1. quos etiam ſubinſti
tores appellat Alciat. in d. l. vrbana
nu. 7. & in rub. nu. 23. extra de off. or-
di. Mandoſ. d.q.6. nu. 3. Alphonſ. d.c.
15. num. 1.
56 Nono loco conſtituuntur à Præſi
dibus ſecularibus, Gubernatoribus,
Rectoribus, Poteſtatibus & cæteris
Magiſtratibus vel ex conſuetudine
vel in caſu neceſſitatis, puta abſentiæ
vel infirmitatis, de quibus Bald. in l.
aliquando. ff. de offi. proconſ. Alex.
in rub. nu. 18. Seyſell n. 10. cum ſeq.
ff. de offi eius, Gemin. in c. fi. nu 9. de
off. Vic. in 6. & ibi Ancar. in fine, qui
de Vicepoteſtate loquitur, Maran.
de ord. iud. par. 6. diſt. 5. nu. 18. & 19.
Didac. de prac. q. d. c. 4. nu. 4 & 8. &
per totum, Franc. in c. dilecti, q. 6. ex
tra de appellat. Bell. d. trac. de re mi-
lit. d. par. 1. d. Tit. de off. Vic. nu. 7. &
de Vicario, Gubernatoris, Aſtenſis
Oſaſ. deciſ. Ped. 131. in princ. Man-
57 doſ. dicta. q. 6. num. 15. ſunt etiam &
vlt. quidam Vicarii prouiſionum,
quorum officium, verſatur circa car
nes & frumenta, & idem ſunt, quod
Præfecti Vrbis, de quibus Boſſ. ti. de
regal. nu. 20. de extraord. cum nu. 6.
de aq. & flum. nu. 20.
58 Et quidam loci habitatores, qui
Vicarii dicuntur, in l. vnica, C. non
licere hab. metro. cum gl. in ver. Vic.
& adductis per Mandoſ. d.q.6. num.
3. in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius temporalis non eſt proprie Vicarius. Contra nu. 2. & 3.*
2 *Vica. Epiſcopi eſt proprie Vicarius.*
4 *Vſus communis loquẽdi pręualet etiam in Statutis.*

## QVAESTIO IIII.

SEd an Vicarius Epiſcopi dicatᷣ pro
prie Vicarius. Dicendũ videtur,
quod non, quia non eſt perpetuus: &
1 Vicarius temporalis non eſt proprie
Vica. Butr. Abb. Fel. & alij in c. G. per
petuus, in princ. extra de fide inſtru.
Lancellott. Inſt. iur. Cano. in rub. de
off. Vic. Gemin. in c. 1. nu. 1. de of. Vic.
in 6. Ioã. Bapt. Caſtel. in add. ad Al-
ber. in ver. Vicarii appellatione.
2 Sed contrarium tenet Fel. in d.c. G.
perpetuus, nu. 2. Dec. in c. poſtulaſti.
nu. 1. ad fi. extra de reſcri. ea ratione
quia Vicarius dictus eſt à vice, quã
gerit, vt dixi ſupra, q. 1. & argumen-
tũ ab ethymologia probat in propo-
ſito, Dec. in d. c. poſtulaſti, nu. 1. & de
Vicario Epiſcopi iudicari poſſe ſicut
de perpetuo, quamuis non iuuetur
decreto de pacifico poſſeſſore, pro-
bat Rebuf. Trac. de pacif. poſſeſſ. nu.
79. dicam infra lib. 3. q. 48. Nec ad-
uer-

uerſatur, quod Vicarius Epiſcopi ,
uerſatur erpetuus. Quia ſat eſt, quod
non ſit pe perpetuus , vt animaduer
poſſit eſſ d. c. G. perpetuus. Et licet
tit Fel. ineſſet ab Epiſcopo deputa-
4 tus ad tempus, proprie tamen Vica-
rius diceretur, ex communi vſu lo-
quendi, qui ẽt præualet in ſtatutis,
Bar. & alii in rub. ff. de oper. no. nũc.
Abb. & alij in proęm. decret. & tra-
dit in ſpecie Fel. in d. c. G. nu. 2. & per
petuam iudicari dignitatem Vicarii
Epiſcopi comprobat Gabr. conſ. 32.
nu. 19. & 21. volu. 2. poſt hæc ſcripta
viſus.

*SVMMARIVM.*

*Officialis communis, dicitur etiam Epi-
ſcopus ſiue eius Vicarius.*

## QVAESTIO V.

SEd hic per incidens non omitto,
quod etiam ſub nomine officia-
lis communis, venit Epiſcopus ſiue
eius Vicarius, vt in ſpecie pro Vica-
rio Bononienſi reſp. Ancar. conſi.
340. Viſo themate, nu. 1. Paui. trac. de
of. & pot. cap. ſede vac. 2. par. princ. q.
10. nu. 28. Dec. in c. eccleſia S. Mariæ
nu. 10. extra de conſt. in c. ſane, col. fi.
extra de of. deleg. Roland. conſi. 37.
nu. 23. in 4.

*SVMMARIM.*

1 *Vicarius Epiſcopi, quot & quibus nomi
nibus vocetur, remiſſiue.*

## QVAESTIO. VI.

1 NVnquid autem Vicarius Epi-
ſcopi alijs nominibus vocetur
& quot, dixi ſup. q. 2. vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Vicegerens, Vice Dominus, locũ
tenens, officialis ordinarius, Procura
tor œconomus ſubſtitutus commiſſa-
rius, Deputatus, Viſitator & Miſſus
dominicus Epiſcopi differunt, & nu.
3. cum ſeq.*
*Contra nu. 7. cum ſeq.*
*Nomina ſupradicta ſunt ſynonima
nu. 10.*
*Promiſcue accipiuntur nu. 8. & ſunt v-
num & idem, nu. 10.*
*Ampliantur, nu. 21.*
*Declarantur, primo & 2. nu. 22. cũ ſeq.*
2 *Federicus de Senis præcipuus decretorũ
Doctor & Rector magnæ ſcientiæ appel-
latur.*
3 *Officialis Epiſcopi ſine ſpeciali manda
to non poteſt concedere litteras com-
mendatitias.*
*Declara, nu. 12. cum ſeq.*
11 *Beneficiorum collatio non venit in gene
rali commiſſione Vicariatus.*
12 *Officiales epiſcoporum dicuntur, qui eo
rum vices gerunt.*
13 *Ablatiui important conditionem.*
14 *Forma colligitur ex conditione.*
15 *Ratio colligitur ex forma.*
16 *Ceſſante cauſa auctoritatis, ceſſat au-
ctoritas.*
17 *Nouus Auctoris intel. ad c. cũ nullus §.
inferiores, de temp. ord. in 6.*
18 *Aduerſatiua autem aduerſatur in iu-
re & in facto, repetendo præcedentes,
qualitates, & nu. 19.*
20 *Dictum glo. debet intelligi ſecundum
auctoritatem quam allegat.*
22 *Vocabulorum diuerſitates locorum di-
uerſitatibus dimittendæ ſunt.*

## QVAESTIO VII.

SVcceſſiue quæro, an iſta nomina
Vicarius Vigerens locumtenẽs,
Officialis Ordinarius Procurator
œconomus ſubſtitutus Cõmiſſarius
Deputatus, nec nõ Miſſus Domini-
cus, quibus Doctores paſſim appel-
lant Vicariũ epiſcopi, vt ſupra dixi, q.
2. differant in effectu inter ſe. Hanc
q. ſuper differentia Vicarii & officia
lis excitauit Lau. antiquus Doctor in
cle.



cle. vnica vbi. Card. illũ refert. n. 18.
de of. Vic. & pręcipuus Decretorum
1 Dctor, & Rector magnę ſcientiæ Fe
der. de Sen. conſ. 302. num. 4. ſic di-
ctus à Iaſ. in l. legatũ, nu. 16. ff. de le. 1.
& cõſ. 110. col. 3. verſ. moueor in pri-
mis, vol. 4. illam inter Vicarium & of
ficialem Epiſcopi conſtituẽs differẽ
tiam, quod Vic. poſſit omnia quæ po
teſt officialis, ſed non econuerſo, alle
gans Guil. in Clement. 1. de off. Vic.
& Io. And. in c. fi. eo. ti. in 6. Mouen-
tur iſti ad id dicendũ ex tex. in c. cũ
nullus § inferiores, cum gl. in verbo,
non extendat, de temp. ord. in 6. Vbi
officialis Epiſcopi abſque mandato
3 ſpeciali non põt literas commendati
tias ad ordines Clericis concedere,
quas tamen Vicarius in ſpũalibus ge
neralis concedere põt. Secũdò addu
citur tex. in c. licèt, in c. fi. de off. Vic.
in 6. Vbi Vicarius, & officialis ponũ
tur diſtinctè tanquã inter ſe differen
tes. Tertiò iſtorum nominum diffe-
rentiam probat gloſ. in clement. & ſi
principalis, in verbo officialis, vbi
Imol. nu. 17. de reſcript. dicens non
videri, quòd Vicarius Epiſcopi in ſpi
ritualibus, qui non eſt officialis poſ-
4 ſit eſſe delegatus Papę At officialem
poſſe ex tex. in d. Clemen. & ſi princi
palis. Vltimò hanc ſentẽtiam tenuit
etiam Aufrel. ad Toloſ. q. 148. dicens
Vicarium & officialem diuerſos eſſe
5 præſertim apud citramontanos poſt
Io. And. & alios in d. c. fi. & in addi. ad
Specu. ſuper rub. de of. Vic. & hanc
eandem differentiam inter Vicariũ
vice gerentem officialem, Delega-
tum, & locum tenentem ponit Pa-
uin. in tract. de poteſt. Capit. ſede va
can. in 2. par. princ. quæſt. 10. Vbi di
6 cit vice gerentem eſſe illum qui fuit
à ſuperiore conſtitutus propter im-
pedimẽtum principalis officialis, de
quo loquitur tit. de off. eius qui vic.
alt. ger. Vicarium verò ab Epiſcopo
creari vt ſupra dictum fuit, & dicam
infrà, q. 46. cum ſeq.
7 Sed cõtrariam ſententiam recte de-
fendunt Io. And. in addit. ad Spec. in
rub. de off. Vica. Archid. in cap. 2. in
princ. Gemin. in c. fin. & ibi Franc. in
2. notab. de off. Vic. in 6. firmat Card.
8 in d. clem. vnica, nu. 18. Dicens tales
terminos poſſe accipi promiſcuè, &
quòd ſic accipiunt Barbat. in d. cle.
et ſi principalis, vbi Imo. nume. 16.
de reſcript. Pauin. Tract. de poteſt.
ſed. vacan. prima parte, q. 2. n. 2. Ro-
ta deciſ. 4. aliàs 378. num. 3. in nouis
Bal. conſ. 93. in fi. vol. 1. Dicens, quòd
non eſt differentia in nomine officii
9 ſed in qualitate, Diaz. pract. crim.
Can. c. 3. nu. 4 Rebuſ. in prac. benef.
tit. de Vicarijs Epiſc. nu. 24. Papazon
ad Rot. deciſ. 66. eo. tit. nullam in ef-
fecta conſtituentes differentiam in-
ter prædictos terminos, ſed ſynoni-
10 ma, & vnum, & idem eſſe affirman-
tes, Mandoſ. in reg. cancell. 14. reſer-
uat, q. 6. num. 16. Hippoli. Riminal. in
rub. nu. 113. ff. de of. eius. & hæc vide
tur eſſe communis & recepta opi-
nio nedum apud Hiſpanos, vt affir-
mat Papazon ad Rot. in deciſ. præal
leg. verum etiam apud Italos ut te-
ſtatur Ioan. And. ad Spec. in d. rub.
Feder. de Sen. d. quæſt. 302. nu. 4. Me
noch. conſi. 51. nu. 38. in primo. Hæc
autem opinio ſatis commodè proba
tur in cap. fina. de offic. Vica. in 6.
11 Vbi collatio beneficiorum, non ve-
nit in generali conceſſione facta
Vicarii Epiſcopi, nec in ea facta of-
ficiali, ad idem text. in ca. Roma-
na, in princip. de appel. in 6. Vbi of-
12 ficiales Epiſcoporum dicuntur, qui
vices eorum gerunt, ſecundum Ho-
ſtien. in ſumma. de offi. Vic. in princ.
Syl. in ſumma, in ver. Vicarius, in
princip. Rebuff. in d. pract. benef.
d. Titu. de Vica. Epiſco. num. 1. cum
quibus concordat text. in cap. 16.
ſeſſ. 24. apud Concilium Triden.
in decreto de reformat. vbi Vica-
rius & Officialis Epiſcopi pro eo-
dem accipiuntur.

Nec

Nec obſtant adducta ſupra in contrarium & primò nõ obſtat tex. in d. c. cum nullus. §. inferiores. Nam mirum non eſt ſi ibi Vicarius in ſpiritualibus generalis facultatem habet concedẽdi litteras commendatitias ad ordines, quia tunc epiſcopus agebat in remotis, & iſta ratio deducitur ex verbis illius tex. ibi, epiſcopo autem in remotis agente, quæ cum
13 ablatiua ſint, important conditionẽ, l. ab emptione, ff. de pac. l. euictis agris, ff. de vſur. Crauet. conſi. 156. nume. 5. vol. 1. Cæphal. conſi. 292. nu. 6.
14 in 2. ex qua conditione forma colligitur, Felin. in c. cum dilecta, col. 6. ver. ſecundum ſignum, de reſcr. cum adductis per Roland. conſi. 82. nu. 5. vol. 1. Plot. de in lit. iur. § 2. nume. 3.
15 Et per conſequens ratio l. Iulianus, §. ſed ſi quis, ff. ad exhiben. Feli. in d. cap. dilecta, d. col. 6. Bal in l. comparationes, 2. col. C. de fide inſtrum. Soc. conſi. 24. circa finem, volum. primo.
16 Ergo ceſſante abſentia epiſcopi ceſſare debet auctoritas concedendi litteras, c. cum ceſſante, extra de appel. cum adductis per Euerard. in loco a ceſſatione rationis, & per conſequẽs Vicarius non poterit concedere huiuſmodi litteras, ſicut nec officialis, abſque ſpeciali mandato. Quod etiã comprobatur retorquẽdo illum tex. in contrarium, quia non ſolum non facit differentiam inter officialẽ epiſcopi, & Vicarium, ſed vnum, & idẽ eſſe in effectu præſupponit. Nam dicit, quod inferiores Prælati, vel officiales epiſcopi non poſſunt licentiã ordinandi impartiri, nullam de epiſcopi abſentia faciens mentionem in d. §. inferiores, ſed ſubdit in §. ſeq. Epiſcopo autem in remotis agente poſſe Vicarium in ſpiritualibus generalem dare huiuſmodi licentiam ordinãdi ergo tex. in d. §. inferiores,
17 loquitur, quando epiſcopus non eſt in remotis, & quod tunc officialis non poteſt concedere huiuſmodi li-
18 centiam, propter illam dictionem autem, quæ aduerſatur tam in iure, quam etiam in facto, l. hoc amplius, §. de his autem, ff. de dam. infec. Dec. conſi. 387. num. 7. Et ſic quando epiſcopus eſt in remotis, tex. repetere videtur eundem officialem poſſe dare huiuſmodi licentiam, qui fuit prohibitus, quando epiſcopus non erat
19 in remotis. Quia illa aduerſatiua repetit eaſdem qualitates, quamuis aduerſetur, Dec. d. conſil. 387. nume. 7. Cæphal. cõſi. 278. nu. 90 in ſecundo. Et ideo dum dicitur in tex. quod Vicarius poteſt concedere licentiã epiſcopo agente in remotis, debet intelligi de eodem officiali de quo proxime dictum fuerat, quia repetitus cẽſetur, & ita idem erit officialis, quod Vicarius. Secundo non obſtat tex. in d. c. licet, & in cap. fi. de off. Vic. in 6. Quia ad hæc reſpondit Card. in dicta clemen. vnica, num. 18. & 19. quod huiuſmodi differentia nõ probatur, cũ ibi Vicarius & officialis ꝓmiſcue accipiantur. Sicut etiam, & tertio nõ obſtat, glo. in dicta clemen. & ſi principalis, quia licet dicat credere, quod Vicarius in ſpiritualibus, qui non ſit officialis epiſcopi non poſſit eſſe delegatus Papæ: tamen reſpondeo negando Vicariũ epiſcopi non eſſe officialem epiſcopi, cum ſint vnum, & idem, vt proxime diximus, & firmat Barbat. in d. clemen. vnica.
20 Prout etiam reſpondeo dictum glo. debere intelligi, ſecundum auctoritatem, quam allegat, Bar. in l. nõ ſolum, §. ſi liberationis, ff. de liber. legata. Afflic. deci. 321. nu. 16. Crauet. conſi. 37. nu. 14. Cephal. conſi. 179. nume. 13. in 2. Port. conſi. 36. num. 53. & glo. nihil allegat, niſi tex. in d. c. cum nullus, §. 1. cui ſatis fuit ſupra reſpõſum. Et contra glo. ſtringit tex. in dicta clemen. & ſi principalis, in princ. quæ vult principalem officialem epiſcopi poſſe fieri delegatum Papæ, firmat ibi Anchar. col. 1. Card. num. 3. Imola,



Imola, num. 18. Rebuff. in d. prac. beneſ. tit. de Vic. epiſ. in prin. & tit. for. Vicar. Archiepiſc. nume. 27. Ex quibus abſoluta remanet concluſio: ꝙ Vicarius, & officialis epiſcopi in effectu ſunt vnum & idem.
21 Ampliatur, vt procedat tam in officiali & Vicario quam etiam in Vicegerente Epiſcopi, nec non in Vicedomino, Locumtenẽte, Ordinario, Oeconomo, Procuratore, & Miſſo dñico. Nã oẽs iſti termini verificantur in Officiali & Vicario Epiſcopi, cum Doctores permixtim vtantur iſtis vocabulis, vt ſupra diximus, q. 2. & in eis vim non eſſe faciendam admonet Rot. deciſ. 378. nu. 3. i nouiſ.
22 Declaratur vt non procedat qñ conſuetudo loci vel prouinciæ aliud ſuaderet, quia diuerſitas horũ vocabulorũ, locorũ diuerſitatibus dimittendæ ſunt, Io. And. ad Spec. in d. rub. de off. vic. Domin. in d. c. fi. num. 5. de off. vic. Diaz. in prac. crim. cano. cap. 3. num. 4. Ioan. Iac. Melil. in tracta. de Vic. Præced. cap. 1. num. 13. poſt Barbat. in d. clem. 2. de reſcript.
23 Secũdo declaratur, niſi epiſcopus in litteris teſtimonialibus Vicariatus aliter expreſſiſſet officialem, Syl. in ſumma in ver. vicarius.

SVMMARIVM.

1 *Vicaria epiſcopalis quo iure introducta fuerit.*

## QVAESTIO VII.

VLterius autem progrediendo, quæro quo iure introducta
1 fuerit vicaria epalis. Rñdeo, ꝙ de iure canonũ. Nã de iure ciuili vicarius epi cognitus nõ reperitur, teſte Rimin. iun. in rub. nu. 159. ff. de of. eius. & alibi ſcripſit Card. in cle. 1. nu. 19. de of. vic. quòd in volumine Gregoriano paucis in locis de vicarijs eporum mentio fit, ſed in Sexto pluries.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius generalis epiſcopi, quis, remiſſiue tamen.*

## QVAESTIO VIII.

ET quoniam dictũ fuit ſuperius inter vicarios epiſcoporũ alios eſſe generales & alios foraneos. Quæro ſecundum ordinem, quis dicatur generalis vicarius epiſcopi.
1 Reſpondeo vt ſupra, q. 3. nume. 26. cum ſeq. vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij epiſcoporum conſtituti ſimpliciter qui ſunt.*

## QVAESTIO IX.

DIxi etiam ſupra, Vicarios Generales ſiue principales epiſcoporum aliquando ſimpliciter eſſe conſtitutos, quandoq; in ſpiritualib. tantũ, nõ nunquã in temporalibus, & in ſimul quoq; in diuinis. Quæro modo qui ſint Vicarij ſimpliciter conſtituti. Reſpondeo eſſe illos qui conſti-
1 tuuntur abſq; expreſſione ſpiritualitatis, & temporalitatis, c. ſtatuta, de hæret. li. 6. c. vt officium §. compeſcẽdi, eodem titulo, pulcre Bal. cõſ. 478. nu. 1. cum ſeq. vol. 4. Feder. de Sen. q. 302. nu. 1. Diaz in prac. crim. cano. c. 3. in prin. Rebuffus in prac. benef. ti. forma Vic. Arch. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus qui.*
2 *Adminiſtratio ſpiritualis in quibus conſiſtat, remiſſiue.*

## QVAESTIO X.

SVcceſſiue quęro, quis dicatur Vi
carius epiſcopi in ſpiritualibus tã
tum. Reſpondeo illum eſſe, qui ha-
1 bet ab epiſcopo ſpiritualem rerum
adminiſtrationem, c. cum nullus .§.
penul. de tempor.ordi.in ſexto, Bal.
conſi.478 num.1.cum ſeq. volum.4.
Feder. de Sen. q.302. ad fin. Diaz.in
prac.crim.cano.q.3.in princ.Rebuf.
in prac.benef. tit. forma Vica.Arch.
num.18.firmat Chiſ.deciſ.Rot.200.
Cucc.Inſti.iur.cano.de Vica epiſco.
num.60. cum ſeq. In quibus autem
adminiſtratio ſpiritualis conſiſtat,
ſcribunt Bald.Feder. de Sen. & Re-
buf. in locis iam adductis, Bertac. in
in trac. de epiſco.titu. de pot.epiſco.
circa ſpiri. per totum, & dicam latius
infra lib. 2.q. & fere per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi in temporalibus, qui.*
2 *Adminiſtratio epiſcopi in temporalibus quandoque ad iudicialia pertinet, & quandoque ad extra iudicialia.*
3 *Adminiſtratio epiſcopi in temporalibus quo ad iudicialia in quibus conſiſtat.*
4 *Franciſcus Maria Henricus, epiſcopus Senogalliæ & Comes, laudatur.*
5 *Adminiſtratio epiſcopi in temporalibus circa extraiudicialia, in quibus conſiſtat.*

## QVAESTIO II.

ET eodem modo dicetur Vica-
rius epiſcopi in temporalibus
1 ille qui ab epiſcopo conſecutus fue-
rit adminiſtrationem circa tempo-
ralia, Bald.conſi 478.num.2. in 4.Fe-
der.de Sen.q.302. num. 1.Pauin.de
pot. capitali ſede vacante, 2.par.prin
cip q 10 num. 10 Rebuffus in praxi
beneſici. tit.forma Vic.Archiepiſco.
nu.12 20.& ſeq. Cucc. qui plura re-
fert exempla Inſt.iur.cano. de Vica.
epiſ.num.61.62.63. cum ſeq.formu-
larium Rom. Fel.245. vbi late ponit
exempla temporalitatis. huiuſmodi
enim adminiſtratio, quandoque ad
2 iudicialia pertinet, quandoque ad
extraiudicialia, ſecundum Doct. ſu-
pra allegatos. Pertinet ad iudicialia
quando epiſcopus habet in Diœceſi
3 vnum vel plura Caſtra, in quibus præ
ter ſpiritualem iuriſdictionem, ha-
bet etiam merum, & miſtum Impe-
rium & omnem Iuriſdictionẽ exem
plo quod ipſi afferunt Archiepiſco-
patus Bononienſis de quo meminit
tex.in c.cõqueſtus, vbi notant Abb.
& alij extra de foro compet. Et plu-
res epiſcopos habere ab Imperato-
re & Rege Franciæ Territorium, &
Iuriſdictionem, & vocari Duces, &
Comites & multos alios in Regno,
& Abbates & Priores habere Iuriſdi
ctionem, & illã per officiarios exerce
re, ſcribit Boer. dec.263.nu.4.par.2.
& in hoc Ducatu ſereniſſ. Ducis Vr-
4 bini Reuerendiſ. Dominus Franciſ.
Maria Henricus epiſcopus Senogal-
liæ eſt etiam Comes Caſtri Porco-
zoni, & in eo exercet Iuriſdictionẽ
& tantam in oues ſuas pietatem, &
charitatem, quanta quidem eſſe de
bet in Paſtore, vt ex Apoſtoli voce
ad Corinth. & Saluatoris noſtri, ad-
monet Iohan. Hug.in tract. de offi.
quat. Prælat.in proęm.
5 Ad extraiudicialia verò pertinet
quando res Eccleſie alienantur ſecũ
dum exempla Bal. d. conſ.478.nu.2.
Bertach. in d trac. de epiſ.tit.de pot.
epiſ.in tẽpora per tot. & nos ſuo lo-
co dicemus, Cuc.d. Tit.de Vic.epiſc.
nu.63.64.cum ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtrationis qualitas cognoſcitur ex natura rei adminiſtrate.*
2 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus et temporalibus, qui.*

QVAE-



## QVAESTIO XII.

ET cum ex natura eius, quod ad-
miniſtratur, adminiſtratio qua-
1 lis ſit cognoſcatur, teſte Bal. cõſ.478.
nu.2.in 4. Cucc.Inſt. iur.can.de Vic.
nu.60. ſi Vicarius epiſcopi ſpũalem
ab eo & tẽporalem, ac in diuinis in-
ſimul cõſequutus fuerit adminiſtra-
tionẽ, dicetur Vic. Epiſ.in ſpũalibus
2 & tẽporalib.& indinis etiam cõſtitu-
tus in c.fi.vbi Abb extra de conceſſ.
prębẽ.c.1.& 2.& ibi Io.An.de ſuppl.
neg prȩl.lib.6.Bal.conſ.478.nu.1.cũ
ſeq.vol.4.Rebuf.in prac.benef.Titu.
forma Vic.Arch.nu.5.& 15.& de Vi
cario epiſcopi preſbitero in ſpũalib.
& temporalib. & inſimul indiuinis
conſtituto, Bero.conſ.22. num.10.&
19.vol. 1.In quibus autem huiuſmo
di Vicarii adminiſtratio cõſiſtat, tra-
dunt præcitati Doctores, & alij quos
retuli in duabus qõ. præcedentib. &
latiore folio dicam inf. lib. 2.vbi eſt
huius materię locus.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarij Foranei, qui.*
2 *Vicariorum Foraneorum ſpecies & quales, & nu.4.cum ſeq.*
3 *Vicarij Foranei vnde dicti.*
6 *Decani rurales, nonnunquam Vicarij Foranei*
7 *Delegati ab epiſcopo ad vniuerſitatem cãrum ſunt Vicarij Foranei, & ẽt delegati ad certũ genus cauſarum, nu. 8.*

## QVAESTIO XIII.

DIxi ẽt ſupra quod poſt Vicarios
generales epiſcoporũ reperiũ-
tur ẽt Vicarij Foranei, Ideo quęro
in propoſito qui ſint Vicarij Foranei
Reſpõdeo eſſe illos qui ab epiſcopis
in certa parte dięceſis, vel ad certos
1 actus deputantur, gl. in cle. 2.in ver.
foraneo, vbi Ancar.& Car.de reſcr.&
in c.1.in ver.foraneus, de of. or. in 6.
& ibi Doc.& in rub.ff.de of.eius Fel.
in c.cũ cãm, el primo, nu.8. vbi Abb.
nu.3. de of. dele. Maran. de ord.iud.
par.4.diſ.5.prin.n.14. Natta ad Ale.
cõſ.12.nu.3.vol.6. Franciſ.Marcus q.
Delph.317.nu.17.par.1.Capra regu-
la 12. nu.8.Rolãdus cõſ.75. nu.17.li.
3.Didac.Couar.lib. prac. q c.4.nu.8.
2 Quorũ quidã ponebãtur ab Archi-
epiſcopis in dięceſi ſuorum ſuffraga
neorũ, qui prohibebãt Iudicib.à qui
bus appellatũ fuerat ne pendẽte ap-
pellatione procederẽt, licet cãs non
cognoſcerẽt dicti foranei, ad illorũ
3 differentiã, quos Archiepiſcopus cõ
ſtituebat in ſua Curia, vel quaſi forũ
tenẽtes Archid.Imol.& alii, in d.c.1.
in prin.poſt gl.1.in ver.foraneus, Syl.
in ſum.in ver. Vicarius, nu.4. Quidã
4 verò cõſtituũtur ab Archiepiſcopis,
& Epiſcopis in Ciuitate tantũ vel in
certo loco, Card.in cle 2. nu.3. de re
ſcr. Et quidã in aliqua parte dięce-
5 ſuum vel per parrochias, gl. in d.cle.
2.in ver.foraneo, & ibi Ioan. And. &
6 Card.nu.3. Nonnunquam ſunt De
cani rurales, c. adhæc extra de of. Ar
chid.gl.in d.cle.2.vbi Card.in fine, &
7 Imol.nu.33. Alii ſunt delegati ad vni
uerſitatẽ cãrum ſcd̃m Bar.in l.1.in fi.
ff. quis & à quo. Innoc.in d.c.1.in fi.
de off.ord.Abb.in c.relatũ, nu.8.ex-
tra de of.dele.Alex.cõſ.12.nu.2.& 3.
lib.6.Fran.Marc.d.q.Delph.317.nu.
17.Didac.de prac.q.d.c.4. num.8.
8 Et alij conſtituuntur ad certos actus,
gl.in d.cle 2.in ver.foraneo, qui etiã
dicũtur delegati ad certũ genus cã-
rum, quia certę cauſę in genere di-
ſtinctę illi mãdantur Bar. in l.more,
nu.14.ff.de iuriſd.om.Iud.Salic.in l.
à Iudice colu.1. in fi. verſ. quero ad
declarationem vbi Caſtrenſ.nu.3.6.
de iud.Alex.in l. 1.nu. 76.& 77.ff.de
offic.eius.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius ſpecialis Epiſcopi, qui.*

 QVAE-

## QVAESTIO XIIII.

SEd quid ſi Vicarius fuerit quis ab
epiſcopo deputatus ad vnũ actũ
ſpecialem, vt pote ad abſoluẽdum à
peccatis occultis, & Apoſtolicæ ſedi
reſeruatis pręuia diſpenſatione, ſecũ
dum Concil. Trid. c.6. ſeſſ. 24. in de-
creto de reformat. Reſpondeo hu-
1 iuſmodi Vicarium dici ſpecialem,
quia cauſa illi ſpecialiter committi
tur, & ad illam ſpecialiter deputatur
ab Epiſcopo, d.c.6. ſeſſ. 24. Couar. lib.
prac. q. c.4. nu.8.

*SVMMARIVM.*

1 *Capitulum ſede vacante gerit vices epiſcopi, & nu.3.*
*Declaratur, nu.9. & ſeq.*
2 *Vicarius dictus eſt à vice, quam gerit.*
3 *Summus Pontifex trãſmittit literas Capitulo ſede vacante, tanquam Vicario Epiſcopi.*
4 *Capitulum ſede vacante impropriè eſt Vica. epiſ. propriè autem ſucceſſor.*
5 *Succeſſor & anteceſſor pro vna perſona reputantur.*
6 *Capitulum ſede vacante idẽ eſt cũ epõ.*
*Infinita poteſt, quæ non poteſt Vicarius.*
*Strictior eſt Vicarij poteſtas, quàm capituli ſede vacante.*
7 *Vicarius epiſcopi nõ poteſt ſine cã & mãdato epiſcopi conſtituere, Vicarium.*
8 *Capitulum ſede vacante, Vicarium conſtituere tenetur.*
10 *Vicarius epiſcopi ſine eius mandato, non poteſt omnia exercere.*

## QVAESTIO XV.

DIxi ẽt aliàs, Capitulũ, ſede epi-
ſcopali vacante cõnumerandũ
inter Vicarios epiſcoporũ: iõ in pro
poſito quæro, an dicatur propriè Vi
carius epiſcopi, partem affirmati-
uam probare videtur gl. in c. vnico in
2. notab. de maior. & obe. in 6. Innoc.
in c. eã te. nu.4. & ſeq. Dec. nu.7. ver.
ſucceſſiuè, extra de reſcript. vbi
1 dicitur quòd Capitulum ſede vacan
te gerit vices epiſcopi, & latè com-
probat Rebuf. in pract. benef. titu.
de deuolut. nume. 58. cum pluribus
ſequent. ergo eſt Vicarius epiſcopi
2 à vice quam gerit, iuxta tex. in l. vi-
carius. ff. de legat. l. 2. cum glo. in ver
bo rector. C. de offi. eius qui vic. alte.
gerit Silueſt. in ſumma in verbo Vi-
carius, in prin. latè Per. Bellin. tract.
de re milit. par. prima. tit. 17. de offic.
vic. nu.1. & 2. cum ſeq. Et huic capitu
3 lo tanquam Vicario epiſcopi litte-
3 ras tranſmitti à ſummo Pontifice di-
cit Inno. in d. c. eam te. nume.5.

Sed quòd non dicatur propriè Vica
rius epiſcopi, neque procurator, ſed
4 ſucceſſor epiſcopi ſit, reſpondit Fe-
der. de Sen. conſil. 30. nu.3. poſt glo.
in d. c. vnico. de maiori. & obed. in 6.
& hoc pro regula ponit Abb. in c. cũ
olim, in 1. notab. extra eo. & hæc eſt
communis opin. teſte Roman. conſi.
506. nu.13. in fi. vbi Mandoſ. in litte-
ra I. ſucceſſor enim & anteceſſor pro
5 vna perſona reputantur. c. 1. extra de
ſolu. cap. dilecti, de foro compe. & ad
terminos noſtros Innoc. in d. c. eam
te. nu.6. & 7. Feder. in dicto conſi. 30.
nu.3. dicens Capitulum ſede vacan-
6 te, idem eſſe cum epiſcopo, & infini-
ta poſſe, quæ non poteſt Vicarius,
quẽ ſequitur Dec. in c. qm̃ Abb. nu.
15. ver. & videmus, extra de offic. de-
leg. Pauin. in tract. de poteſtate Cap.
ſede vacan. parte prima, quæſt. 2. nu.
2. ſubdens ſtrictiorem eſſe poteſta-
tem Vicarij epiſcopi, quàm Capituli
ſede vacante, & quæſt. 5. nume. 5. ad
fin. inquit, quòd plura poteſt, quàm
Procurator, aut Vicarius epiſcopi:
Prout ẽt quia ſi capitulũ Vicarius eſ
ſet, Vicariũ cõſtituere nõ poſſet quia
7 regulariter Vicarius abſque ſpeciali
epi cõſenſu & cauſa Vicariũ cõſtitue
re non poteſt. c. Clericos, & ibi Ioan.
And. & Hoſt. extra de offic. vic. Ro-
ta deciſio. 378. in nouis, & ibi Pa-
paz. in apoſtilla Port. cõſi. 87. nu. 16.





At hoc eſt falſum, quia Capitulum
ſede vacante Vicarium conſtitue-
8 re poteſt, Abb. in cap. irrefragabili,
nu.2. circa principium, extra de offi.
ord. poſt Hoſtien. ibi relatum & Fe-
lin. in c. cum olim, nu.9. extra de ma-
ior. & obed. & hodiè tenetur ex
Conc. Triden. in ca. 16. in decret. de
reformat. aliaq; infinita poteſt, quæ
non poteſt Vicarius Epiſcopi ſecun-
dum ſupra allegatos, & latius Rebuf.
d. tit. de deuolut. à nu. 58. vſque ad fi.
tit. ergo ſequitur, quòd Capitulum
propriè non ſit Vicarius Epiſcopi,
ſed ſucceſſor. Nõ obſtat quòd Ca
pitulum ſede vacante gerat epiſcopi
vices, ſecundum gl. in d. c. vn. cum a-
lijs quæ ſupra in contrarium relata
ſunt, quia non infertur neceſſariò,
quòd ſit Vicarius, ſed quòd epiſco-
9 pi vicem ſuppleat, vt declarat gloſ. in
c. ſi epiſcopus, in verbo, ſed Capitu-
lum vbi Doct. de ſupplẽ. neglig. Præ
lat. in 6. Nec ſemper fungitur vice
epiſcopi vt in collationibus præben
darũ eſt tex. in c. vnico, ne ſede va-
can. lib. 6. Ripa in d. c. eam te, nu.47.
Lancellot. in §. licèt, cum glo. in ver-
bo fungitur Inſt. Iur. Can. de collat.
Ideò propriè non eſt Vicarius epi-
ſcopi, ſed impropriè ſecundum Fe-
der. de Sen. d. conſi. 30. num.3. cum
aliis ſuperius adductis, quæ omnia
aduertenda ſunt, quia Vicarius epi-
ſcopi etiam Generalis non omnia,
quæ ad epiſcopalem ſpectant aucto-
11 ritatem gerere poteſt abſque ſpecia
li mandato c. 2. & 3. de off. Vica. in 6.
Fed. de ſen. d. conſi. 30. nu.3. Rota de
ciſ. 378. titu. de off. Vic. in nouis, Ro
lan. conſ. 47. num. 21. & 45. volu. 1. &
dicam latius infra ſuo loco, ergo nec
ẽt poſſet Capitulũ prędicta facere ſi
propriè epiſcopi Vicarius diceretur.

*SVMMARIVM.*

1 *Capitulum ſede vacante ſuccedit Epiſcopo in his quæ illi competunt de iure communi: non ſi de ſpeciali vel delegato.*
2 *Nemo plus Iuriſdictionis in alium transferre poteſt quàm ipſe habeat.*
3 *Vicarius capituli ſede vacante eſt Vicarius Iuriſdictionis Epiſcopalis.*
*Declaratur nu.11.*
4 *Argumentum à coniugatis ſiue deriuatis valet.*
5 *Vicarius capituli ſede vacante debet vti carceribus & alijs miniſterijs Epiſcopi.*
6 *Vicarius capituli ſede vacanti non dicitur Vicarius Epiſcopi.*
7 *Capitulum ſede vacante habet Iuriſdictionem Epiſcopalem, & eſt epiſcopi ſucceſſor.*
8 *Creare debet Vicarium ex Conc. Trid.*
9 *Vicarium ante Concilium Tridentinum, conſtituere non cogebatur, & per ſeipſum poterat exercere Iuriſdictionem.*
10 *Non entis nullæ ſunt partes.*

## QVAESTIO XVI.

SEd an Vicarius deputatus a capi-
tulo ſede vacante dicatur Vica-
rius epiſcopi, an vero Vicarius capi
tuli. Vtilis eſt huiuſmodi quæſtio
quando ſummus Pontifex mandat
alternatiue epiſcopo vel eius Vica-
rio abſolutionem à peccatis, ſi iſte
enim erit Vicarius epiſcopi abſolue
re poterit, non ſi erit Vicarius capi-
tuli. Vam ſede vacante capitulũ ſuc
cedit epiſcopo in his, quę illi compe
1 tunt de iure cõi, nõ ſi de ſpeciali vel
delegato competãt Doc. in c. eam te
vbi Fel. nu.17. extra de reſcr. & in c.
cum olim, extra de maior. & obed. in
c. verũ, nu. 17. extra de foro cõp. Dec.
in c. quoniam Abbas, nu.15. extra de
of. deleg. Roma. conſi. 56. vbi Man-
doſ. in add. nu.14. Dec. conſ. 128. col.
1. Et ideo quemadmodum capitulũ
abſoluere non poſſet, cum abſolutio
iure delegato, epiſcopo cõpetat ſe-
cundum gl. in clem. 1. in ver. caſus, de
hęret. Fel. in d. c. eã te, nu.17. ergo nec

eiuſdem capituli Vicarius, qui plus
2 iuriſdictionis habere non poteſt
quam capitulum.l.nemo plus iuris.
ff.de regu. iur. Fel. in præcitato cap.
eam te,nu.17.Cucc.Inſt.iur.cano.de
offi.Vic.nu. 39.lib.2.poſt Hoſt. Frãc.
& alios à ſe cumulatos. Dic ergo
plures eſſe, qui dicerent prima fron-
te talem eſſe Vicarium Epiſcopi,
Quia glo.in clem. & ſi principalis, in
ver. Epiſcopi, & ibi Card. nu.15. &
Imo. nu. 20.de reſcrip. ſentiunt illũ
3 eſſe Vicarium iuriſdictionis Epiſco
palis, firmat Fel.in d.cap.eam te. per
tex.in c.vnico. de maior.& obed. lib.
6. ibi, ad quem epiſcopalis iuriſdi-
ctio. ergo eodem modo dici poterit
Vicarius Epiſcopi à quo deriuat epi
ſcopalis iuriſdictio, arguendo à deri
4 uatis ſeu coniugatis, vt late ſcribit
Euerard.in loco ab etymolog.nume.
15. Pro ut etiam, quia debet iſte Vi-
5 carius vti carceribus Epiſcopi & a-
lijs miniſteriis, non autem capituli
aliàs habentis iuriſdictionem, ſecun
dum Pauin. in tract. de offic. & pot.
cap. ſede vac.2.par. princ.q.10.nu.9.
per not.in clem.1.de hęret.

Sed contrarium tenet gloſ. in d.
clemẽ. & ſi principalis, in d.ver.epiſ-
copi. de reſcrip. vbi Imol. colum.5.
Dicens quod iſte Vicarius eſt Epiſ-
copalis iuriſdictionis, non autem Epi
6 ſcopi, & eam ſequitur Feli. in ſępius
allegato cap.eam te.nu.17. ad finem.
Pauin.d.q.10.nu.2.Lambert. de iure
patron.lib.2.par.3. art.7. 1. q. princ.
nu.3.Cucc.Inſt.iur.cano.tit. de Vic.
epiſ.nu 39.lib.2. Et ab hac ſententia
non puto recedendum, tum propter
glo.auctoritatem, tum etiam quia Vi
carius iſte gerit vicem capituli à quo
deputatur, quia capitulũm habet iu-
7 riſdictionem Epiſcopalem ſede va-
cante, & eſt Epiſcopi ſucceſſor, Abb.
in d. cap. cum olim.nume.1. Feder.
de Sen.conſi.30. nu.3. poſt alios ſu-
perius relatos, Burſat.conſi.108.nu.
25.in primo.vicesque gerit Epiſco-
pi, glo. in cap. vnico, in 2. not. extra
de maior.& obed.in 6. Et pro hac iu
riſdictione exercenda hodie ex con
cil.Trid.cap.16.ſeſſ.24.in decreto de
8 reform.debet creare Vicarium ſede
vacante. Nam antea poterat per ſe
9 ipſum exercere iuriſdictionem, nec
cogebatur conſtituere Vicarium,
Abb.in cap.irrefragabili, nu.2. circa
princ. extra de offic.ord. Fel. in d.c.
cum olim.nume.9.extra de maior.&
obed. Nec ſcio videre, quam aliam vi
cem gerat iſte Vicarius, niſi illius, à
quo habet iuriſdictionem. Nec Epi-
ſcopus qui non adeſt ſede vacãte, da
10 re poteſt illi iuriſdictionem, cum
non entis nullę ſint partes, l.2.ff. de
vſufr.

Non obſtant ea quę ſuperius addu
cta fuerunt in contrarium, quia licet
glo.in d. clemen.& ſi principalis, dĩ
cat hunc Vicarium à capitulo depu-
tatum, eſſe Vicarium Epiſcopalis iu
riſdictionis, tamen intelligitur quod
ſit Vicarius illius iuriſdictionis,
11 quæ eſt in capitulo in quantum re
pręſentat Epiſcopum, non autem to
tius epiſcopalis iuriſdictionis, quæ
non tranſit in capitulum, vt decla-
rat Felin. in ſæpius allegato capit.
eam te, nume.17. ad finem, poſt Car
din. in dicta clemen.2.nume. 15.de
reſcrip. Et poteſt eſſe iſte Vica-
rius epiſcopalis iuriſdictionis, cum
gerat vicem capituli ſucceſſoris epi-
ſcopi, non autem Vicarius epiſcopi.
Quia vacante ſede epiſcopali re-
manet epiſcopalis iuriſdictio ipſi ca
pitulo, ſecũdum ſupradicta, cum qui
bus concordat tex. in c. vnico ibi, ad
quem iuriſdictio epiſcopalis, de ma
iori. & obed. lib. 6. & in dicto cap.
16. ſeſſ. 24. in decreto de reform.
apud Concil. Triden. Neque ſu-
mi poteſt argumentum à nomine
deriuato ab epiſcopo, quia vt vide-
mus datur epiſcopalis iuriſdictio ſe-
de epiſcopali vacante, & ſic Epiſcopo
non extante, d.c.vnico, & d.c.16.ne-

que



que poſſumus vllum habere reſpe-
ctum ad epiſcopum, qui non extat
cum non entis nullæ ſint partes, d.l.
2.ff. de vſufruc.

*S V M M A R I V M.*

1 *Archidiaconus, an ſit Vicarius epiſcopi,*
*& quando, remiſsiue tamen.*

## QVAESTIO XVII.

1 QVæro etiam, an Archidiaconus
ſit Vicarius epiſcopi. Dixi ſupra
q.3.nu.14.cum ſeq.

*S V M M A R I V M.*

1 *Archipresbiter, an & quando ſit Vica-*
*rius epiſcopi, remiſsiue.*

## QVAESTIO XVIII.

1 SIcut etiam quæro, an Archipreſ-
biter ſit Vicarius epiſcopi? dixi ſu-
pra, q.3.nu.16. vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decanus ruralis, an ſit Vicarius epiſco-*
*pi, remiſsiue.*

## QVAESTIO XIX.

1 ITem etiam quæro, an Decanus ru
ralis dicatur Vicarius epiſcopi? Re
ſpõdeo, quod eſt foraneus Vicarius,
vt dixi ſup. q.13.nu.6. vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Officialis foraneus epiſcopi eſt proprie*
*Vicarius.*
*Contra, nu.3.cum ſeq.*
*Ampliatur, nu.6.*
*Declaratur, nu.10.*
2 *Vicarij foranei epiſcopi ordinarij vocan-*
*tur, quando ſunt delegati ad vniuer-*
*ſitatem cauſarum, & nu. 10.*
3 *Vicarius proprie dicitur, qui gerit vicẽ*
*Ordinarij in loco, in quo ipſe ordina-*
*rius ſedet.*
4 *Vicegerens ordinarij in alio loco, quam*
*illo quo ſedet ordinarius, non dicitur*
*Vicarius, ſed delegatus, & nume-*
*ro 8.*
5 *Delegatus gerit vicem delegantis.*
7 *Vicarij epiſcoporũ deputati in certa par*
*te diœceſis, & in loco quo foranei offi*
*ciales conſtituuntur, dicuntur delega*
*ti ad vniuerſitatem cauſarum.*
8 *Vicarij foranei non gerunt vices epiſco-*
*pi in loco, & Tribunali quo ſolet red-*
*di ius ab epiſcopo.*
9 *Silueſt.in ſumma, in ver. Vicario, nu.4.*
*confutatur.*
11 *Vicarij foranei epiſcoporum, quando-*
*que generalès dicuntur.*
*Declaratur, nu.12.*

## QVAESTIO XX.

RVrſus quæro ſecundum ordinẽ,
an Vicarius ſiue officialis fora-
neus epiſcopi dicatur proprie Vica-
rius. Partem affirmatiuam probat
glo.in clemen.2.in ver.foraneos, de
reſcrip. Dicens huiuſmodi officialẽ
gerere vices epiſcopi ĩ illa parte diœ
ceſis in qua fuit conſtitutus, ergo eſt
1 Vicarius a vice quam gerit dicendus
ſecundum ea, quæ dixi ſupra, q.1.nu-
me.3.& comprobant Doct.in rub.ff.
de offic. eius, & in clemen.2.de re-
ſcript. Abb.in cap. cauſam, il primo,
nume.7.Fel.nume.8. extra de offi.de
leg.Bertach.de epiſ.par.8.lib 4. titu.
de Vic.epiſ.nu.17.Maran.de ord.iud.
4.par.diſt.5 prin.nume.14.Silueſt.in
ſum.in ver.Vicarius, num.4 Nat.ad
Alex.conſi.12.nume.3.in 6.Qui ap-
2 pellant hos officiales Vicarios fora-
neos ſiue rurales, & ordinarios etiã

 &

& Generales, quando delegati ſunt
ab epiſcopis ad vniuerſitatem cauſa
rum certi loci.
3 Sed contrarium tenet Bart.in l.1.in
fi.ff.quis & à quo, dicens illum intel
ligi Vicarium, qui gerit vices Ordi-
narii, in eodẽ loco & Tribunali, quo
ipſe Ordinarins, quem ſequutus eſt
Maran.d.5.diſt.nu.8.Alex. conſi.12.
nu.2.in 6.Beroach.d.Tit.de Vic.ep-
ſco.nu.8. Couar. de prac.quæſt.ca.4.
nu. 8. Alioquin ſecundum ipſos qui
non ſedet, in eodem loco quo ordi-
narius, non eſſe Vicarium ſed dele-
gatum. Et ideo cum foraneus Vica
rius non gerat vicem epiſcopi in eo
dem loco, quo epiſcopus, non vide-
tur proprie Vicarius appellandus.
Hanc etiam partem probat glo.in d.
clem.2.in ver.foraneos, dum inquit
4 Officiales foraneos epiſcopi eſſe
delegatos, quam ſequuntur ibi An-
car. colum. 2. & Card. Archid. in
ca.2.de conſuet. in 6.Hoſtien.de of.
Vica.num.2.Innoc.in cap.Romana
de off.ordin.in 6. Fel.in rub.num.41
extra de off. delega. Alexan. & alii
in d. rub. de of. eius & d. conſil. 12.
nu.2.Bertach.in d.Tit.de Vic. epiſc.
nu.16.Couar.d.c.4.nu.8.Non obſtat
gloſſ. ſupra adducta in contrarium,
quia reſpondetur, verum eſſe quod
iſti foranei, officiales gerunt vices,
epiſcopi in illa parte diœceſis ſeu in
illis actibus in quibus fuerunt con-
ſtituti ſed . tamen vt delegati, quia
delegati, ſunt, vt ſuperius dictum
fuit & tradunt omnes ſupra relati,
& Delegati gerunt vices delegantis
5 Alex.in d.rub.nu. 16. in fin.ff.de of.
eius. Card.in clem.2.num.3.de offi.
Vica.Menoch. de arb. Iud. libr.1.q.
12.num.5.
6 Ampliatur ſupradicta concluſio, vt
vere, & proprie officiales foranei
non ſint Vicarii, etiam ſi Epiſcopus
ſiue eius Generalis, Vicarius dice-
ret iſtis, Facio vos Vicarios in illa
7 parte Diœceſis, & loco in quo ſunt
deputati. Quia tales dicuntur De-
legati ad uniuerſitatem cauſarum,
non autem Vicarii, ſecundum Bar.
in l.1.in fi. ff. quis, & à quo, Maran.
de ord. Iud.d.4.part.diſt.5. prin.nu.
8. Alexan.d.conſi.12.num.3. Couar.
d.ca.num.8.ea ratione, quia non ge
runt Epiſcopi, vices in eodem loco
& tribunali, quo ſolet epiſcopus ſe-
8 cundum præallegatos, & Inno.in d.
c. Romana ad finem Hoſtien. d.Tit.
de offic. Vic. num. 2.in fin. Bertach.
d. Titu.de offi. Vica. epiſco.num.8.
Rebuf. in prac. benef. Tit.de Vica.
epiſco.num. 6. Ex quibus confuta-
tur Silueſt. in ſum. in ver.Vicarius,
9 num. 4. qui vocat iſtos Foraneos ne
dum Vicarios, verum etiam Gene-
rales, & etiam Ordinarios.
10 Declaratur ſupradicta concluſio, vt
proprie Vicarii nõ dicantur, ſed lar
go modo, cum gerant largo modo,
vices ſecundum Alexan. in d. rub.
num.16.poſt glo.in d.clem.2.in ver.
Foraneos, Abb. in cap. quis contra
colu. 20. extra de foro comp. quem
refert Fel.in c.cauſam, el primo, nu.
8.extra de of. deleg.
11 Ampliatur hec declaratio vt ſecun-
dum generalitatem cauſarum vel a-
ctuum ipſis commiſſorum, dican-
tur etiam Vicarij Generales. Sylue.
ſum.in ver. Vica. num.4.
12 Intellige tamen ſecundum quod
Sylueſtr. in d. ſumma.in ver. Vica-
rius, num. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius foraneus dicitur Epiſcopi ſui delegatus.*

## QVAESTIO XXI.

EX præmiſſis etiam abſoluta re-
manet cõcluſio, quod Vicarius
1 foraneus dicitur eſſe epiſcopi ſui de
legatus, quod ẽt in ſequẽti qõne cõ-
probabo, & latius.q.55.li. 2.vbi vide.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quis? & nu.2.*

3 *Delegatus ad certum genus cauſarum, quis? & nu.4.*

5 *Delegatus ad quaſdam cauſas in genere diſtinctas dicitur ordinarius.*

6 *Forma litterarum Vicariatus foranei eſt inſpicienda ad cognitionem delegatæ iuriſdictionis.*

7 *Vicarius foraneus conſtitutus ab epiſcopo ad vniuerſitatem cauſarum alicuius loci dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.*

8 *Vicarius foraneus cõſtitutus ad aliquos actus, vel ad aliquas cauſas in genere diſtinctas, dicitur delegatus ad certum genus cauſarum.*

9 *Vicarius ſpecialis, quando ſimplex delegatus dicatur.*

10 *Vicarij foranei tribus modis deputantur, & quibus.*

11 *Delegatorum differentiæ, quæ, remiſſiue.*

12 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ordinario æquiparatur.*

*Contra, nu.13.*

*Communis, nu.14.*

*Certa in quibuſdam caſibus, nu.15.*

## QVAESTIO XXII.

ALia etiam ex prædictis quæſtio
manare videtur, An.ſ. Vicarius
epiſcopi foraneus, dicatur delegatus
ad vniuerſitatem cauſarum, an vero
ad certum genus, itẽ an ſimplex de-
legatus.
1 Pro intellectu huius quæſtionis
aduertendum cenſeo, quod delega-
tus ad vniuerſitatem cauſarum dici-
tur ille, cui omnes cauſæ vnius terri-
torij committuntur, vel vniuerſita-
tis, ſecundum glo.in l.1.in prin.verſ.
ab eo.ff.quis, & a quo, vbi Bar.in vlti
mis verbis, Sali.in l.a iudice, col.1.in
fi.ver.quæro ad declarationem, & ibi
Iaſ.nu.8.C.de iud. Caſtren.in l.2.ff.
de off.eius, Fel.in c.cauſam matrimo
nij, nu.7.ad fi.ext.de offic.deleg.
2 Et iſte delegatus dicitur ad vnum
corpus, & ad vnum totum cõplectẽs
multa corpora, arg.l.hæreditas, ff.de
verb. ſig l.peculium, la 4.ff.de pecul.
l.quod dicitur.ff.de impenſ.in rebus
dotal.fac.& not.per Doct.in rubri.ff.
3 ſol.mat. Delegatus vero ad certũ ge-
nus cauſarum dicitur ille, qui eſt cõ-
ſtitutus ad omnes cauſas, puta mu-
tui, vel fideicommiſſi, vel vertentes
inter Titium, & Sempronium, Sal.in
d.l.a iudice, col.i.in fi.verſ. quæro ad
declarationem, Caſtren.nu.3.Franc.
in d.c.cum cauſam, col. fi.ext.de off.
4 deleg. Vel ad quaſdam cauſas in ge-
nere diſtinctas, Bar. in l.more, nu.4.
Soc.nu.17.ff.de iuriſd.om.iud.Alex.
in l.1 nu.78.ff de off.eius, Alci.ĩ rub.
nu.5 de of.ord.in 6.Menoc.de arbi.
iud.lib.1.q.12.nu.8. & 9. Subdens hu
iuſmodi delegatum recte dici ordi-
5 nariũ. Si ergo quæritur, an Vicarius
foraneus epiſcopi ſit delegatus ad
vniuerſitatem cauſarum, an vero ad
certum genus, inſpicienda eſt forma
6 cõſtitutionis Vicariatus foranei, ſi-
ue litterarum teſtimonialium tãquã
cõſtituentium eſſentiam horum de-
legatorum.l.Iulianus.ff.ad exhib. &
in ſpecie noſtra, Bal.in l.aliquando,
nu.4.ff.de off. proconſ.poſt Bart.in l.
Vicarius.ff.de leg.Car.in cle.1.nu.17.
& ſeq.de off.Vic.Abb. in c.tua, nu.5.
ext.eod.& conſi.88.nu.6.col.5.vol.1.
Dec.conſi.66.nu.4.Pet.Bell.in tract.
de re mil. lib.1.par.1.tit.17. de offic.
Vic.nu.7. Et ideo ſi foraneus erit cõ
ſtitutus ad vniuerſitatem cauſarum
alicuius loci diœceſani, iſte quidẽ di-
7 ci poterit delegatus ad vniuerſitatẽ
cauſarum, ſecundum Bar. in d.l.1.in
fi.ff.quis & a quo, Abb.in cap. ſi quis
contra, 20.col.extra de foro compe.
Imo.in clem.2.nu.34.de reſcrip.Fel.
in d.c.cum cauſam, num.7.circa me-
diũ, ext de off.deleg. poſt Abb.nu.7.
& idẽ Fel.in rub.nu.4. & in c.relatũ,
nu.8.

nu.8.eo.tit.Alex.conſi.12.num.3.vbi
Nat.in addit.lib. 6. Sin autem Vica-
8 rius foraneus conſtitutus erit ad ali-
quos actus, vel ad aliquas cauſas in
genere diſtinctas, dicetur delegatus
ad certum genus, ſecundum ſupradi
cta. Et eadem forma inſpecta cogno-
ſci poterit Vicarius ſpecialis ſiue ſim
9 plex delegatus, vt ſi aliqua cauſa ſpe
cialis committeretur ab epiſcopo ali
cui, qui propterea ſpecialis Vica-
rius, vel delegatus diceretur, Felin.
in d.rub.nume.4. ext. de off. deleg.
Franc.in c.dilecti, in 3.q.extra de ap
pel. Couar.lib.prac.q.cap.4.nume.8.
Concil.Trident.cap.6.ſeſſ.24.in de-
creto de reform.

10 Quę omnia in practica vtilia ſunt.
Nam iſtis tribus modis Vicarij fora
nei deputari ſolent, ſecundum Feli.
in d.rub.nume.4.& ſupra dixi, q.13.
& ex his cognoſcentur qualitas, &
natura Vicariorum foraneorum, vt
animaduertit Imo. in clemen.2.nu-
11 me.34.in fi.de reſcrip.& differentiæ
delegatorum, de quibus Barto.in d.l.
more, vbi Alexand. & alij, præſertim
12 propter delegatum ad vniuerſitatē
earum, qui ordinario æquiparatur
ſecundum glo. in d.l. a iudice, in fine
vbi Iaſ.nu.8.& in c. ſtatutum.§.inſu-
per, in ver. moderatas, de reſcri. in 6.
Bal.in l.ſi vt proponis.col.3.ver.quid
ſi delegatus.C.quomodo, & quando
iud.& in ſpecie noſtra no.Felin.in d.
cap.cauſam, nume.7. circa medium,
Menoc. de arb.iud.lib.1.q.66.nu.31.
Vant.de nullit.tit. de null. ex defec.
iuriſd. ord. nume.178. Cæphal.con-
ſil.359.nu.21. in 3.

13 Et licet multi ſentiant contrariū,
vt Abb.in c.relatum, nume.7.ext.de
offic.deleg.Alex.in d.l.more, nu.26.
in fine, Dec.nume.32.& in d.ca.cum
cauſam, in fine.

14 Tamen pręcedens opinio eſt com
munis, teſte Vant. dicto titu.de null.
ex defe.iuriſ.ord.nu.178. Cęphal.d.
conſi.359.nume.21. in 3.

15 Et certa in multis caſibus in qui-
bus ordinario æquiparatur, vt per
Doc.in d.l.a iudice, & in d. cap. cum
cauſam, poſt glo.in d.ca.ſtatutum, in
ver.moderatas, Iaſ.in l.vni.nu.8.vſq;
ad finem, ff.de re iud.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius foraneus, in quibus differat a Vicario generali.*
2 *Vicarius foraneus, qui?*
3 *Vicarius generalis, qui?*
4 *Vicarius conſtitutus ab epiſcopo limitate ad Ciuitatem tantum, non dicitur generalis.*
5 *Vicarius generalis epiſcopi eſt ordinarius.*
6 *Foraneus Vicarius eſt delegatus.*
7 *Vicarius generalis cenſetur vna, & eadem perſona cum epiſcopo.*
8 *Appellatio a ſententia Vicarij generalis ad epiſcopum non datur.*
9 *Appellatio datur a Vicario foraneo ſiue delegato epiſcopi, ad epiſcopum ſiue eius Vicarium generalem.*

## QVAESTIO XXIII.

LIcet Vicarius foraneus, quando-
que ſit delegatus ad vniuerſitatē
cauſarum, vt dixi ſupra in præceden
1 ti q. Differt tamen in pluribus a Vi-
cario generali epiſcopi, ſiue princi-
2 pali. Nam foraneus conſtituitur in
certo loco, vel in certa parte diœce-
ſis, vel ad certos actus, glo. Anchara.
Card.& Imo. in clemen.2.in ver.fo-
raneus, de reſcript. Inno. & alij in c.
Romana, in fi.de offic.ord. in 6 & in
cap. Romana, de appell.in 6.Doct.in
rub.ff.de offic.eius. Generalis vero,
3 qui ſuper eodem loco, & Tribunali
epiſcopi gerit vices epiſcopi cogno-
ſcendo cauſas ſpectantes ad illum fo
rum, Bart. in l.1.in fi.ff.quis, & a quo,
Anchar. in clemen.2. nume.3.col.1.
Imo.nume.17.& 18.Card.nume.3.de
reſcrip.Abb.in ca.relatum, nume.8.
extra



extra de offic. delega.Maran.de ord.
iud.4.par. in 2.diſtin. princ.nume.8.
Rebuff.in pract. benef.tit. de Vicar.
epiſ.nume.6.Rolan.conſi.75. nu.17.
in 3.Didac.de prac. q.cap.4.nume.8.
Cuc.Inſt.iur.can.de Vic.epiſ.nu.131.
4 Cum declaratione tamen, quod non
reſtringatur ad ſolam Ciuitatem, ſe
cundum Card. in d.clemen.nu.3. ea
ratione, quia tunc non faceret idem
conciſtorium cum epiſcopo, & per
conſequens non diceretur Vicarius
5 generalis. Rurſus Vicarius generalis
epiſcopi eſt ordinarius, ca.Romana,
de appel. in 6.glo.in c.2.in ver.ordi-
nariam, vbi Hoſt.nume.2.de off.vic.
in 6.Archid.in c.2.de conſuetu. in 6.
Innoc.in d.c.Romana, de offic.ord.
in 6.Anchar.Imo.& Card.in d.cle.2.
de reſcrip.Abb. in c.decernimus, nu
me.12.extra de iud.Alexan.in rubr.
nume.17.vbi Iaſ.num.2. de off.eius,
& hæc eſt cōmunis opinio, vt Doct.
teſtantur in d.rub.& Couar.lib.3.va
riar.reſolu.cap.20.nume.4. Vicarius
6 vero foraneus eſt delegatus, glo. in
dicta clemen.2. Bart.in d.l.1.in fine,
Hoſt.in d.c.Romana, Alexan.& alij
in dicta rubri.ff. de off.eius, Alexan.
conſ.12.nu.3. in 6.Maran.d.2.diſtin.
7 princ.nu.8. Couar.d.c.20.nu.4. Ter-
tio Vicarius generalis cenſetur vna,
& eadem perſona cum epiſcopo, &
facit idem auditorium, & conciſto-
rium cum epiſcopo, c.2. vbi Archid.
de conſi.in 6.d.c.Romana, de appel.
eo.lib.6.glo. in d.clemen.2.Faber in
§.item ſi adhuc, nu.5.Inſtitu. mand.
8 Et ideo a ſententia Vicarij genera-
lis non datur appellatio ad epiſcopū
tanquam ab eodem ad ſe ipſum, d.
ca.Romana, vbi Innocen.& Archid.
de appel. in 6.& idem Innocen.in d.
c.Romana, in fi.de offic.ord.in 6.Ber
tach.in tract. de epiſ.tit. de Vic.epiſ.
nu.17. Rebuff.in pract. benef.tit.de
Vic.epiſ.nu.6. Secus a ſententia Vi-
9 carij foranei a quo datur appellatio
ad epiſcopum ſiue ad eius Vicariū
generalem ſecundum Doct.pręcita-
tos, & Card. in d.clemen.2.num.24.
Ioan.And.in d.c.2.de conſuetu.in 6.
Rot.deciſ.350.& 371.de offic. Vicar.
vbi Papaz.in apoſt.Abb.in rep.cap.ſi
quis contra, nume.35. extra de foro
competen.& hæc eſt magis commu-
nis opinio, vt teſtatur Couar. dicto
cap.20.nu.4.& dicam latius infra, li-
bro tertio, quæſtio.1. & ſequen. vbi
etiam vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius generalis, & Vicarius principalis epiſcopi, ſunt idem.*

## QVAESTIO XXIIII.

AN etiam Vicarius generalis ſit
1 idem, quod Vicarius principa-
lis epiſcopi? Reſpondeo, quod ſic, vt
dixi ſupra, quæſt.3.num.26.cum ſeq.
vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus tantū conſtitutus non eſt generalis.*
*Contra, nu.4.*
*Declaratur, nu.5.*
2 *Capitulum ſede vacante, vel eo negligente viſitator ab Archiepiſcopo creatus adminiſtrat duas ſpecies epiſcopalis iuriſdictionis.*
3 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus deputatus cum iuriſdictione, differt a deputato ſine iuriſdictione.*
6 *Generalitas regulatur ſecundum naturam rei de qua loquitur diſpoſitio.*

## QVAESTIO XXV.

QVæro iterum, an Vicarius epi-
ſcopi in ſpiritualibus tantū con
ſtitutus dicatur Vicarius ge
1 neralis? partem negatiuam tenet Pa-
uin.

uin.in tracta.de offic. & pot.cap.ſede
vac.2. par.princ.q.10.nu.6. in fi.Re-
buff.in prac.benef.titu.de Vic.epiſc.
nu.18.& tit.de deuol.nume.59.& de
forma Vic.Arch.nume.16.quem ſe-
quutus fuit Ioã. Iac.Melill.in opuſc.
de præced. Vic.c.1.nume.5. moti ex
tex.in c.pen. de ſupplen.negl.præla.
2 in 6.Vbi ſede vacante capitulum,vel
eo negligēte viſitator ab Archiepi-
ſcopo creatus adminiſtrat duas ſpe-
cies iuriſdictionis epiſcopalis, videli
cet temporalem,& ſpiritualem,qua-
ſi quod ſuperſtiti temporali iuriſdi-
ctione tanquam ſpecie iuriſdictio-
nis epiſcopalis Vicarius in alia tan-
tum conſtitutus,non ſit generalis,&
3 alibi dicit Rota deciſ.371.nu.1.diffe-
rentiam eſſe inter Vicarium Epiſco-
pi in ſpiritualibus deputatum cum
iuriſdictione, & ſine iuriſdictione
poſt Ioan. And.Pau.Zenzel. & Guil.
in cle.2.de reſcrip.

4 Sed contrarium probat tex. in ca,
cum nullus, §.epiſcopo, de tempor.
ord.in 6. Concil.Trident. in c.1.2.3.
&4.ſeſſ. 13.in decreto de refor. Vbi
Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus ap
pellatur generalis firmat Feder. de
Sen.q. 302.nume.4.ver.his verbis in
ter eius conſilia.

5 Nec aduerſantur,quæ ſuperius ad
ducta fuerunt in contrarium,quia lo
cum habent in ea ſpecie iuriſdictio-
nis ad quam generalitas Vicarij, qui
tantum in ſpiritualibus deputatur,
6 reſtringi debet. Nam generalitas re-
gulatur ſecundum naturã rei de qua
loquitur diſpoſitio. l. ſed ſi adijcia-
tur.ff.pro ſoc.l.1.§.1.ff de off. procu.
Cæſar.Soc.conſi.145.nume.44 in pri
mo,Crauet.conſil.186. nume.5.Cæ-
phal.conſi.77.nume.88. in primo. Et
ideo cum diſpoſitio Vicariatus lo-
quatur de generalitate ſpiritualium,
ad huiuſmodi ſpiritualia tantum ge-
neralitas reſtringi debet,non autem
ad temporalia, & ita declarando vtra
que ſententia conciliatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi in temporalibus tãtum conſtitutus non dicitur generalis.*
*Declaratur,nu.3.*
2 *Iuriſdictio epiſcopi comprehendit ſpiritualia,& temporalia.*
4 *Vicariatus epiſcopalis generalitates duę ſunt.*

## QVAESTIO XXVI.

SEd quid econuerſo: an Vicarius
epiſcopi in temporalibus tantum
conſtitutus dicatur generalis, Re-
buff.in prac. benef.tit.de Vic.epiſ.&
1 in forma Vic. Arch.nu.16.dicit quod
non,quem ſequitur Io.Iac. Melill.in
tract.de pręced.Vic.c.1.nu.5.

2 Cum enim generalitas epiſcopa-
lis iuriſdictionis ſpiritualia, & tem-
poralia comprehendat,c.pen. & vlt.
de ſupplen.negl.præla. in 6.Bal.con-
ſil 478.num.1. cum ſeq. volumine 4.
Vicarius in vna ſpecie tantum conſti
tutus non erit generalis cum aliam
non comprehendat, iuxta regulam
l.in agris,ff.de acquir.rer.dom. cum
vulg. & in terminis Proſper Paſeth.
conſi.43.nu 4.

3 Declaratur,vt non procedat quo-
ad generalitatem reſtrictam,& limi-
tatam ad temporalem iuriſdictionē
tantum,in quo eſt Vicarius conſtitu
tus,quia in illa erit generalis ſecun-
dum ea, quæ dixi ſupra in proxima
q. præcedenti, & tradit Silueſt. ſum-
ma in ver.Vicarius,nu.4.

4 Et ideo videmus in foro epiſcopa-
li duas dari generalitates Vicarij,vna
in ſpiritualibus, & altera in tempo-
ralibus, vt docet formul. Rom. fol.
245.exemplo litterarum teſtimonia
lium,in quibus huiuſmodi Vicarij
generales appellantur,& deputãtur,
& in dies videmus in Breuibus ſum-
mi Pontificis ad epiſcopos tranſmiſ-
ſis Vicarios eorum generales in ſpi-
ritualibus vocari. Sub hac forma Ve
nerabili



nerabili fratri epiſcopo Fanen. ſiue
dilecto filio eius vicario in ſpiritua-
libus generali.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius ſimpliciter conſtitutus ab epiſcopo,intelligitur conſtitutus generalis in ſpiritualibus.*
*Ampliatur,nu.6.8.10.*
2 *Mandatum iuriſdictionis ſimile eſt mãdato Procuratoris.*
3 *Procurator is intelligitur in dubio, cui vniuerſa negocia mandata ſunt.*
4 *Spiritualia ſunt digniora temporalibus.*
5 *Digniora cēſentur in dubio demãdata.*
7 *Forma literarum teſtimonialium Vicariatus eſt attendenda.*
9 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualib. dignior eſt vicario in temporalibus.*
10 *Vicarius conſtitutus in vna dięceſi ab epiſcopo qui habet plures dięceſes, dicitur etiam in altera conſtitutus.*

## QVAESTIO XXVII.

VBi autem vnicus Vicarius ab
Epiſcopo cõſtitutus fuerit ſim
pliciter abſq; expreſſione ſpirituali-
tatis,& temporalitatis, tũc cēſebitur
1 conſtitutus in ſpiritualibus genera-
lis,Diaz in prac.crim.cano.c.3.nu.3.
poſt Fede.de Sen.q.302. nu.4. verſi.
ex his verbis. Quamuis iſte Doctor
loquatur quando eps facit vnum Vi
carium generalem,nõ ſi ſimpliciter
illũ conſtituat. Sed hęc concluſio ex
alio probatur. Nam mandatũ iuriſdi
2 ctionis ſimile eſt Procuratoris man-
dato,vt per l. & quia,ff. de iuriſd.om.
iud.reſpondit Abb. conſ.87.nu.2. in
primo,poſt Inno.in c.ſuſcitata,extra
de reſtit. in integ. Ac vbi mentio fit
3 de Procuratore, de illo intelligitur,
cui vniuerſa negocia mandata ſunt,
l.ędiles. §. procuratoris. ff. de ędil.
edic.Bald.in l.fi.colum.2. C.de ędil.
acc. & in l. prima, in prima oppo.
C. etiam per Procur. c. petitio, vbi
Canoniſtæ,extra de proc.ergo p cõ
ſequens qñ Vicarius erit ſimpliciter
conſtitutus dicetur conſtitutus ge-
neralis in ſpiritualibus tãquã illi vni
uerſa negocia ſpiritualia cenſeãtur
mandata. Ea ratione quia ſpiritualia
4 digniora ſunt temporalibus,c.ſolitę
vbi Doc.extra de maior. & obed. Et
5 digniora cenſentur in dubio deman
data,gloſ.in clem.2.in ver.principa-
lis, extra de reſcr. & in c. quoniam
Abb.in ver.ſubſtitutum, in fine, ex-
tra de of.deleg. faciunt in propoſito
congeſta per Tiraquel. de retractu.
ligna.§ 30.gloſ.1.num.15. cum pluri
bus ſequen.

6 Ampliatur, etiam ſi creatus fuerit
ſimpliciter officialis,quia adhuc hu-
iuſmodi appellatione veniet Vica-
rius generalis, Feder.d.q.302.nu.4.
Diaz d.c.3.nu.3.ea ratione,quia iſta
vocabula, Vicarius & officialis,ſunt
ſynonima & vnum, & idem, vt late
dixi ſupra, q.7.

Intellige, niſi forma teſtimonia-
lium litterarũ Vicariatus aliud ſua-
deret,Silueſt.ſũma,in ver.Vicarius,
num.4.verſ. quia tamen in Italia.iſta
7 enim forma attendenda eſt tãquam
eſſentiam tribuens, l.Iulianus. ff.ad
exhiben.cum. l.diligenter. ff. mãda.
c.cum dilecti,vbi late Fel.col.6.ver.
de formę obſeruãtia,extra de reſcri.
Abb.in c.tua, num.5. extra de offic.
Vic.qui in ſpecie noſtra loquitur.

8 Secundo ampliatur, etiam ſi Vica
rius eſſet generaliter conſtitutus,nõ
autē ſimpliciter. Nam adhuc dicetur
conſtitutus generalis in ſpiritualib.
Fede.d.q.302.num.4.verſ.ex his ver
bis, ea ratione quia is dignior eſt
9 Vicario generali in temporalibus,d.
c.ſolitę,extra de maior.& obed.& in
dubio cenſentur mandata digniora
vt ſuperius dictum fuit.

10 Tertio ampliatur etiã ſi eps duas
hēret diœceſes, quia conſtitutus in
vna cēſetur ēt in altera conſtitutus,
Card.in cle.2.q.2.de reſcrip.

*S V M-*

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius conſtitutus ab epiſcopo genera liter ad conferendum omnia, & quacunque beneficia certi loci, dicitur Generalis.*
*At contra, nu 2.*
3 *Concilium Lateranenſe prohibet ſpecialem facultatem concedendi collationes beneficiorum alteri, quam Vicario generali epiſcopi.*
4 *Vicarius conſtitutus generaliter ad conferendum beneficia certi loci dicitur delegatus ad certum genus cauſarum.*
5 *Delegatus ad certum genus cauſarum, quis?*
6 *An ſit Vicarius foranens epiſcopi.*
7 *Vicarius epiſcopi proprie, quis? & numero 8.*

# QVAESTIO XXVIII.

DVbitari etiam ſolet, an Vicarius
conſtitutus ab epiſcopo genera
liter ad conferendum omnia, & quęcunque beneficia certi loci, dicatur
1 Vicarius generalis. Nam partem affirmatiuam tenuit Barba. in clem. 2.
de reſcript. & Rebuff. in prac. benef.
tit. de Vic. epiſ. nu. 23. quorum opinio nulla ratione comprobatur.
2 Sed credo quod iſte Vicarius non
ſit generalis, nec Vicarij nomen me
reaturitum, quia Vicarius generaliter conſtitui debet, & generalitas
non eſt reſtringenda tantum ad collationem beneficiorum ne fraus fiat
Lateranenſi Cõcilio prohibenti ſpeciales iſtas facultates cõcedendi col
3 lationes beneficiorum alteri, quam
Vicario generali. c. fi. vbi gl. & Doct.
de offic. Vic. c. conſtitutus, & c. fi. extra de conceſſ. pręb. Doct. in c. deliberationem, de off. leg. in 6. Rot. deciſ.
397. in princ. vbi Papaz. in annot. Rebuff. in pract. benef. tit. forma Vicar.
Archiep. nu. 3. & 9. Tum etiam quia
4 talis conſtitutus ad cõferendum generaliter beneficia certi loci, dicitur
conſtitutus delegatus ad certum genus cauſarum, ſecundum Barto. in l.
more, nu. 14. ff. de iuriſd. om. iud. Alexan. in l. 1. nume. 76. & ſeq. ff. de offic.
eius, Salic. in l. a iudice, col. 1. in fine,
ver. quæro ad declarationem, vbi Ca
5 ſtren. nu. 3. C. de iud. dum volunt illum eſſe delegatum ad certum genus cauſarum, cui cauſæ diſtinctę in
genere mandantur, & per conſequẽs
6 erit Vicarius foraneus, cum ad certos actus fuerit cõſtitutus, vt per gl.
in clement. 2. in ver. foraneos, de reſcrip. & in c. 1. vbi Innocen. de offic.
ord. in 6. Hoſt. in ſumma de offic. vic.
nu. 2. Alex. in rub. num. 16. ff. de offic.
eius, & ſic non erit proprie Vicarius
7 ſecundum Bar. in l. 1. in fi. ff. quis, & a
quo dum inquit, illum intelligi Vicarium, qui gerit in eodem loco uices
ordinarij, in quo ipſe ordinarius iudicare ſolet, alias eſſe delegatum, &
8 non Vicarium, etiam ſi ſpeciali titulo vicarij crearetur, & Bar. ſequitur
Maran. de ord. iudi. in 4. par. diſtin. 5.
princ. nume. 8. Didac. de prac. quæſt.
c. 4. nu. 8.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius conſtitutus ab epiſcopo in Ciuitate tantum in qua reſidet, dicitur foraneus, non autem generalis.*
2 *Vicarius epiſcopi reſtrictus ad Ciuitatem tantum non facit idem conciſtorium cum epiſcopo ſicut facit Vicarius principalis.*
3 *Vicarius generalis, & Vicarius principalis epiſcopi ſunt idem.*
*Contra, nu. 4.*
*Communis, nu. 5.*
6 *Facit vnus eorum idem conciſtorium, quod alter.*
7 *Ordinarius dicitur vnus eorum, ſicut alter.*
8 *Vicarius ſimpliciter conſtitutus ab epiſcopo in Ciuitate, dicitur etiam conſtitutus in dięceſi.*

*9 Ciui-*



9 *Ciuitatis cura commiſſa dicitur commiſſa cura diſtrictus.*
10 *Ciuitate alicui conceſſa tota eius iuriſdictio conceſſa dicitur.*
11 *Ciuitate epiſcopo conceſſa, intelligitur conceſſa diœceſis.*
*Contra, nu. 12.*
*Communis, nu. 14.*
13 *Vrbis appellatione non venit diœceſis.*
15 *Vicarius Papæ poſitus in aliqua Vrbe dicitur poſitus in eius territorio.*
16 *Vicariatus forma ſeruanda.*

# QVAESTIO XXIX.

SEd nec illud omittendũ eſt, quod
vicarius ab epiſcopo cõſtitutus in
Ciuitate tantum in qua reſidet ipſe
1 epiſcopus, & eius eccleſia, non erit
appellandus generalis, ſed foraneus,
Anchar. in clement. 2. col. 1. vbi dat
exemplum de Vicario Patriarchæ
Aquilegien. conſtituto in Aquilegia, cum tamen Patriarcha morã trahat in Vtino, & Grandenſis Venetijs, Card. num. 2. vbi Franc. in addit.
Imo. nume. 18. de reſcript. ea ratione
2 fundamentali, quia ita reſtrictus ad
Ciuitatem duntaxat non facit idem
conciſtorium cum epiſcopo ſicut facit vicarius principalis, ſecundum gl.
in d. clemen. 2. in ver. foraneos, ca. 2.
cum glo. in ver. officialis, de conſuet.
in 6. in c. Romana, in princ. verſic. ad
ſe ipſos, vbi Io. And. de appel. in 6. Innocen. in c. Romana, de off. ord. in 6.
Rot. deciſ. 371. in no. Pariſ. conſi. 89.
nu. 10. in 4. Et ideo non poterit dici
vicarius principalis, & per cõſequẽs,
nec generalis, cum nulla ſit differentia inter vicarium principalem epi-
3 ſcopi, & generalem, ſecundum gl. in
dicta clemen. 2. in ver. foraneos, vbi
Anchar. col. 1. Card. nu. 3. & 24. Imo.
nume. 17. cum ſeq. & ſic erit vicarius
foraneus.
4 Et licet Laur. in d. clemen. 2. relatus per Card. ibi faciat differentiam
inter vicarium generalem, & principalem, nihilominus contrariam ſententiam probant Card. Anchara. &
5 Imo. dicto loco. Quorum ſententia
verior videtur, quia per glo. in dicto
ver. foraneos, nulla inter iſtos conſti
6 tuitur differentia, & idem conciſtorium facit cum epiſcopo vicarius generalis, quod facit vicarius principalis, d. ca. 2. cum glo. in ver. officiali, de
de conſuet. in 6. iunctis alijs, quæ ſupra proxime dicta ſunt, & vnus dici-
7 tur ordinarius ſicut alter, Card. in dicta clemen. num. 3. Innocen. in dicto
cap. Romana, in fine, de offic. ordin.
in ſexto.
Declaratur iſta concluſio, vt procedat, quando vicarius ab epiſcopo
conſtitutus eſſet limitate ad Ciuitatem, ſicut loquuntur Doct. præallegati, ſecus ſi ſimpliciter eſſet conſtitutus, quia tunc erit quoque conſti-
8 tutus in diœceſi, & per conſequens
dicetur generalis. Et hoc probatur:
nam commiſſa cura ciuitatis dicitur
9 commiſſa cura diſtrictus. l. 2. §. cum
vrbem, ff de off. pręf. vrb. Abb. & Fel.
in c. Rodulphus, nume. 8. extra de re
10 ſcrip. & conceſſa alicui Ciuitate, intelligitur conceſſa cum omni ſua iuriſdictione, Bar. in l. 2. in princ. ff. de
verb. ſig. & in l. fi. ubi Iaſ. num. 8. ff. de
conſt. princ. & ſpecialiter, quod con-
11 ceſſa alicui ciuitate intelligatur cõceſſa etiam dęceſis ex eiſdem firmat
Alex. in addit. ad Bar. in d. l. 2. num. 3.
& Bened. de Vad. in addit. ad Feli. in
d. c. Rodulphus, nume. 8. in littera b.
Ant. Franc. in addit. ad Abb. in c. tua,
nu. 5. extra de offic. vic. cum adductis
per Capr. regu. 101. nume. 20. cum
ſequentibus.
12 Et licet contrarium teneat Abb.
in c. tua, nume. 5. extra de offic. vicar.
Vbi in iuriſdictione vicarij vrbis nõ
includitur diœceſis ea ratione, quia
13 dięceſis non uenit appellatione urbis, vbi aliud nõ exprimitur, per tex.
in d. c. tua, & in l. fi. ff de off. pręf. urb.
Tamen præcedens opinio eſt com-
munis

14 munis, ut teſtantur Alexan.& Bene
dict. in locis ſuperius adductis, &
15 alias vicarium Papæ poſitum ſimpli
citer in aliqua vrbe, etiam dici poſi-
tum in eius territorio, firmat Pauin.
de poteſt.cap.ſede vac.in 10.q.2.par.
princ. in fi.q. poſt finem bullæ Pauli
ſummi Pont.in ver.ſupereſt. Tutius
tamen eſſet in litteris teſtimoniali-
bus vicariatus,exprimere etiam diœ
16 ceſim,ſicut communiter exprimi ſo
let,uthabetur in pract.benef.Rebuf.
tit.for.Vic. Arch. & in formu.Rom.
fol.247.Quia forma talis commiſſio
nis attendi debet,Card. in clemen.1.
nu.17.& 18.de offic.Vic.Abb. in d.c.
tua,nu.5.extra eod.

*SVMMARIVM.*

1 *Diœceſi conceſſa alicui, Ciuitas quoque*
*dicitur conceſſa.*
2 *Diœceſis appellatione, Ciuitas venit in*
*materia larga.*
3 *Vicarius ab epiſcopo conſtitutus in diœ-*
*ceſi,intelligitur etiam conſtitutus in*
*Ciuitate.Declaratur,nu.4.*

## QVAESTIO XXX.

ET quemadmodum conceſſa ali-
cui Ciuitate dicitur etiam con-
ceſſa diœceſis, vt dixi in præcedenti
proxima q. Ita econuerſo conceſſa
1 diœceſi cenſebitur quoque ciuitas
conceſſa, Alexan.in addit.ad Bart.in
l.2.nume.3.ff.de verb.ſig. Felin.in c.
Rodulphus, nu.8.vbi apoſt. Benedi.
2 de Vad.extra de reſcrip.Ea ratione,
quia appellatione diœceſis, uenit ci
uitas in materia larga, pro ut iſta, de
qua agimus,teſte Bal. in l.fi.ff.de con
ſtit.princ.cum adductis per Fel.in d.
c.Rodulphus,d.nume.8. Capra, reg.
101.nume.20.cum ſeq.Et ideo vica-
3 rius conſtitutus ab epiſcopo in diœ-
ceſi cenſebitur etiam conſtitutus in
4 Ciuitate, niſi limitate ad diœceſim
reſtringeretur, ut dixi in proxima q.
præced. Tutius tamen eſſet ſeruare
formam litterarum vicariatus in ele
ctione vicarij generalis ad tollendas
quaſcunque difficultates, ut etiam
dixi in d.q.præced.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi debet eſſe clericus,non*
*autem laicus.*
*Ampliatur, nu.4.5.8.9.& ſeq.*
*Declaratur, nume.11.12.13.14. cum*
*ſequen.*
2 *Epiſcopus eſt puniendus,quando Vica-*
*rium laicum conſtituit.*
3 *Iudex ſecularis cauſas eccleſiaſticas ſi-*
*ne licentia Papæ cognoſcere non po-*
*teſt.*
4 *Bigamus non poteſt eſſe Vicarius epi-*
*ſcopi.*
*Declaratur, ibidem.*
6 *Clericus cum virgine coniugatus laicus*
*cenſetur,præterquam in duobus ca-*
*ſibus reſeruatis.*
*Declaratur, nu.7.*
9 *Laicus factus clericus poſtquam fuit*
*iudex maleficiorum, non poteſt eſſe*
*Vicarius epiſcopi.*
10 *Laicus conſtitutus Vicarius epiſcopi,in*
*telligitur conſtitutus aſſeſſor,non au-*
*tem Vicarius.*
11 *Laicus Vicarius epiſcopi in temporali-*
*bus deputari poteſt reprobata opinio-*
*ne Barb.& Ripæ.*
12 *Laicus poteſt eſſe aſſeſſor, & conſultor*
*epiſcopi.*
13 *Laicus poteſt eſſe Vicarius epiſcopi de*
*licentia Papæ.*
14 *Papa poteſt committere cauſas crimi-*
*nales clericorum etiam mero laico.*
15 *Paulus de Caſtro fuit Vicarius Floren-*
*tiæ in ſpiritualibus, licet eſſet coniu-*
*gatus.*
16 *Epiſcopus habens populos in ciuitate,*
*vel diœceſi diuerſarum linguarum*
*tenetur vbi neceſſitas vrget conſtitue-*
*re ſibi Vicarium epiſcopum illius lin*
*guæ diuerſæ.*





17 *Ciuitates, & diœceſes, in quibus adſunt*
*populi diuerſarum linguarum,*
*quæ?*
18 *Epiſcopi titulares, vocantur Nullatenen*
*ſes.*

## QVAESTIO XXXI.

POſtquam vidimus etymologiam
& deſcriptionem Vicarij epiſco-
palis, nec non varia ac diuerſa gene-
ra Vicariorum, & plures inſimul ſpe
cies,ac differẽtias illorum,qui iuriſ-
dictionem habent epiſcopalem: Vi-
dendum eſt modo, quis eſſe debeat
huiuſmodi vicarius,qualis,a quo quã
do,& qualiter creari, & conſtitui de
beat,& in quo loco reſidere.
Ideo quæro, an Vicarius epiſcopi
debeat neceſſario eſſe clericus,an ve
ro laicus etiam deputari poſſit. Et
quod debeat eſſe clericus, non autẽ
1 laicus,dicit formalibus verbis,tex.c.
in noua, verſ.indecorum eſt enim vi
carium epiſcopi laicum eſſe, & viros
eccleſiaſticos iudicare,16.q.7.Cano
niſtæ in c.decernimus, vbi Abb. nu-
me.12.Fel.nume.6.Dec.nu.15.Ripa,
nu.56.extra de iud. Turrecrem.in di
cto c.in noua,nu.1.& 2.dicens,quod
2 punitur epiſcopus,qui Vicarium lai
cũ cõſtituit,Frãc.i c.1.ad fi.verſ.quar
to de offic.Vic.in 6.Alber.in Dictio.
in ver. vicarius.Mil.in repert. in ver.
laicus, Lancellot. Inſtit.iur.cano. de
offic.Vic.§.1. Bertac.trac.de epiſ.tit.
de Vic.epiſ.nu.14.Io. de Selua,tract.
de benef.par.2.q.23.nu.13.Maſſuer.
ad prac. Papienſ.in for.libel.act rea.
in ver. Vicarius fidem faciens de cõ-
muni,Frãc. Marc.q.Delph.1001.par.
1.Ant.de Pret.trac.de iuriſd.epiſc.c.
6.nu.43. Foller.ſuper conſti.regni.c.
non exigit agendo,ti. de epiſ.& cler.
nu.15.Camil. Borel. in comment. ad
prag.reg §.2.glo.1.nu.85.& ratio eſt,
quia non debet in vno, & eodem of-
ficio diſpar eſſe profeſſio, iuxta illud
propheticum, Non arabis in boue,
& aſino, de quo in d.c.in noua.Vn-
de ſacroſancta Tridẽtina ſynodus il-
los deteſtatur, qui pedes in diuerſis
ponunt, vnum in diuinis,& alterum
in carnalibus,vt in c.6.ſeſſ.14.in de-
creto de refor.Tum etiam,quia ſecu
3 laris iudex cauſas eccleſiaſticas, ne-
que principaliter, neque incidenter
ſine licentia Romani Pontificis co-
gnoſcere,poteſt d.c.decernimus, vbi
Doc.cap.quanto, extra de iud.Vant.
de nullit. ex defec.iuriſd.nu.54.
4 Ampliatur etiã ſi laicus eſſet ma-
gnæ ſanctimoniæ,Ripa in d.c.decer-
nimus, nume.56.vbi etiam alij, ma
xime Dec. nume.15. reprobata opi-
nione Siculi, & Barbatiæ,qui diuer-
ſum ſenſerant.
Ampliatur, vt nec etiam bigamus
admiſſus ad ordines eccleſiaſticos
poſſit eſſe vicarius epiſcopi, Corrad.
5 tit.de conſt.epiſc.nu.6. quẽ refert,&
ſequi videtur, Cucc. Inſtit.iur.cano.
de vicar.epiſ.numero 55.libro ſecun
do. Cum declaratione tamen, niſi ſo
lutus fuerit a bigamiæ impedimen-
to, & cęlibatum obſeruet.
Ampliatur,vt non debeat eſſe cle
ricus coniugatus etiam cum virgine
vnica,Gemi.c.1.num.8.poſt Lapum
ibi relatum, Anchar. nume.3.Franc.
in glo.ver.recipiunt,de offic.vicar in
6.Imo.in clemen. 2.nume. 14.de re-
ſcrip.& cap.Ioannes, col.9.verſ.circa
quintam oppoſitionem,extra de fide
inſtru.Abb.Fel.Dec. & alij in c.2.nu
me.6.& 15.extra de iud. & in c.ſane,
nu.2.extra de cler. coniug.Io.de Sel
ua,tract. de benef.par.2.q.23.nu.13.
Nicol.Mil.in reper. ver.Vicarius epi
ſcopi, poſt Io.Andr.in c.fi.eo.titu.de
cler.coniug.Ant. de Pret.in tract.de
iuriſd.epiſ.c.6.nu.43.Franc. Marc.q.
Delph.1501. nu.1.par.1.Capr.reg.97.
Pariſ.conſi.40.nu.25.in 4. Foller.ſu-
per conſt.reg.in c.non exigit agẽdo,
nume.9.Cucc.Inſtit.iur. cano. de vi-
car. epiſ.nu.48.lib.2.Ea ratione,quia
clericus cũ virgine coniugatus cẽſe-

6 tur laicus præterquam in duobus ca
ſibus reſeruatis, videlicet in priuile
gio canonis, ſi quis ſuadẽte.ac ẽt ſo
ri vbi de crimine ciuiliter,vel crimi
7 naliter agitur, & hoc ſi in habitu, &
tõſura incedat.c.clerici. §. in literis,
ext.de cler.coniug. c.vnico, de cler.
coniug.in 6.Capra, d.reg.96. nu.27.
Pariſ.d.conſ.30.nu.21.
8 Extende huiuſmodi ampliationẽ
etiam ſi iſte cõiugatus non bigamus
incederet in habitu,& tonſura, quia
Vicarius epiſcopi eſſe non põt nec
officialis vel delegatus ad cauſam ſpi
ritualem,Gemin.in d.c.1.nu.8. poſt
Anchar nu.3.& Fran. in gl.in ver.re
cipiunt, Capra d.reg.97.nu.26. cum
ſeq.ea ratione , quia quoad reliqua,
vt laicus reputatur,d.c.vnico,vbi Io.
And. de cler.coniug. lib.6. & prædi-
9 cta maxime procedunt ſi fuit laicus
iudex maleficiorũ,quia qui non po-
teſt ordinari ordinatus etiam non
poteſt iudicare, & per conſequens
prohibetur eſſe Vicarius Epiſcopi,
Bal.in procem. decret.nu.18. Fel.in
c.2.num.6. Dec.nu. 15.ext. de iudic.
10 Ampliatur, vt verba debeant im-
propriari,& intelligi quòd Vicarius
laicus conſtitutus in ſpiritualibus,
intelligatur conſtitutus Aſſeſſor.
Bald. in cap.2. Felyn. nume. 6.extra
de iudi.
11 Primo declaratur, quando Vica-
rius Epiſcopi , eſſet in ſpiritualibus
conſtitutus,ſecus ſi in temporalibus
tantum, vt ſi epiſcopus haberet tem
poralem iuriſdictionem in aliquib.
locis,in quibus laicus Vicarius depu
tari poteſt, Arch.in d.c.in noua,Tur
re Crema.nu.1. & 2.Fel. poſt alios,
in d.c.2.col.3.nu.6.verſ.5.Dec.num.
15.vbi reſecat argumenta adducta
in contrarium, extra de iudi. Zacar.
in apoſt.ad Abb.in c.quoniam,num.
tertio, extra de offic.ordi. Anto. de
Pret. in tracta. de iuriſd. epiſ. cap.6.
nume.43. Pauin.de offic. & pot.cap.
ſede vacan.2.par.princ. q.10. nume.
15. poſt Ioan. And. in c. cum Ioan-
nes, extra de cler. coniug.Butr. in c.
decernimus,col.fi.extra de iud Lap.
in c.1.de off.Vic.in 6.Nicol. de Mil.
in reper.in Vicarius epiſcopi,Cami.
Borell.d.§.2.gloſ.1. nume.86. quid-
quid ſentiant Sicul. Barba.& Rip.in
d.c.decernimus,num.56.de iud.quo
rum opinio ex numero,& auctorita-
te,& ratione Doct.qui ſuperius cita
ti ſunt confutatur.
12 Secundo declaratur,vt non proce
dat in Aſſeſſore,& Conſultore Epi-
ſcopi , qui laicus eſſe poteſt Archid.
in c.plures.16.q.1. Abb.Fel.& alij,in
c.2. extra de iud. Roma. in l.2. ff.de
off.aſſeſſ.& eſt communis opinio, vt
teſtatur apoſt. ad Fel. in d.c.2. num.
6. Lanfranc. de arb. par.2. ad finem,
apoſt.ad Abb.in c.cum cauſam, in fi.
extra de iud. Cagnol. in repet. l.diẽ
functo,nume.15.ff.de off.aſſeſſ.Gaſ-
par Caballi.in addi.ad conſt. Aegid.
lib.3.cap.17.num.3. Borell.d.§.2. gl.
1.nume.85. Cucc. d.tit. de Vic.epiſ.
nume.49.
13 Tertio declaratur, niſi adſit licen
tia Papæ , c.Hadrianus, 63. diſtinct.
Gemin. in c.2. de præb. lib.6.Anto.
Franc. in apoſtilla ad Abb. in c.quo-
niam,nume.3. extra de off. ord.Ber-
tach tract.de epiſ.lib.4. par. 6. tit.de
Vic. epiſ.nu.14.Rip. in d.c.decerni-
mus,num 56.Caballi.in d.c.17.num.
14 3.& Papam committere poſſe cleri-
corum cauſas ſcriminales etiam me
ro laico,dicit gloſ.in c.bene quidem
in præter 96.diſt.quam totum mun-
dum ſequi teſtatur Bero.q.7.num. 1.
Clar.in prac.crim.§.fin.q.41.ver.ſed
quid dicendum,& Pau. de Caſt.con
ſil.220.incipiente , viſa quadam di-
ſputatione affirmat ſe fuiſſe Floren-
15 tiæ tempore,quo ibidem aderat Pa-
pa Martinus Quintus officio Vica-
riatus Florentiæ , in ſpiritualibus
Pontificis decreto licet eſſet coniu-
gatus,decoratum,prout illum refert
Tho.Diplonat.in eius vita.





16 Quarto declaratur quando in ci-
uitate, vel dięceſi populi diuerſarũ
linguarũ reperiuntur, quia tũc ſi vr-
get neceſſitas tenetur epiſcopus cõ-
ſtituere ſibi Vicarium non tantũ cle
ricum, ſed epiſcopũ illius linguę.c.
quoniã,vbi Abb.in 3.not.ext.de off.
ord.ponit exemplum de ciuitate Cõ
ſtantinopolitana, & de multis locis
Calabriæ , & de Ciuitate Tridenti-
17 na,in qua adſunt Theutonici,& Ita-
li,& de Ciuitate Meten. in qua ad-
ſunt Galli, & Theutonici. in iſtis.n.
ciuitatibus,Abb.in d.c. quoniam, in
4.not.ſecundũ tertium intellectum,
dicit eſſe cõſtituendos Vicarios, qui
18 epiſcopi ſunt, & non habent admini
ſtrationem epiſcopatus , quos idem
Abb. in d.c.quoniã, nu.4.in fi. vocat
nullatenſes epiſcopos,& Picard. in-
ter conſi.Menoc.52.nu.91.volu.1. At
Concilium Tridentinum , titulares,
vt in c.2.ſeſſ.14.in decreto,de refor-
mat.firmat Cucc.Inſt. iur. can. de e-
piſ.nu.416.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Epiſcopi incedere debet in ha-
bitu clericali per Ciuitatem , & diœ-
ceſim,ſicut epiſcopus.*
*Declaratur, nu.2.*
3 *Vicarius Epiſcopi in itinere, habitu con-
ſueto uti poteſt.*

## QVAESTIO XXXII.

LIcet autem Vicarius Epiſcopi de
beat eſſe clericus . Non tamen
requiritur neceſſariò,quòd ſit in ſa-
1 cris conſtitutus , ſed tantum quòd
prima tonſura ſit initiatus, vt ex fa-
cto reſp.Brun.conſi.97. lib.2. Et in-
cedat in habitu clericali per Ciuita-
tem,& Dięceſim ſicut epiſcopus ip-
ſum conſtituens.c.in noua. 16.qõ.7.
Rebuff. prac.benefi.titu.de Vic.epi-
ſcop.nu.37.Cuc.Inſt.iur.cano.de Vi
ca.epiſ.nu.50. cum ſeq.
2 Declaratur ut debeat geſtare ve-
ſtes clericorum,non autem omnes
quæ ſoli epiſcopo cõueniunt,Cucc.
dicto titu.de Vic.epiſ. num.50. cum
ſeq. Dicens quòd ſi Vicarius laico-
rum veſtibus incedat & illis indutus
intra ſuam dięceſim vel Ciuitatem
beneficium eccleſiaſticum alicui cõ
ferat,debere eum, qui beneficium
aſſecutus fuit aut Vicarium ipſum
probare quòd eſſet Vicarius, & Cle
ricus quo tempore contulit benefi-
cium,quamuis alioquin hoc proba-
re opus non eſſet.
3 Declaratur quando Vicarius in-
cedit in Ciuitate & diœceſi,non au-
tẽ ſi in itinere, in quo reputatur pe-
regrinus, & eius habitu cõſueto vti
poteſt,Rebuf.dicto titu.de Vic. epiſ.
nu.39.Cucc.in eodem tit.nu.52.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarij epiſcopalis qualitates.*

## QVAESTIO XXXIII.

IN aſſumendo autem Vicario non
oſcitanter ſe gerere debet epiſco-
pus,ſed perſonam eligere debet qua
lificatam,circumſpectam,bonę & ap
probatę vitę, timentem Deum ve-
ridicam,liberalem,temperatam, for
1 tem,magnanimam,manſuetam , do-
ctam,& quæ non declinet ad dexte-
ram , neque ad ſiniſtram , vt monet
Paul.de pot.cap.ſe. vac.2. par. princ.
quæſt.10.nume.34.Foller.pract. cri.
can.par.1.moral. nume.116. Rebuf.
pract.benefi. tit. de Vic. epiſ. nu.28.
& 33. Cucc. Inſti. iur.cano. de Vica.
epiſ.nume.44. cum ſeq. Vbi monet
epiſcopũ ne talẽ Vicariũ conſtituat
cui illud Virgilianum exprobari poſ
ſit.Hic alienus ouis cuſtos bis mul-
get in hora.Et ſuccus pecori, & lac
ſubducitur agnis. Paul.Fuſc. trac. de
Viſit. & regu. eccleſ.c.15. nume.32.
lib.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi exterus eligi nõ debet.*
2 *Nec excommunicatus.*

## QVAESTIO XXXIIII.

ET vt conuerſatio Vicarij epiſcopalis nota eſſe poſſit ac probata, non expedit eligere exterum, ad Vicariatum, ſecundum Foller. prac. crimin. can. 1. par. moral. nu. 117. qui damnat prælatos, qui Vicarios eligunt Hiſpanos, aut alterius nationis, firmat Cucc. Inſt. iur. can. de Vic. epiſc. nume. 53.

2 Pro vt nec etiam eligi debet excommunicatus, ſecundum Franc. c. 1. de off. vic. in 6. Foller. vbi ſupra, nume. 116. Cucc. dicto tit. de vicar. epiſ. nume. 54.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinarius eſſe poteſt maior annis xx.*
2 *Vicarius epiſcopi non debet eſſe minor annorum xxv.*
3 *Sicut nec promouendus ad dignitates habentes curam animarum.*
4 *Nec ad officium, vel dignitatem continens adminiſtrationem.*
5 *Vicarius epiſcopi habet dignitatem cum adminiſtratione.*
6 *Epiſcopus ſuper ætate Vicarij diſpenſare non poteſt.*
7 *Vicarius capituli ſede vacante in cauſa hæreſis conſtitutus debet attingere quadrageſimum annum.*
8 *Alioquin geſta non valebunt.*

## QVAESTIO XXXV.

AN autem vicarius epiſcopi debeat excedere annum ætat. ſuę vigeſimumquintum. Dnbitari poterat, 1 quia maior viginti annis poteſt ordinarius deputari etiã ab inferiori a principe, l. quidam conſulebant, vbi Imo. & Alex. in prin. ff. de re iud. gl. l. cum prætor, in fi. ff. de iud. c. cum vigeſimnm, vbi Canoniſtę, ext. de of. deleg. Capr. reg. 31. nu. 5. ergo etiam dicendũ eſt poſſe creari vicarius epiſcopi, qui etiam ordinarius eſt, ſecundum communem Doctorum ſententiam, de qua dicam, inf. lib. 2. q.

2 Sed quod non debeat eſſe minor xxv. ann. probat text. in c. cum in cũctis, §. inferiora, vbi Ab. & Dec. nu. 5. ext. de elec. a quo poſtmodum exceptus eſt tex. in c. 12. ver. nemo igitur, ſeſſ. 24. ĩ decreto de refor. apud Cõc. 3 Trid. vbi nemo ad quaſcunq; dignitates quib. animarum cura ſubeſt promoueri poteſt, niſi qui ætatis ſuæ vigeſimum quintum annum attigerit. 4 Et cõprobatur, quià minor 25. ann. ad officium, vel dignitatem continẽs adminiſtrationẽ admitti non debet, l. ad rempublicam, ff. de mun. & hon. Bar. in d. l. quidam, nu. 2. ff. de re iud. 5 Sed vicarius epiſcopi habet dignitatem, & quidem cum adminiſtratione rerum ſpiritualium, glo in clem. ſecunda, in ver. delegatus, & ibi Anchara. in princ. Card. nume. 22. Imo. nume. 18. de reſcript. glo. in clemen. auditor, de reſcrip. Abb. in cap. quoniam, nume. 11. extra de offic. deleg. Staphil. de lit. grat. & inſt. tit. de modo, & forma impetr. benef. cap. dignitatis perſon. & offic. diff. numero 12. Ant. de Pret. ĩ tracta. de iuriſd. epiſc. cap. 6. nume. 51. Nicol. Mil. in repert. in ver. Dignitas eſt eſſe vicarium epiſcopi, ergo vicarius epiſcopi non debet eſſe minor annis vigintiquinque, & ita in ſpecie firmat Rebuff. quamuis de prædictis nõ faciat mentionem in prac. benef. tit. de vic. epiſ. nume. 28.

Non obſtant adducta ſupra in cõtrarium, cũ de alio iudice loquantur quam





quã de Vicario epiſcopi, in quo propter dignitatem, & adminiſtrationẽ ſpiritualium ætas vigintiquinque annorum requiritur, d. §. inferiora, cũ adductis ibi per Abb. nu. 3. & d. c. 12. ſeſſ. 24. & d. l. ad rempublicam.

6 Ampliatur, vt nec epiſcopus diſpenſare valeat ſuper ætate ſui Vicarij, Card. in clemen. 1. q. 38. num. 25. de offic. Vic. Dicens opinionem Archid. qui contrarium tenet in c. licet canon, de elect. in 6. communiter reprobari, Abb. in d. c. cum in cunctis, §. inferiora, nume. 3. vbi Dec. nu. 8. extra de elect.

7 Declaratur, vt non procedat in vicario capituli ſede vacante in cauſa hæreſis, in qua non poteſt deputari Vicarius a capitulo, niſi attigerit an-
8 num ſuę ętatis quadrageſimum, alias non valent geſta per eum, etiam ſi non opponatur, Paul. de poteſt. cap. ſede vacan. 2. par. princ. q. 10. num. 9. poſt gl. in d. clem. 1. in ver. committi, de hæret.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi idoneus eſſe debet moribus ſcientia, & ætate.*
2 *Vicarius epiſcopi eligi debet doctus, bonæ opinionis, & benemeritus, & nume. 12.*
3 *Iudices eſſe poſſunt illiterati.*
*Contra, nu. 11.*
*Declaratur, nu. 13.*
4 *Poteſtates terrarum quotidie illiterati eliguntur.*
5 *Matrimoniales cauſæ tractandæ ſunt per iudices, qui non ignorent ſtatuta canonum.*
6 *Cauſa terminanda ſecundum ius canonicum committi debet auditori in iure canonico.*
7 *Vicarius epiſcopi cauſas matrimoniales cognoſcere poteſt.*
8 *Promoueri quis debeat ad dignitatem habentem curam animarum.*
9 *Vicarius epiſcopi debet eſſe Doctor iuris canonici, & nu. 12.*
*Declaratur, nu. 13. 14. & 15.*
10 *Archidiaconi ſunt oculi epiſcoporum.*
*Debent eſſe Doctores iuris canonici, vel licentiati.*

## QVAESTIO XXXVI.

ET cum Vicarius epiſcopi non ſolum moribus, & ętate idoneus eſ-
1 ſe debeat, verum, ẽt ſcientia, vt ſcribit Rebuff. in prac. benef. tit. de Vic. epiſ. nu. 28. ſubdens, num. 33. doctos,
2 & bonæ opinionis homines ac benemeritos eſſe eligendos. Iccirco quęro in propoſito, an Vicarius epiſcopi debeat neceſſario eſſe Doctor ſaltem iuris canonici. & primo aſpectu reſpondendum videbatur, quod nõ per regulam l. pen. & ibi Doct. C. de iud. c. ſciſcitatus, vbi Abb. & Fel. nume. 9. extra de reſcript. Vbi illiterati
3 iudices eſſe poſſunt, & ideo ſecundũ Bal. & Iaſ. in d. l. pen. & Fel. in d. c. ſci-
4 ſcitatus, num. 9. Poteſtates terrarum quotidie eliguntur viri illiterati, pro quibus late diſſerẽdo reſpondit Menoc. conſi. 100. a nu. 243. vſq; ad 259. volum. 1.

Sed contrarium probat tex. in c. fi. in fi. vbi Abb. extra de conſang. & af-
5 finit. Vbi habetur, quod cauſæ matrimoniales tractandæ ſunt per iudices qui non ignorent ſtatuta canonũ, firmat Rot. dec. 84. alias 778. ti. de reſc. in antiq. dicens, quod cauſa terminãda, ſecundum doctrinam iuris cano-
6 nici debet committi auditori in iure canonico. Sed Vicario epiſcopi com-
7 petit cognitio huiuſmodi cauſarum matrimonialium. c. pen. in fi. ext. de reſt. in integ. Bertac. in trac. de epiſc. lib. 4. par. 7. ti. de Vic. epiſ. nu. 14. & dicã latius infra, lib. 2. q. 43. & ſeq. merito debet eſſe Doctor iuris canonici.

Secundo pro hac ſententia poteſt adduci tex. in c. cum in cunctis, §. inferiora, & ibi Abb. ext. de elec. Conc. Trid. in c. 12. verſi. nemo igitur deinceps, ſeſſ. 24. in decreto dę reformat.

8 Vbi ad quaſcunque dignitates quib.
ſubeſt cura animarum nullus admit
ti debet, niſi illa doctrina commen-
detur idoneus, quæ ad ſuum munus
exequendum eſt neceſſaria. Vnde
cum ſcientia canonum ſit neceſſaria
ad munus Vicariatus exequendum,
9 vt probatur in d.cap.1.in fi. extra de
conſang. & affi. & dixi ſupra in proę-
mio, Vicarius epiſcopi debet eſſe Do
ctor iuris canonici.

10 Tertio adducitur hæc ratio, Archi
diaconi dicũtur oculi epiſcoporum,
c.ad hęc, extra de offic. Archid. Hoſt.
in ſumma, de offic. Archid. num. 1. &
ipſo iure Vicarij illorum abſentium.
c. 1. vbi glo. & But. c. ad hæc, §. ſecun-
dum, & §. item epiſtola, extra de off.
Archid. Sed Archidiaconi Doctores
eſſe debent, aut licentiati in iure ca-
nonico, Concil. Trid. d. c. 12. verſ. Ar-
chidiaconi, ſeſſ. 24. ergo etiam Vica-
rius in ſpiritualibus generalis.

11 Quarto accedit auctoritas multo
rum, qui affirmarunt imperitum, &
illiteratum munus iudicandi obtine
re non poſſe, vt poſt Bal. in l. vlt. q, 16.
C de hæred. inſtituen. & alios conge
ſtos refert Menoc. d. conſil. 100. nu-
me. 243. vol. 1.

12 Vltimo hanc q. decidere videtur
Concilium Tridentinum in cap. 16.
ſeſſ. 24. in decreto de reformat. Vbi
mortuo epiſcopo Vicarius creari de
bet, qui ſaltem ſit in iure canonico
Doctor, vel licentiatus, vel alias quã
tum fieri poteſt idoneus, & alibi Pa-
uin. de pot. cap. ſede vac. 2. par. princ.
q. 10. nume. 24. ſcribit huiuſmodi offi
ciales eligi de militibus, & ſufficien-
tioribus, & diuitibus Deumque ti-
mentibus, & inter litteratos Vicariũ
epiſcopi optimum locum tenere aſ-
ſerit Pau. Granut. lib. 1. theorem. 12.
nu. 2. verſ. de iure ciuili.

13 Declaratur hæc concluſio, vt non
habeat locum, quando Vicarius epi-
ſcopi aſſumeret ſibi aſſeſſorem, quia
tunc nõ requiritur neceſſario, quod
Doctor ſit, cum poſſit aſſeſſorem Do
ctorem iuris canonici conſulere. Nã
& iudices imperiti eſſe poſſunt, &
Rectores Ciuitatum aſſumendo aſ-
ſeſſores, Bal. Salic. & Iaſ. in d. l. pen. in
princ. C. de iud. & in l. fi. C. de ſent. ex
breui c. rec. Fel. qui de iudice ſpiritua
li loquitur in d. c. ſciſcitatus, num. 9.
extra de reſcrip. Et ita obſeruari vi-
di in epiſcopatu Fanenſi, in quo alias
deputatus fuit Vicarius Reuer. Pa-
ter, frater Io. Maria Brunellus ordi-
nis S. Dominici ſacrę Theologiæ pro
feſſor, qui aſſeſſorem Doctorem iu-
riſcanonici cõſulebat, & de aſſeſſore
Vicarij epiſcopi Brun. cõſi. 89. nu. 18.
cum ſeq.

14 Secundo declaratur, niſi Vicarius
eſſet in iure canonico licentiatus,
vel alias idoneus probatus, ſecũdum
Concil. Trident. d. c. 16 ſeſſ. 24. Pau.
Fuſc. tract. de viſit. & reg. ecc. c. 15. nu
me. 32. lib. 1.

15 Tertio declaratur, vt procedat in
Vicario generali epiſcopi, non autẽ
in Vicario foraneo, qni non dicitur
habere dignitatem, Anchar. Card. &
Imo. in cle. 2. de reſcript. Rebuff. in
prac. benef. tit. de Vic. epiſ. nu. 4. Vãt.
de null. tit. de nul. ſent. ex def. iuriſd.
deleg. nu. 66. & ideo non militant in
eo, quæ ſupra de ſcientia canonum
dicta ſunt.

*S V M M A R I V M.*

1 *Canonicus regularis poteſt eſſe Vicarius epiſcopi.*
*Declaratur, nu. 7.*
2 *Canonici regulares per ſe ipſos clerici cenſentur.*
3 *Canonici regulares veniunt appellatione clericorum.*
4 *Vicarius epiſcopi debet eſſe clericus.*
5 *Canonicus regularis creari poteſt Archidiaconus.*
6 *Archidiaconus abſente epiſcopo, eius Vicarius dicitur ipſo iure.*
8 *Regularis obſequio alicuius Prælati ſe ſubijcere non poteſt ſine licentia ſui ſuperioris.*

# QVAESTIO XXXVII.

QVæro etiam, an idoneus ad Vi-
cariatum epiſcopi dicatur eſſe
canonicus regularis? Reſpondeo, q
1 ſic. Doct. in c. ſi quis, 68. diſt. Ioan. de
Imo. in c. fi. de cler. ęgro. quos refert
& ſequitur Pariſ. conſil. 40. nu. 19. in
4. Cucc. Inſt. iur. can. de Vic. epiſ. nu.
57. lib. 2. Franc. Marc. q. 1287. in prin.
par. 1. Mouentur iſti auctoritate glo.
in d. cap. ſi quis, in ver. maiorem, diſt.
78. quę de monachis loquitur. Quib.
2 aſtipulatur hæc ratio: nam canonici
regulares per ſe ipſos clerici cenſen
tur. cap. 1. & c. generaliter, 16. q. 1. &
diuus Thom. 2. 2. q. 169. arti. 4. in re-
ſponſo ad ſecundum argumentum.
Vbi inquit, quod ordini canonicorũ
regularium qualitas clericatus per ſe
competit, ſed monachis cõpetit per
accidens, quem ſequitur conſulen-
do Port. Imo. conſil. 165. nu. 93. cum
ſeq. & nu. 23. per tex. in c. cum tibi, in
ver. conſultationi tuę, de ver. ſig. Vbi
3 clericorũ appellatione canonici con
tinentur nulla habita diſtinctione ſe
cularium, vel regularium. cum ergo
4 clericus Vicarius epiſcopi eſſe de-
beat, c. in noua, 16 q. 7. & dixi ſupra,
q. 31. nimirum ſi etiam canonicus re-
gularis eſſe poteſt, qui clerici appel-
latione continetur.

5 Secundo facit hęc alia ratio: Cano
nicus regularis poteſt creari Archi-
diaconus. glo. 2. in c. præterea, extra
de præb. Port. Imol. conſi. 165. nu. 40.
ergo eodem modo creari poteſt Vi-
6 carius epiſcopi, cum Archidiaconus
epiſcopo abſente dicatur eius Vica-
rius ipſo iure, c. 1. vbi glo. & But. c. ad
hæc. §. ſecundum, & §. item epiſtola,
ext. de off. Arch.

7 Declaratur ut procedat, quando
interueniſſet ſuperioris licentia, Re
buff. in pract. benefic. titu. de vicar.
epiſcop. numero tertio, Franc. Marc.
dicta quæſtio. 1287. in princip. Con-
8 cil. Triden. in cap. 4. ſeſſio. 25. titu. de
regul. & monial. vbi prohibetur qui-
buſcunque regularibus ſine ſuorum
ſuperiorum licẽtia ſubijci obſequio
alicuius Prælati. Cucc. Inſtit. iur. ca-
no. de Vicar. epiſc. nume. 58. quam-
uis abſque huiuſmodi licentia cano-
nicum regularem eligi poſſe ad Vi-
cariatum epiſcopi ſcribant, Cardin.
Flor. clemen. 1. §. ad prioratus, de re-
gul. & Corrad. de conſtitu. epiſcop.
nume. 5.

*S V M M A R I V M.*

1 *Monachus habetur pro mortuo.*
*Contra, nu. 5.*
2 *Non habet velle, nec nolle.*
3 *Stare debet in cella.*
4 *Vicarius epiſcopi deputari poteſt.*
*Ampliatur, nu. 9.*
*Declaratur, numero* 10. 11. 13. 14. *&* 15.
5 *Fratres ordinis Minorum funditus pro mortuis habentur.*
6 *Monachorum ſtatus differt a ſtatu fratrum ordinis Minorum.*
7 *Monachi plura officia exercere poſſunt & qualia, remiſſiue.*
8 *Epiſcopus vtilitatis cauſa Monachos a clauſtro auocare poteſt.*
9 *Monachus deputari poteſt locum tenens Vicarij epiſcopi.*
10 *Monachus ſine licentia Abbatis non poteſt eſſe Vicarius epiſcopi.*
*Ampliatur, nu.* 11.
13 *Monachus habẽs adminiſtrationem Vicarius epiſcopi deputari poteſt ſine licentia Abbatis.*
12 *Monachus, quãdo obedire debeat Abbati potius quam epiſcopo.*
16 *Abbas habens adminiſtrationem poteſt eſſe officialis epiſcopi.*

## QVAESTIO XXXVIII.

MAior autē in monacho videba
tur eſſe dubitatio, quod nō poſ
ſet deputari vicarius epiſcopi, cū mo
nachus habeatur pro mortuo, & ſit a
1 cętu ſeculariū penitus ſegregatus. l.
Deo nobis. §. hoc etiam congruum,
C. de epiſc. & cler. iuncta l. iudicium
ſoluitur, ff. de iud. c. placuit, el ſecon-
do, & cap. monachi. 16. q. 1. capit. cau-
ſam, quæ. extra de iud. cap. ex parte,
extra de accuſat. Guido Papę, q. 563.
in princ. Vant. de nullit. titu. de null.
2 ex defec. iuriſd. deleg. nume. 82. Nec
habet quoad hoc velle, nec nolle,
Rot. deciſ. 4. nume. 2. titu. de offic. Vi
3 car. in antiq. Et ſtare debet in cella,
Rom. ſingul. 500. & ſimplicem mona
chū non poſſe deputari Vicariū epi
ſcopi, tenet Guid. dec. manuſcrip. 114.
4 Sed contrarium tenet Abb. in cap. fi.
nume. 4. extra de cler. ægrot. & in ca.
cum cauſam, nume. 9. extra de elect.
poſt Ioan. And. in clemen. & ſi prin-
cipalis. vbi Card. nume. 17. Imol. nu-
me. 26. de reſcri. & Archid. in cap. in
noua, 16. q. 7. Rota deciſ. 3. alias 284.
nume. 2. in antiq. titu. de offic. Vicar.
& deciſio. 4. in antiquior. per Biſſig.
Guido Papæ, deciſ. 563. in princip.
Rebuff. in pract. benefic. titu. de Vic.
epiſ. nume. 30. Franc. Marc. q. 1287. in
princip. par. 1. Vant. de nullit. titu. de
null. ex defec. iuriſd. deleg. nume. 82.
Reuerēdiſ. Do. Fuſcus epiſcopus Sar
nen. tract. de viſit. & reg. eccleſ. c. 17.
nume. 100. lib. 2. Cucc. Inſti. iur. can.
de Vic. epiſ. nu. 57. lib. 2.

Mouentur omnes per glo. in cap.
de præſentium, in ver defenſor, 16.
q. 1. & in cap. monachi, in ver. Abbate,
eadē q. Vbi monachus iudex ab epi-
ſcopo conſtitui poteſt, melior gl. in
c. ſi quis. & ibi Doct. in ver. maiorem
diſtin. 58. Vbi monachus poteſt eſſe
vicedominus epiſcopi ea ratione,
quia epiſcopus debet habere teſti-
monium a monachis, 2. quæſtio. 7. c.
cū paſtoralis, firmat expreſſius Mil.
in reper. in ver. Vicarius epiſcopi.

5 Ad contraria reſpondetur, quod
locum habent in fratribus ordinum
minorum, qui funditus pro mortuis
habentur, clement. exiui de Paradi-
ſo, extra de verborum ſignificationi-
bus, Bal. in l. cum acutiſſimi, colum.
fin. C. de fideicom. Dec. conſil. 499.
per totum, & ita declarat Vant. de
nulli. ex defec. iuriſd. deleg. num. 78.
6 ſecus in monachis, quorum ſtatus
lōge differt ab illis, vt reſpōdit Dec.
7 conſil. 199. in princip. & multa offi-
cia exercere non prohibentur, vt fu-
ſe illa refert Innocen. Abb. & Felin.
in cap. cum I. & A. extra de re iudic.
Guido Papæ, dicta quæſtio. 563. nu-
mero ſecundo, & Vant. in loco præci
8 tato. poſſuntque per epiſcopos vtili-
tatis cauſa a clauſtro auocari, Rot. di
cta deci. 3. tit. de offi. Vicar. in antiq.
per tex. in cap. qui vere, 16. quæſtio-
ne prima, Card. in clem. 1. §. ad prio-
ratus, nu. 6. de reg.

9 Ampliatur, vt etiam deputari poſ-
ſit locum tenens Vicarij, vel officia-
lis epiſcopi, Rot. dicta deciſ. 3. alias
283. & deciſio. quarta, eodem tit. de
officio Vicar. in antiquioribus, per
Biſſig.

10 Declaratur ſupradicta concluſio,
vt procedat interueniente licentia
Abbatis, vel ſuperioris, alias ſine hu
iuſmodi licentia Vicarius epiſcopi
deputari non poterit, Biſſig. dicta de
ciſio. 4. titu. de offic. Vic. in antiquio
bus Rotæ, ſecundum nouam impreſ
ſionem, Card. in dicta clemen. 2. nu-
me. 17. Imo. nume. 26. Guido Papæ,
d. q. 563. Frāc. Marc. d. q. 1287. in prin.
Abb. in d. cap. cum cauſam, nume. 9.
extra de elect. Rebuff. d. titu. de Vic.
epiſ. num. 30. & in monacho profeſ-
ſo ordinis Sancti Benedicti, idem
Marc q. 1120. nume. 12. par. 2. Mil. in
d. reper. in ver. Vicarius epiſcopi,
Fuſc. dicto tract. de viſit. & reg. eccl.
dicto capit. 17. nu. 100. vbi citat Card.
in diuerſam ſententiam cum gloſ. in
cap. ſi quis, 58. diſtinctio. Cucc. Inſti.
iur. cano. dicto titu. de Vicar. epiſ. nu
mero 57. cum ſequen. Feder. de Sen.
conſilio 104. columna ſecunda, Ant.
de Pret. in tract. de iuriſd. epiſ. cap. 6.
nume. 43. Crauet. conſilio 325. nu-
me. 1. ver. ſecundo dubitatur, & Con
cil. Triden. cap. 4. ſeſſ. 25. titu. de reg.
& monial. dum prohibet ne quis re-
gularis ſine ſui ſuperioris licentia
ſubijciat ſe obſequio alicuius Præla-
ti, poſt gl. in d. c. de pręſentium, & in
d. c. monachi.

11 Extende hanc declarationem, vt
nec etiam poſſit ſine licentia Abba-
tis, vel ſuperioris eſſe Vicarius capi-
tuli ſede vacante, nec locum tenens
Vicarij, Pauin. de pot. capit. ſede vac.
2. parte princ. quæſt. 10. nume. 15. Et
ſi monachus nō eſt exemptus debet
etiam interuenire licentia epiſcopi,
ſecundum Laud. quem refert, & ſe-
quitur Cardin. in dicta clemen. 2. nu
12 me. 17. Subdens, quod ſi diſcordant
epiſcopus, & Abbas, debet monachus
obedire potius Abbati, quam epi-
ſcopo.

13 Subdeclaratur, vt procedat in mo
nacho clauſtrali: ſecus ī monacho ha
bēte adminiſtrationem, Card. cle. 2.
nume. 17. de reſcrip. Guido Papæ, di
cta quæſt. 563. verſic. ſecundo caſu,
Vant. dicto titu. de nullit. ex defec.
iuriſd. delega. nume. 82. ea ratione,
quia cum illis adminiſtratio conce-
datur, & conſequenter conuerſatio,
& frequentatio cum hominibus lai-
cis, & alijs in cauſis ſecularibus, mul
to magis poterit præſidere, & iudi-
care in cauſis ſpiritualib. iuxta regu.
auth. multo magis. C. de ſacroſanct.
eccleſ.

14 Subdeclaratur, niſi forſan Abbas
eſſet mortuus, vel abſens, & neceſſi-
tas vrgeret, vel vtilitas monaſterij,
Biſſig. dicta deciſione quarta, nume-
ro tertio.

Secundo principaliter declaratur
quādo monachus habet ſecum vnū
religioſum de ſuo conuentu, quia ſo
15 lus ſtare non debet, capit. 2. de ſtatu
monac. clemen. ne in agro. §. ad hæc,
eo. titu. Imola in c. fin. de cler. ægrot.
Rebuff. dicto titu. de Vicar. epiſ. nu-
me. 31. Franc. Marc. dicta quæſt. 1287.
in princ. Cucc. dicto tit. de Vic. epiſ.
num. 59. poſt Card. Alexan. c. ſi quis,
circa finem, diſt. 58. Imola in c. fi. de
cler. ægrot.

16 Tertio declaratur, vt non proce-
dat in Abbate habēte adminiſtratio
nem, qui poteſt eſſe Vicarius epiſco
pi, Guido deciſio. 112. in codicibus
manuſcriptis.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata per monachum conſtitutum Vicarium epiſcopi, ſine licentia ſuperioris non tenet.*
*Contra, nu. 4.*
*Ampliatur, nu. 8.*
*Declaratur, nu. 9.*
2 *Monachus non habet velle, nec nolle.*
3 *Voluntate deficiente nihil explicari poteſt.*
5 *Monachus Vicarius epiſcopi toleratus, præſumitur canonicè inſtitutus, & cum licentia Abbatis.*
6 *Geſta per iudicem erroneum, quando ſuſtineantur.*
7 *Monachus vicarius epiſcopi toleratus habet iuriſdictionem propter publicam vtilitatem.*
10 *Proceſſus, & ſententiæ latæ per iudicem, qui patiebatur defectum ſuæ poteſtatis impeditiuum ſi non fuit oppoſitum ipſo iure tenent.*

## QVAESTIO XXXIX.

ALia etiam præmiſſis quæſtio ve
nit diuidenda, an. ſ. ſententia la
ta per monachū, qui fuit cōſtitutus
Vicarius abſq; licētia ſui ſuperioris
ſit ipſo iure nulla. Dubiū. n. faciebāt,
quæ

quæ ſcribit Biſſig. ad 4. deciſ. Rot. titu.de offic.Vic. in antiq. dum inquit, nullam eſſe ſententiã propter impedimẽtum iudicãtis proueniẽs
2 ex defectu voluntatis, quia Monacus non habet, neque velle, neque nolle.c.ſi religioſus.de elect. c. religioſus,de teſta.in 6.& voluntate de
3 ficiente,nihil explicari poſſe multis comprobat Vant.de null. ex def. iuriſd.deleg.nu.84.ver.& videbitur.
4 Sed contrariam partẽ tenuit Rot. deciſ.3.aliàs 284.tit.de offic. Vic. in antiq. ſecundum nouam impreſſionem,Guido Papæ deciſ.563.nu.1. ad fi. Vant.de null.ſent.ex defec.iuriſd. dele.nu.82. & hæc opinio eſt ęquior & receptior, ut teſtantur Biſſign. & Vant.in locis iam adductis. Huius ſententiæ fundamentum illud eſt, quia ex quo Epiſcopus illum tolerauit,præſumptio eſt quod canonicè, & cum licentia Abbatis illum met cõ
5 ſtituerit,ſecundum Biſſig. d. deciſ.4. in fi.& ob huiuſmodi erroneam præſumptionem, & publicam utilitatẽ, ſententia ab ipſo prolata ualebit, ſecundum Guid.Papę d.deciſ.563.nu. 1.quia ob cõmunem errorem & pu-
6 blicam utilitatem geſta per erroneũ iudicem ſuſtinentur,l.Barbarius, vbi Bar.& alij.ff.de offic.præſid.l.2. C. de ſent.præſertim, quãdo toleratur à ſuperiore Epiſcopo, quo caſu habet iu
7 riſdictionem propter publicam utilitatem, per ea quæ ſcribit Fel. in c. ſciſcitatus.nu.5.uer.aliæ rationes,extra de reſcr. dum dicit. Ordinarium toleratum à ſuperiore habere iuriſdictionem ordinariam.
8 Ampliatur iſta ſententia etiam ſi lata fuiſſet per Monachũ Vicariũ Capituli ſede uacãte,abſque licẽtia uel tolerantia Abbatis,Pauin. de pot. c. ſede uac.2.par.prin.q.10.nu.15. poſt Canoniſt.in cle. & ſi principalis, de
9 reſcr. Declaratur ut procedat,quando ab initio non fuit oppoſitum cõtra perſonam ipſius Monachi, videlicet, quod non poterat eſſe Vicarius ſine licentia Abbatis, quia tunc ualet ſententia, & proceſſus, vt declarant Biſſig.Rot.Guido,& Vant.in locis præallegatis,& ratione, quia pro
10 ceſſus, & ſententiæ latæ per iudicẽ, qui patiebatur defectum ſnę poteſtatis impeditiuum ſi non fuit oppoſitum ipſo iure tenent,Innoc. Abb. & Fel.in d.c.ſciſcitatus, col.3.nu.4. extra de reſcrip.Vant.de null.tit.quib. mod.ſententiæ nul.def.poſſ.nu.4. & eſt cõmunis opin.teſte Fel. & Vant. in locis præallegatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Religioſus ordinis mendicantium non poteſt eſſe Vicarius epiſcopi.*
2 *Simonias committendi occaſio & recedendi à regula dari non debet.*

## QVAESTIO XL.

QVid autem de religioſo ordinis mendicantium? an poſſit Vicarius epiſcopi deputari? Re
1 ſpõdeo quod non,clem.1.§.ad prioratus,& ibi Paul.& Card.nume.6.de reg.Rebuff.in prac.benef.tit.de Vicepiſ.nu.32 Franc.Marc. q. Delphin. 1287.nu.1.par.1.poſt Io. And. & Io de Imo.in c.fin. extra de cler. ægrot. Ant.de Præt.in tract. de iuriſd. epiſ. c.6.nu.43.Paul.Fuſc.de Viſit. & reg. eccl. c.17.nu.100. lib.2. Corrad. de conſt.epiſ.nu 5.Cucc.Inſt.iur.cano. de Vic.epiſc.nu.56. Ea ratione,quia
2 daretur occaſio committendi ſimonias,& à regula recedendi cõtra tex. in c.1. ſeſſ.25. apud concil. Trid. vt animaduertit Card. in clemen. pleriſque.nu.14.de elect.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex laicus Maleficiorum non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.*
*Declaratur,nu.5.*

*Ordi-*



2 *Ordinatos iudicare non poteſt is qui nõ poteſt aſcendere ad ordines.*
3 *Irregularis fit Iudex & quicunque participat in cauſa ſanguinis.*
4 *Sanguinis effuſio non decet miniſtros Dei.*
6 *Epiſcopus diſpenſare poteſt Dictatorem vindictæ ſanguinis.*

## QVAESTIO XLI.

DIxi ſupra,quòd Vicarius Epiſcopi non debet eſſe laicus.Quæro modo,an is qui fuit iudex laicus,
1 maleficiorũ poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi.Reſpõdeo quod non,teſte Bal. in prælud.decret. in ver. vniuerſis, col.2.nu.18.ſequitur Pauin. in tract. de pot. ca.ſede vac.2. par.prin. q.10. num.34. Ant.Franc.in apoſt.ad Abb. in c. ſicut, ante finem, extra ne cler. vel mona. Io.de Sel. tract. de benef.
2 par.2.q.23.nu.13. Qui enim non poteſt aſcendere ad ordines, non poteſt iudicare ordinatos, ſecundum Bal.in d.ver. vniuerſis, num.18.poſt Inno.in c.cum P.Manconella, extra de accuſ. Et aliàs diuus Thomas 4. ſent.diſt.2.2.art.5. poſt medium,ſcri
3 bit quod Iudex et omnes qui participant in cauſa ſanguinis,ſunt irregula
4 res propter hoc quod effuſio ſanguinis non decet Miniſtros Dei,refert illum Ant. Fran.in apoſt. ad Abb.in c.ſicut,ante finem, extra ne cler.vel mona.firmant Canoniſtæ in c.in Archiepiſcopatu.c.clerici, & c.ſententiam, extra eod. Diaz.in prac. crimi. cano.cap.92.Dec.c.2. num.4 de iud.
5 Declaratur,niſi fuerit diſpenſatus,vt per Card.in c. 1.extra ne cle.vel mona Fel.in c.cum illorum,num.12.de ſent.excom. Et de Epiſcopo diſpen-
6 ſante Dictatorem vindictæ ſanguinis, Bertach. tract.de epiſc.par.2.lib. 4.tit.de ant. epiſ. circa ſpir. nu. 141. verſi. centeſimoquinquageſimoſexto.& ab omnibus irregularitatibus, non deductis ad forum contentioſum,Concil.Trid.c.6. Seſſ.24. in decreto de reſeruat.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonicus ſæcularis Vicarius Epiſcopi deputari poteſt.*
2 *Et Vicarius capituli ſede vacante.*

## QVAESTIO XLII.

NVmquid etiam Canonicus ſæcularis deputari poſſit Vicarius epiſcopi. Reſpõdeo quod ſic,vt
1 per Card.in clem.ſtatutum, de elec. Pauin.trac. de of.& pot. ca.ſede vac. 2.par.prin.q.10.num.4.Foller.ſuper conſt.regni,tit.de ſacroſ. eccl.nu.75. Anchar. Card.Abb. & Imo. poſt Io. And.in c.cum olim,de re iud.& But. in c.petitio,nu.2. extra de proc. Bal. conſ.344.li.5.Card.conſ.53.incipiẽte,Decanus, de quo meminit Fel.d. c.cum olim,colum.1.cum cæteris adductis per Ferret. conſ. 327. nu.4.& per totum.Ex quibus conſtat Canonicum tam ab epiſcopo,quam etiam
2 a capitulo ſede vacante Vicarium creari & conſtitui poſſe.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi Canonicus, percipere poteſt in eccleſia, duas diſtributiones quotidianas, vnam tamquam Vicarius, & alteram vti Canonicus reſidens.*
*Contra,num.2.*
*Declaratur,num.3.*
4 *Vicarius epiſcopi excuſatur à reſidentia ſui beneficij, & illius fructus lucratur.*
*Declaratur,num.5.*
*Contra,num.6.*

## QVAESTIO XLIII.

SEd reuocatur in dubium, an Vicarius epiſcopi,qui ex ſtatuto, & con-

conſuetudine eccleſiæ habet in illa
vnam præbendam Canonicalem, &
quotidianas diſtributiones reſiden-
tiæ etiam ſi non interſit diuinis, &
eſt Canonicus in dicta eccleſia præ
bendatus, poſſit percipere, & conſe-
qui in eadem eccleſia duas diſtribu
tiones quotidianas, vnam quia Vi-
carius, alterã vti Canonicus reſidẽs
& diuinis intereſſens. Nam Io. And.
in occurrenti caſu eccleſiæ Florenti
næ reſpondit pro affirmatiua, vt ipſe
refert in c. cum olim, de re iud. cuius
iura, & rationes ponunt & ſequũtur
Anchar. Card. Abb. & Imo. in d. c. cũ
olim, & hanc partem ſequitur conſu
lendo Bal. in conſ. 344. incipi. & pro
iſta opinione, lib. 5. Cuius conſilium
refert & ſequitur ſubſcribendo Car.
conſ. 53. inci. Decanus Eccleſiæ Tri-
dentinæ, de quo etiam meminit ite-
rum Card. in d. c. cum olim, quos re
fert & ſequitur Fel. ibi, col. 1. Ferret.
conſ. 327. nu. 4.

Sed quod Vicarius & Canonicus
2 non conſequi debeat niſi vnicam re
ſidentiam tãquam Vicarius vel Ca-
nonicus reſidens ad ſui beneplacitũ
probant Butr. & Are. in d. c. cũ olim,
duabus rationibus, quas refert, & ſe-
quitur Ferret. contra Vicarium Cõ-
cordienſem, d. conſ. 327. num. 4. poſt
Nic. de Mill. in repert. in ver. diſtri-
butiones, & hãc partem magis æquã
eſſe & in puncto iuris veriorem te-
ſtatur idem Ferret. qui, nu. 5. decla-
rat in hac quæſtione ſtandũ eſſe con
3 ſuetudini eccleſiæ, poſt Butr. Card.
& Abb. in d. c. cum olim, & ex facto
probat Vicarium Epiſcopi Concor-
dienſis qui Canonicus erat, habere
vnicam reſidentiam ratione conſue
tudinis. Et Vicarium epiſcopi Cano
nicum non poſſe percipere diſtribu
tiones quotidianas cõprobat Alfon.
Carmonenſ. tract. de benef. incom-
pat. c. 10. num. 16. par. 2. Vbi declarat
niſi conſuetudo ſit in contrarium
quia ſeruanda erit.

Non tamen diffiteor Vicariũ Epi
ſcopi excuſari à reſidentia & facere
4 fructus ſui beneficij vel Canonica-
tus, ſuos in abſentia, per tex. in c. ad
audientiam, & c. de cætero, extra de
cler. non reſid. & in ſpecie firmat Re
buf. in prac. benef. tit. de Vic. Epiſc.
nu. 5. Alfonſ. Carmonenſ. trac. de in
cõpat. benef. c. 10. nu. 15. & 16. par. 1.
5 qui declarant niſi conſuetudo eſſet
in contrarium, ſecundum Rebuf. &
Alfonſ. in locis prope citatis, & tunc
etiam excuſari à pœna priuationis
6 beneficij. Quamuis contra Clericũ
inferioris gradus à Canonico inſer-
uientem epiſcopo pro Vicario cum
ipſius epiſcopi diſpenſatione deciſũ
fuerit in Rota quod fructus, non lu
cretur in vna Calaguritana fructuũ
coram R. Patre Bubalo die 17. Mar-
tii 1583.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus, & Cardinalis poteſt eligi Vi-*
*carius alterius Epiſcopi.*
*Contra, nu. 2.*
*Declaratur, num. 3.*

## QVAESTIO XLIIII.

1 SEd mirum videtur, epiſcopum &
Cardinalẽ electos ad Vicariatũ
epiſcopi fuiſſe, vt ſcribit Rebuf. prac.
benef. tit. forma Vic. Arch. num. 35.
39. & 68. Mandoſ. reg. Cancel. 24. de
male promot. q. 6. nu. 13.

2 Quia diuerſum firmant expreſſe
Io. de Plat. trac. de excom. par. 2. nu.
4. Mill. in reper. in ver. Vicarius epi-
ſcopi, Ant. de Pret. tract. de iuriſd.
epiſ. c. 6. num. 43. in fi. Ioan. Picard.
inter conſi. Menoch. 52. num. 59. vo-
3 lumine primo. Quod tamen decla-
ratur, niſi vrgens adeſſet neceſſitas
ſecundum Io. de Plat. & Picard. in lo
cis iam adductis poſt gl. in c. quoniã,
extra de off. ord.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſiæ plures parochiales & dignita-*
*tes eccleſiaſticæ recipi non debent.*
2 *Beneficium primum curatum dicitur*
*ipſo iure vacare per ſecundum.*
*Ampliatur, num. 3.*
4 *Vicariatum Epiſcopi acceptans perdit*
*priorem dignitatem, ſiue curatum*
*beneficium, & nu. 6.*
*Contra, nu. 7.*
*Declaratur, nu. 11. & 12.*
5 *Vicariatus Epiſcopi perpetua dignitas*
*eſſe poteſt.*
8 *Vicaria Epiſcopalis in titulum non con*
*fertur.*
9 *Vicarius Epiſcopi remoueri poteſt ad li-*
*bitum.*
10 *Vicaria Epiſcopalis non eſt perpetua*
*nec eſt dignitas incompatibilis, ſed cõ*
*patibilis cum alia.*
*Ampliatur, num. 11.*
*Declaratur, num. 12. cum ſeq.*

## QVAESTIO XLV.

ET quia olim fuit prohibitum in
Concilio Lateranenſi, vt nullus
diuerſas dignitates eccleſiaſticas,
vel plures eccleſias parochiales reci
1 peret contra ſacrorum canonum in-
ſtituta. c. quia nonnulli, de cler. non
reſ. c. eam te, extra de ætate, & quali.
& 21. q. 1. per totam. Et poſtea ſtatu-
tũ in Concilio generali, quòd per ſe
2 cundũ beneficiũ curatũ dicatur ip-
ſo iure vacare primũ, c. de multa, vbi
Abb. ext. de præb. & in extrauag. Io.
Papæ, 22. incip. execrabilis, & poſtre
mo hoc idem innouatum in Conci-
lio Triden. c. 3. & 4. ſeſſ. 7. in decreto
de reform. & 17. ſeſſ. 24. in decreto
ſimili, de quo late in propoſito, Ca-
rauita. in comẽt. ſuper rit. magnæ cu
riæ Vic. in ritu. 30. nu. 30. cum pluri-
3 bus ſeq. Et ampliatũ, in perſonatib.
& dignitatib. d. c. de multa, cum gl. in
ver. in eadem, in fi. vbi Docto. & in
Vicaria firmat Goffred. in ſumma ti.
de of. Vic. nu. 9. Carauit. qui plures
tradit declarationes, d. ritu 3. nume.
31. cum ſeq.

Quæro modo, in propoſito, nun-
quid acceptans Vicariatum epi per-
dat dignitatẽ, vel beneficiũ curatũ.
Dubiũ facit gl. ĩ cle. & ſi principalis,
vbi Doct. de reſcr. & gl. in cle. audi-
4 tor, de reſcr. Vbi habetur, quod per
Vicariatum epi dicitur quis habere
dignitatẽ. Et ſatis eſt, quod huiuſmo
di dignitas poſſit eſſe perpetua, quia
forſitan eps non remouebit huiuſ-
modi Vicarium in vita, arg. l. Iuriſpe
5 ritos, ff. de excuſ. tut. cum adductis
per Fel. in c. G. perpetuus, nu. 2. ext.
de fide inſtr. ex quibus hanc partem
defendit Abb. in d. c. de multa, num.
6 23. extra de præben. poſt Goffre. in
ſum. tit. de off. Vic. num. 9.

7 Sed contrariam ſententiam tenet
Calder. conſ. 9. de reſcr. Abb. in d. c.
de multa, nu. 23. Fel. in c. poſtulaſti,
nu. 1. col. 2. in fi. Dec. nu. 1. in fi. ext.
de reſcr. ea ratione, quia Vicaria epi
8 ſcopalis, in titulum nõ confertur, c.
cũ eo, de elect. lib. 6. c. peruenit, ext.
de app. prout etiam, quia Vicarius
9 poteſt ad libitum remoueri per epi-
ſcopum, gl. in clem. ſi. de procur. & in
cle. & ſi principalis, in ver. per ele-
ctionẽ, vbi Ancha. col. 2. Card. nu. 10.
Abb. nu. 9. de reſcr. Hoſt. in ſum. de
de off. Vic. §. & in quibus, ver. ſed nũ
quid. Barb. in c. poſtulaſti, in 1. not. in
fi. de reſcr. Bertrand. conſ. 72. nu. 1. in
10 x. vol. Et ideo nõ eſt perpetuus, nec
habet dignitatem incompatibilem,
ſed cõpatibilem cũ alia, Abb. in d. c.
de multa, nu. 23. Pauin. de of. & pot.
cap. ſede vac. 2. par. prin. q. 10. de Vic.
epiſc. nume. 7. Carauit. ſuper rit. ma-
gnæ Curię, ritu 3. nume. 32. & late
differendo comprobat Alphon. Car
monenſ. de benef. incomp. par. 2.
cap. 10. numero primo, cum ſequen.
& num. 16.

Am-

11 Ampliatur tam in Vicario generali epiſcopi quam etiam in foraneo & Vicario capituli, ſede uacante: Nec non in habente officia temporalia ab Epiſcopo, & in Vicario epiſcopi habente Vicariam perpetuam, Alphonſ. dicto tract.c.10.nume.18.vſq; ad finem, licet Feli. ſentiat contrarium d.c.poſtulaſti,nume.2.

12 Declaratur niſi Vicarius epiſcopi electus,ſit epiſcopus, quia tūc ſtatim expirat Vicariatus,Bal. i l.iudicium, nume.3.ff.de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet regulariter ſeruire debet eccleſiæ in propria perſona.*
*Declaratur,nu.7.& 10.*
2 *Epiſcopus tenetur ſibi Vicarium conſtituere.*
3 *Epiſcopus vnus, & vnus Vicarius debet eſſe in qualibet Ciuitate.*
4 *Archiepiſcopus tenetur conſtituere Vicarium epiſcopo negligenti.*
5 *Intellectus Fel. ad c. in noua. 16.q. 7.confutatur ab Auctore.*
6 *Vicarius epiſcopi dicitur etiam Vicedominus.*
8 *Rectores eccleſiarum Vicarios ſibi conſtituere regulariter non poſſunt.*
9 *Vicarijs epiſcoporum, multa committi poſſunt, quæ alijs non poſſunt.*
11 *Epiſcopus coadiutor deputatur alteri epiſcopo propter eius imbecillitatem & ſenectutem.*
12 *Epiſcopus ſemper eſt in neceſſitate, propter regimen epiſcopale.*
13 *Epiſcoporum munus grande eſt.*
14 *Epiſcopus captus à Turcis, nec beneficia conferre poteſt, nec Vicarium creare.*
15 *Epiſcopus ante apprehenſionem epiſcopatus Vicarium creare non poteſt.*

# QVAESTIO XLVI.

POſt ſpecies,differentias, & qualitates Vicariorum epiſcopalium uideamus à quo eligi & conſtitui debeant, qualiter & quando & in quo loco. Et ideo Quæro in primis,an epiſcopus teneatur, conſtituere Vicarium. Dubitari poterat ex eo quia
1 quilibet regulariter debet in perſona propriè eccleſiæ deſeruire,c.quia non nulli,vbi gloſ. extra de cler.non reſ.c.relatum,eod.titu. Hoſt.in ſum. de off.Vic.§.& in quibus. nume.4.cū adductis per Bald. in l. aliquando, nume. 1. ff. de offic. proconſ. Fel.in c.quoniam,ante finē.ext.de offi. ord. Vbi hoc ſub dubio reliquit diluens omnia iura & rationes ex aduerſo citatas ibi per Abb.gloſ.in titu de offi. Vic.in princi.in ver.rationabili,Inſt. iur. Cano. Lancellot. Capra reg. 92. nume.10.cum ſeq.

Secundo,adducitur hæc ratio: epiſcopus tenetur ſibi conſtituere Vicarium quando vrgens neceſſitas poſtularet.d.c.quoniam, vbi Abb. ext. de offi.ord.c.petiſti.7. q.1. firmat glo. in c.2.in ver.ſtatuantur, extra ne prælati vices ſuas, ergo arguendo à ſpeciali citra vrgentem neceſſitatem nō tenetur, & ideo hoc ſub dubio reliquit glo.Inſt.Iur.can. Lancellot.in d. titu.de offic.Vic.in princi. in ver.non poteſt,& probat hanc partem Bero. in capitu. prudentiam, de offi.deleg. nu.100 & ita deciſum fuit in Rota,teſte Moh.deciſ.manuſcr.356. Vic.ſuo cogitur Gom. 20. ſi conſueuerit,lib. 2.Put.6.de offi.Vic.

2 Sed contrarium tenet Bald. in d.l. aliquando, nume.1.in 4.oppoſ.Abb. in d. c. quoniam, nu.3. Dicens etiam extra huiuſmodi caſum epiſcopum teneri ſibi conſtituere Vicarium vel officialem,& alias de hoc fuiſſe interrogatum: & ibi etiam idem firmat Bal. dicens quòd in qualibet Ciuita-
3 te debet eſſe vnus epiſcopus & vnus Vicarius,ſequitur Ruin. conſi. 148. nume.4.volum.2.Boer.deciſ.347.nu. 6.Dicens epiſcopum poſſe cogi tenere Vicarium,Lancellot.Inſt.Iur.can.

de



de offi. Vic.in princi.Rebuff tract.nominat. q. 4. nume. 61. Dicens quod epiſcopus tenetur creare Vicarium & illum in Ciuitate relinquere,Couar.lib.3.var.reſol.capi. 20. nume.4. Foller.in prac.cri.cano.1. par. moral. nume.74.Bero.conſi.23.nume.4.vol. 1.Cucc.Inſt.iur.cano. de epiſ.nume. 72.titu.6.li.2. Alphonſ. Carmonenſ. trac. de benef. incompat. par.2.c.10. num.9.& per immemorabile tempus epiſcopos maxime nobilium ciuitatum,habuiſſe & habere, Vicarios teſtatur Gabr. conſi. 32.nume.22.lib. 2. poſt hæc ſcripta viſus, Mouentur ex tex.in c.in noua.16.q.7.& in c.cū ſimus 9.q.3. & in c.quoniam 89.diſt. Vbi dicitur quod epiſcopus tenetur
4 eccleſiæ ſuæ cōſtituere æconomum Generalem & eo negligente Archiepiſcopum debere ſibi illum conſtituere,Quem æconomum generalem pro Gerēre uices epiſcopi vniuerſaliter etiam in iudicandis clericis probat tex.in d.c.in noua, vbi iſte æconomus appellatur Vicarius,quem tamē impugnare videtur Fel. in d. c. quoniam,in fi.intelligendo illum tex.loqui de æconomo,non autem de Vicario ex eo quia illud verbum iudicare poſitum in d. c. in nona, capitur pro quadam auctorizatione,quam habet æconomus in rebus exigēdis, & quia ſi loqueretur de Vicario, diceret iu-
5 dicium, non autem. Teſtimonium Sed tamen iſte intellectus Fel.videtur repugnare verbis expreſſis in d. c.in nona,quæ de Vicario loquuntur & æconomum intelligunt eſſe Vicarium,nec illud verbum iudicare conſonat auctorizationi æconomi,ſed potius Iudicis,ſicut eſt Vicarius epiſcopi ratione correlationis igitur nec intellectus Fel.conuenire debet. l.4.§. toties, ff. de damno.infec.cum ſimilibus.

Secundo adducitur tex.in c. volumus 89.diſtin. vbi ſummus Pontifex mandat Paſcaſio epiſcopo vt ordinet ſibi Vicedominum qui idoneus & paratus exiſtat cauſis quæ eueniunt,firmat Alber.in dictionario in ver.Vicedominus debet.

6 Sed Vicedominus dicitur Vicarius epiſcopi,Abb.in c.2.num.3. ext. ne Præla.vices ſuas, Rot. deciſ. 378. tit.de offi. Vica. in no. merito Vicarium debet epiſcopus ordinare. Non obſtant modo adducta ſuperius in cōtrarium, Et primo non obſtat quòd quilibet debeat eccleſiæ ſuæ deſeruire,d.c.quia non nulli,& d. c.relatum cum alijs ſuperius adductis, Nam iura allegata ex aduerſo per Bal. in d.l.
7 aliquando,loquuntur de loci ſeruatore & in caſu ſpeciali ſecundum eundem Bal.ibi.dicta vero per Hoſt.in d. §.& in quibus, loquuntur de Rectoribus eccleſiarum parochialium qui regulariter non poſſunt Vicarios in
8 eccleſijs conſtituere,c.clericos,extra de offi.Vic.c. extirpandæ.§.qui vero, vbi Abb.extra de præben.quorum ratio longe diſtat a preſenti quæſtione, Nam Rectoribus regulariter eſt prohibitum conſtituere Vicarios,d.c.clericos & d.§. qui vero, & multa com-
9 mitti poſſunt Vicarijs epiſcoporum q̄ alijs non poſſunt, Fel. in c.quod ad ſedem,nume.2.circa finē,ex.de offic. ord.Nec epiſcopi reperiuntur perſonaliter aſtricti vt prohibeantur adimplere officium per Vicarium,vt probat Ruin.d. conſi. 148. nume.1.in 4. poſt alios ibi cumulatos.
10 Secundo non obſtat tex. in d. ca. quoniam,& in d. c. petiſti, quia ſpecialitas ibi non eſt illa cauſa neceſſitatis ob quam Vicarius ab epiſcopo conſtituitur, ſed quòd epiſcopus eligit ſibi Vicarium alterum epiſcopū propter linguarū diuerſitatem, quæ erat in populis illius diœceſis, quib.
11 tenetur epiſcopus de Catholico Præſule prouidere qui illis nationibus ſit conformis & eiſdem ſacramenta miniſtret, & ad tex.in d.c.petiſti,reſpondetur quòd ibi non fuit conſtitutus

tus

tus Vicarius, ſed deputatus coadiutor quidam Epiſcopus ex ſpeciali indulto Pontificis, & ob ſenectutem, & imbecillitatem epiſcopi, & ideo de coadiutore ad Vicarium, non eſt inferendũ tãquam ab illo diuerſum.

Secundo reſpondetur, quod epi-
12 ſcopus ſemper dici põt conſtitutus in neceſſitate ꝑpter ingẽtes occupationes, in quibus epiſcopale regimẽ & animarum cura verſatur. c. inter cętera, & ibi Ab. & in d.c. quoniam, nu.3. ad finem, extra de of. ord. Hoſt. in d. §. & in quibus, num.4. ad finem, Ruin. d. conſ.148. nu.4. Et ſi hæc neceſſitas attẽditur erit potiſſima cauſa conſtituendi Vicarium. Nam munus epiſcoporũ eſt adeo grande pro
13 pter amplas, & diffuſas diœceſes, vt cũ ꝑ ſe ipſos, & ſi diligentiſſimos nõ valeant omnia miniſtrare debeãt cũ alijs onera ſua partiri, d.c. inter cętera, cũ gl. in ver. per ſe ipſos, Ruin. d. conſ. 148. nu.5. quia ve illi ſoli, qui cũ ceciderit non habet ſubleuantẽ, vt ex diuini oraculi mente refert, in propoſito tex. in c. illud. 7. q.1.

14 Declaratur, quãdo epiſcopus eſſet captus à Turcis, quia tunc nec beneficia conferre poteſt nec Vicarium creare, Domin. & Franc. in cap. ſi epiſcopus, de ſupplen. negli. præla. quos refert, & ſequitur Rebuff. in Concord. Franc. rub. de collat. § teneantur, in ver. aut eorum Vicarijs, Mandoſ. in reg.24. cancell. de male promotis. q.6. nu.13.

15 Secundo declaratur, vt non poſſit creare Vicarium ante apprehenſionem poſſeſſionis epiſcopatus, quãuis fuerit per Papam pronunciatus epiſcopus, Fel. conſ.40. nume.7. poſt Abb. in c. qualiter, primo not. extra de elect.

Tertio declaratur, vt epiſcopus non poſſit deputare Vicarium perpetuum niſi ex legitima cauſa, neq; talis deputatio ligat ſucceſſorẽ, Put. deciſ.4. de off. Vic.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt ſibi Vicarium conſtituere in qualibet parte diœceſis, vel particulari loco.*
*Declaratur, nu.2.*
*Subdeclaratur, nu.3.*

## QVAESTIO XLVII.

Poſſe autem epiſcopum ſibi Vicarium conſtituere, in qualibet parte diœceſis vel particulari loco
1 tradit Gemin. poſt Archid. in c. cum epiſcopus, nu.7. de off. ord. lib.6. Vbi
2 declarat, niſi in illa parte adſit Archidiaconus habens ex conſuetudi
3 ne iuriſdictionem, & ſubdeclarat, quando eidem Archidiacono competeret per modum præuentionis, vel prioritatis, vt epiſcopo, in eiuſdem, Archidiaconi negligentia, ſecus ſi cum epiſcopo competeret cumulatiue.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet conſtituere ſibi Vicariũ generalem.*
2 *Concilium Lateranenſe prohibet conferri beneficium antequam vacet.*
*Nec permittit epiſcopo creare ſibi Vicarium ad beneficiũ vacaturam.*
3 *Fraus quæ fieri poteſt Concilio Lateranenſi prohibenti creare Vicarium ad vacaturam, quando eſſet.*
4 *Rebuffi ratio conſtituendi Vicarium generalem, reprehenditur ab Auctore.*
5 *Vicarius ſpecialis, ab epiſcopo, quando conſtituatur.*
6 *Vicarij appellatione venit generalis.*
7 *Vicarius epiſcopi, regulariter omnia poteſt quæ epiſcopus.*
8 *Epiſcopi regimen verſatur circa temporalia, & ſpiritualia.*





## QVAESTIO XLVIII.

Debet etiam epiſcopus vicarium ſibi conſtituere generalem, vt
1 tradit Rebuff. in pract. benef. titu. de Vic. epiſ. nu.15. & 18. & in tit. forma Vic. Arch. nu.2. Franc. Marc. q.1062. art.17. par.1. ea ratione, quia ſi Vicarius eſſet ſpecialis non autem generalis, fraus fieri poſſet Concilio Lateranenſi, quod prohibet beneficium
2 conferri antequam vacet. c. conſtitutus, & c. fi. vbi Abb. extra de conceſſ. præb. Nam ſi Epiſcopus poſſet Vicarios ſpeciales facere, videns non poſſe conferre alicui beneficium vacaturum faceret ad huiuſmodi vacaturam Vicarium ſpecialem, quod ratione fraudis eſt prohibitum. d.c. conſtitutus, vbi Abb. nume.5. & in d.c. fin. & cap. fin. cum glo. in uer. commiſſa, & ibi Io. And. de offic. Vic. in 6. c. ſtatutum, cum glo. in ver. id canonice & ibi Doct. de præben. in 6. c. deliberationem. §. prohibemus, cum glo. in ver. cuicunque, & ibi Io. And. de offic. leg. in 6. Et iſta fraus ceſſat gene-
3 rali vicario conſtituto, dicto §. prohibemus, & d.c. ſtatutum cum cæteris ſuperius adductis, Oldra. conſil.77. Rot. deciſ.287. in antiq. & deciſ.397. nu.3. in nouis.

Sed huiuſmodi ratio, quæ Rebuffi eſt in loco ſuperius citato, non vide
4 tur uſquequaque uera, quia licet epiſcopus Vicarium ſpecialem ad beneficia conferendum conſtituere non poſſit in fraudem Lateranenſis Concilij iuribus ſuperius citatis: Non tamen ſequitur, ergo debet illum facere generalẽ, quia nulla fraus fit concilio Lateranenſi ſi Vicarius non eſt generaliter conſtitutus, cum deputa
5 ri poſſit ſpecialiter ad alios actus, quam ad conferendum, vt ſcribit Felin. in rub. nume.4. extra de offic. deleg. Franc. in cap. dilecti, q.3. extra de appel. Couar. lib. pract. q. cap.4. nu.8. & dixi ſupra, q.14. & 22. per totum.

Quinimo ſi ratio conſtituendi Vicarium generalem illa eſſet ne, ſcilicet creando ſpeciales Vicarios fraus fieret Lateranenſi Concilio, ſequeretur omnimodo eſſe prohibitum epiſcopo facere Vicarios ſpeciales contra tex. in cap.6. ſeſſ.24. apud Concil. Triden. in decreto de reforma. & cõtra auctoritates ſuperius adductas. Et ideo crederem illam eſſe ueram rationem creandi Vicarium generalem ab epiſcopo, quia appellatione
6 Vicarij venit generalis, Feli. in c. G. perpetuus, nume.2. Dec. nume.1. ad finem, extra de reſcrip. in cap. poſtulaſti, & dixi ſupra, q.4. & confirmatur hæc ratio, quia Vicarius regulariter
7 omnia poteſt, quæ poteſt epiſcopus, Hoſtien. Ioan. And. Archid. & alij in cap. fin. de offic. Vic. in 6. Bertac. trac. de epiſ. par.6. lib.4. titu. de Vic. epiſ. nume.3. Port. Imol. conſil.99. nu.43. Couar. d. ca.4. nume.4. Rolan. conſilio 86. nume.83. in primo. Sed hæc regula non conuenit, niſi generali, cũ ſpecialis Vicarius non omnia poſſit, quæ poteſt epiſcopus cuius adminiſtratio non eſt circa ſpecialia tantũ,
8 ſed generalis eſt in ſpiritualibus, & temporalibus, cap. ſi quis, 1. quæſt.3. cap. fin. de conceſſ. præben. c. cum nobis olim, in fi. de elect. c. penul. & fin. de ſupplen. neglig. prælat. in 6. Bald. conſilio 478. numero primo, cum ſequen. volumine quarto. merito ubi dicitur quod epiſcopus debet ſibi Vicarium conſtituere de Vicario eſt intelligendum, qui generalis eſt deputandus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi debet eſſe generalis, tã in ſpiritualibus, quam etiam in temporalibus.*
*At contra, quod ſufficiat ſi generalis in ſpiritualibus conſtituatur, numero 3.*

*Declaratur,num.4.*
2 *Vicarius epiſcopi, in temporalibus conſtitutus ſpiritualia exercere non poteſt.*
5 *Vicarius epiſcopi deputatus, in ſpiritualibus cum iuriſdictione differt à deputato ſine iuriſdictione.*

## QVAESTIO XLIX.

NOn ſolum autem Vicarius epiſcopi generalis eſſe debet, ſed
1 tam in ſpiritualibus, quam etiam in temporalibus videtur deputandus, vt probat Pauin.in trac.de of.& pot. cap.ſede vac.par.1.q.43.nu.5. dum inquit, vicarium datum ad temporalia tantum, non poſſe ſpiritualia exercere, Fran.Mar. q.Delph. 1587.nu.17. Rebuf.in prac. benef.ti.de Vic.epiſ. nu.18.& forma Vica. Arch.nu.15.&
2 ſeq.vbi tenet Vicarium epi,non eſſe generalem niſi in ſpiritualibus, & temporalib.ſequitur Melil.in opuſc. de Præced. Vic.c.1. nu.5.Cucc.Inſt. iur.can.de Vic.epiſ.num.60.

3 Sed contrarium probant Feder.q. 302.nu.4.& Diaz.in prac.cri. cano.c. 3.nu.3.dum dicũt, quod ſi epiſcopus faciat vnum Vicarium generalem talis intelligitur generalis in ſpiritualibus, moti ex c.nullus. §.epiſcopo autem,de temp.ord.in 6.Concil.Trid. c.1.2.3.& 4.ſeſſ.13.in decreto de reform.Et in breuibus ſummi Pontificis cum delegantur cauſæ epiſcopis ſeu eorum Vicarijs, Vicarij generales,in ſpiritualibus,appellantur.Ideo ſatisfactum erit legi ſi epiſcopus Vicarium in ſpiritualibus, generalem
4 ſibi conſtituat.Tutius tamen eſſet illum conſtituere generalem in ſpiritualibus,& temporalibus,propter ingentes epiſcoporum neceſſitates, in quibus animarum cura verſatur,arg. c.inter cetera,vbi Abb.extra de offi. Vic.§.& in quibus,num.4.ad finem, & ita conſtitui ſolent, vt plurimum ab epiſcopis,cum ampla & libera facultate, & cum iuriſdictione ad euitãdam
5 differentiam inter Vicarium in ſpiritualibus, cum iuriſdictione vel ſine,de qua Rot.deciſ.7.aliàs 371. nu.1 in no.poſt Paul.Zenzel.& Guil. in clem.2.de reſcr.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus plures Vicarios, ſibi conſtituere poteſt.*
2 *Iudices plures creari poſſunt, ſicut plures procuratores, adminiſtratores, plures actores, plures tutores, & curatores.*
3 *Sicut etiam capitulum ſede vacante.*
4 *Et poteſt conſtituere non ſolum plures Vicarios generales, ſed etiam plures foraneos.*
5 *Et tam in ſolidum, quam pro parte.*

## QVAESTIO L.

ILlud autem certi iuris eſt, quod epiſcopus plures Vicarios ſibi cõ-
1 ſtituere poteſt,clem.& ſi principalis, vbi Card.nu.3.de reſcr.c.prudentiã, vbi Abb.nu.10.Fely.in prin.& latius Bero.nu.2.ext.de of. deleg. poſt Bar. & Bal.in l.1.nu.7.ff.de off.conſ. Lancello.Inſt.iur.cano.de iud.§.itẽ mandari.Albe.in Dic.in ver. Vicarius,vide ſupra,ad ſi. Old.conſ.318.nu.1. & ſeq.Rebuf. in prac.benef. tit. forma Vic.Arch.nu.203.Frã.Mar.q.Delph. 997.in prin. par.1. Cucc.Inſt.iur.cano.de Vic.epiſ.num.43.lib.2.

2 Quemadmodum enim dari poſſunt plures procuratores,actores,tutores,curatores, & adminiſtratores, ita etiam plures iudices.l. ſi quis. §. vnius.l.plurib. l.qui duo. ff. de proc. c duo,eod.titu.lib.6.l.ſi alicuius, vbi Bar.ff.de neg geſt.l.creditor. §. duobus,vbi Bart. ff. manda. & in l.1. §.ſi plures,vbi Bart. per diſcurſum. ff.de exerc. l.decreto. §.ſi duobus. l.diui. l.cum plures. l.tres. l.ſi plures. ff.de adminiſtr.



adminiſtr.tuto.l.1.& per totum. C.ſi ex plur.tutor.

3 Ampliatur, idem in capitulo ſede vacante, quod poteſt plures vicarios conſtituere Io.And. in c.tua, ext.de of.Vic.Pauin.in tract.de poſt.cap.ſede vac.2.par.prin.q.10 num.6.

4 Secundo ampliatur,vt tam plures Vicarij generales,quam plures Vicarij foranei creari poſſint,vt probatur in d.clem. & ſi principalis, in princi. cum gl.& ibi Card. nu.3. & ſeq.Inn. in c.Romana, de offic. ord. in 6.late Fel.in c.cauſam matrimonij,nu 8.extra de offi.deleg. poſt gl. in c.quoniã Abbas,in ver.ſubſtitutum, vbi Abb. & alij,extra eo.& in d.c.prudentiam vbi Bero.nu....

5 Tertio ampliatur, vt tam inſolidũ creari poſſint, quam ſimpliciter, & pro parte gl. in d.cle. & ſi principalis,in princip. vbi Card.nu.3. & ſeq. Bal.in l.1.ff.de of.conſ. quem refert, & ſequitur Fely. in d.c.prudentiam, num. 1.poſt Abb.nu.10. Fran.Marc. d.q.997.in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus poteſt in totum eximere eccleſiam à ſua iuriſdictione.*
*Contra,num.2.*
3 *Epiſcopus, quando de conſenſu capituli conſtituere poſſit aliquem Vicariũ perpetuum.*
4 *Epiſcopus, per cõſtitutionem Vicarij perpetui non dicitur à ſe in totum abdicaſſe iura epiſcopalia.*

## QVAESTIO LI.

1 COntrouerſi iuris eſt apud Canoniſtas, an epiſcopus poſſit in totum eximere eccleſiam à ſua iuriſdictione. Nam pro affirmatiua,reſpondit Oldr.conſ.182.& Fede.con
2 ſil.147. ſed negatiuam probat Ioan. Andr.in cap.cum venerabilis, quem retulit Abb. ibi,numero 4. extra de conſuetu.

Sed quæro modo, in propoſito,an epiſcopus poſſit per modum cuiuſdam Vicariæ perpetuæ concedere inferiori Prælato, etiam recipienti nomine ſuæ dignitatis omnia iura epiſcopalia. Reſpondit Abb.in d.c.cum
3 venerabilis.num.4. epiſcopum poſſe de conſenſu capituli conſtituere aliquem Vicarium ſuum perpetuum, nomine dignitatis ſuæ, vt illa exerceat tanquã Vicarius epi,præter tria vt cathedraticũ, reuerentiam,& charitatiuũ ſubſidium, conferunt etiam tradita per Canoniſtas, in c.cum ſatis,extra de offi.Arch.

4 Declaratur, ſecundum Abb.in loco ſuperius citato, quod per conſtitutionem huiuſmodi Vicarij perpetui,non ſunt ex toto abdicata ab epiſcopo iura epiſcopalia. Quia ſaltem eo Vicario negligente poterit epiſcopus illa iura exercere,arg.c.irrefragabili.§.exceſſus,extra de of.ord. & eorum, quæ ad hanc declarationẽ ſcribit Inno.in c.in Lateranenſi,nu. 4.extra de præben.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus creare poteſt Vicarium ſpecialem ad beneficia conferendum.*
*Communis eſt contra,num.2.& 4.*
3 *Io.Andreæ cõſilium datum cuidam ſcholari ſuo reprehenditur.*
4 *Communis opinio, quod Vicarius ſpecialis ad conferendum beneficia creari non poſſit ab epiſcopo.*
*Ampliatur, num.5.8.9.11.13.14.15. 16.17.*
*Declaratur, nume. 18. 19. 20.21.24 25.28.*
6 *Generalis conceſſio reſtringitur ad ſpecialem præcedentem,& nu.10.*
*Et ad naturam rei, de qua loquitur diſpoſitio,num.7.*
12 *Conſuetudo inducens votum captandæ mortis,non valet.*

13 *Collatio beneficij nulliter facta per vi-
carium non poteſt ab epiſcopo rati-
ficari ſed eſt facienda de nouo.*
18 *Papa dare poteſt alicui ſpecialem po-
teſtatem conferendi etiam certa be-
neficia.*
19 *Reges, & Principes laici creare poſſunt
generales, procuratores, & illis dare
poteſtatem conferendi beneficia, &
præſentandi.*
22 *Concilium Lateranenſe prohibet pro-
mittere beneficia antequam vacent.*
23 *Mortis captandæ votum induci non
debet.*
26 *Epiſcopus dare non poteſt facultatem
conferendi beneficia alteri, quam vi
cario generali, & nu. ſeq.*

## QVAESTIO LII.

RVrſus quæritur, & in dubium,
etiam reuocatur, an epiſcopus
creare poſſit Vicarium ſpecialem
1 ad ben eficia conferendum. & poſſe
ſentit Biſign. ad Rotam, deciſ. 2.
tit. de conceſ. præb. quem ſequutus
fuit Staphi. in 3. par. de lit. gra. in qua
tractat de var. mod. vac. fol. 68. & in
alia impreſſ. fol. 57. ſicut refert Pa-
paz. in addi. ad Rot. deciſ. 397. nu. 5.
de offi. Vic. in nouiſ.
2 Sed contrarium tenent Io. And.
in c. deliberatione. §. prohibemus,
de offi lega. in c. fi. de offi. Vic. in c.
ſtatutum, de prob. lib. 6. vbi etiam
Archid. in gloſ. in ver. generaliter, &
in d. c. fin. vbi Gemin. num. 9. Franc.
col. 2. in fi. de offic. Vica. eod. lib. 6.
Hoſt. & Innoc. in c. ex parte, el pri-
mo, extra de offic. deleg. Rot. d. de-
ciſ. 397. vbi Papaz. in apoſt. nume. 5.
& deciſ. 327. tit. de offi. Vic. in antiq.
Abb. in c. conſtitutus, nume. 5. poſt
Butr. & Imo. ſuper gloſ. penult. co-
lum. quarta, extra de conceſſ. præb.
Bellame. deciſ. 343. Oldrad. conſil.
77. Pariſ. conſil. 50. numero primo,
cum ſequent. in 4. Staphil. de lit. gra.
& iuſt. fol. 68. latiſſime Franc. Marc.
q. Delph. 317. num. 8. & 99. nume. 7.
8. & 9. cum ſeq. par. 1. Vbi damnat
3 Ioan. Andr. in d. c. conſtitutus, quia
dedit conſilium cuidam ſcholari
ſuo qui volebat dare poteſtatem vni
conferendi primam vacaturam,
quod daret ſibi tanquam Vicario
generali poteſtatem conferendi om
nia beneficia ad ipſum ſpectantia
deinde ſcriberet ſibi per aliam lit-
teram inhibendo, ne poſt primam
collationem faceret aliam niſi ha-
bito reſponſo ab ipſo. Ioan. de Sel-
ua, in tract. de benef. 2. par. q. 22. nu-
me. 1. & eſt communis opinio, vt te
4 ſtatur Rebuf. in prac. benef. tit. for-
ma Vic. Arch. nu. 7. Couar. lib. 3. var.
reſol. c. 20. nu. 6.

Probatur hæc communis ſenten-
tia ex tex. in d. c. ſtatutum, ver. tan-
tummodo, de præben. in 6. Vbi epi-
ſcopus, vel alter ad quem ſpectat
beneficiorum collatio non poteſt
illam concedere niſi eius Vicario
generali.

Secundo adducitur tex. in d. c. de
liberatione. §. prohibemus, de offic.
leg. in 6. Vbi prohibet expreſſe lega
to etiam de latere, ne in genere, vel
in ſpecie cuiquam committat ſiue
det poteſtatem recipiendi reſigna-
tionem, & cõferendi beneficia etiã
perſonis idoneis infra legationem
ſuam exiſtentia, ea ratione, quia per
huiuſmodi commiſſionem daretur
via ad beneficia vacatura, contra Cõ
cilium Lateranenſe, in d. c. conſtitu
tus, de conceſſ. præben. & in d. §. pro
hibemus, & hoc per indirectum,
quia ille, qui vellet permittere ius
ad vacatura alicui, conſtitueret Vi-
carium amicum illius quem ſcit illi
beneficium collaturum, & ſic fraus
fieret concilio, vt animaduertit glo.
in d. capit. ſi in commiſſa, de offic.
Vicarii, in ſexto, Pariſ. dicto con-
ſilio quinquageſimo, numero de-
cimo.





Non aduerſantur auctoritates ſu-
perius in contrarium relatę, quia tol
luntur ex prohibitione ſupra dedu-
cta in d. c. ſtatutum, & ex ratione di-
cti cap. conſtitutus. Vbi prohibe-
tur huiuſmodi conceſſio ne aperia-
tur via ad beneficia vacatura: Et
quia Biſſign. in dicta deciſ. 5. ſupra re
lata in contrarium loquitur quando
non committitur generalis poteſtas,
conferendi quouis modo vacet be-
neficium, ſed duntaxat ſi vacet be-
neficium per reſignationem facien-
dam, ſub quo modo ceſſat ratio con-
cilij Lateranenſis, & periculum ca-
ptandę mortis, cum facultas data nõ
ſit in caſu vacationis per mortem,
ſed per reſignationem, vt declarat
idem Biſſign. d. deciſ. 5. Et iſto caſu
etiam corruit eius opinio ob frau-
dem quæ fieri poſſet à Reſignatario
cum Reſignante, quando ſciret com
miſſionem huiuſmodi eſſe factam ab
Epiſcopo, vt animaduertit Papaz. in
addi. ad Rot. d. deciſ. 397. nu. 5.
5 Ampliatur iſta communis, vt pro-
cedat etiam ſi epiſcopus daret Vica
rio generalem poteſtatem conferen
di & illum poſtea crearet Vicarium
generalem, quia adhuc diceretur Vi
carius generalis ad conferendum tã
tum, non autem in ſpiritualibus, &
temporalibus, & ideo non teneret,
Rebuff. dicto tit. forma Vic. archiep.
nume. 3. ea ratione, quia illa genera-
6 litas reſtringitur ad ſpecialem con-
ceſſionem conferendi. l. quæſitum.
§. ſed ſi fundus, vbi Bart. ff. de fundo
inſtr. Doct. in c. paſtoralis. §. fina. & §.
ſedes, extra de reſcrip. & ad naturam
7 rei, de qua loquitur diſpoſitio. l. ſed
ſi adijciatur. ff. pro ſoc. l. 1. § 1. de offi.
procur. Cæſar Soc. iun. conſi. 145. nu
me. 44. in princ. Crauet. conſil. 186.
nume. 1. Cephal. conſil. 77. nume. 88.
in princ. Et ideo diceretur creatus
ad conferendum, & non valeret ra-
tione fraudis ſuperius allegatæ.
8 Ampliatur etiam ſi Epiſcopus crea
ret illum generalem ad conferen-
dum quæcunque beneficia, quia ad-
huc non poſſet ratione fraudis, quæ
indirecte fieri poſſet ad vacatura
contra tex. in dicto cap. conſtitutus,
& in dicto §. prohibemus, vt not. ibi
Ioan. And. & Archid. & in dicto cap.
ſtatutum, & in dicto cap. fin. de offic.
Vic. in 6. Rebuff. in loco ſuperius al
legato, num. 4. Franc. Marc. d. q. 995.
nu. 13. & 15.
9 Tertio ampliatur etiam ſi in lit-
teris diceret Epiſcopus, creamus te
Vicarium generalem in ſpirituali-
bus & temporalibus ſpecialiter, &
expreſſe ad conferendum, quia di-
ceretur adhuc deputatus ad confe-
rendum tantum, & ideo non vale-
ret eius conſtitutio, tanquam expreſ
ſa illa generalitas reſtricta fuerit in
fraudem legis ad ſpecialem confe-
rendi poteſtatem, Soc. conſi. 260. co-
lum. 11. concluſ. 5. volu. 2. quem ſe-
quitur Rebuff. in loco ſupra citato,
nume. 10. Franc. Marc. dicta quæſt.
995. nume. 18. per tex. in dicto §. pro
hibemus, & in dicto cap. ſtatutum,
de præben. in 6. & per alia iura rela-
10 ta. Et quia quando fit enumeratio
ſpecierum poſt genus illa enumera-
tio reſtringitur in dubio ad illas ſpe
cies. l. ſed ſi adijciatur. ff. pro ſoc. l. le-
gata. §. 1. ff. de ſupel. leg. l. quæſitum.
§. ſed ſi fundus, vbi Bart. ff. de fundo
inſtr. cum concord. quæ ſuperius ad-
duxi in prima ampliatione.
11 Quarto ampliatur etiam ſi cõſue-
todo extaret in contrarium, quia nõ
eſſet attendenda, Barbat. in c. conſti-
tutus, col. 1. in fine, extra de reſcri.
Soc. dicto conſi. 260. Rebuf. in loco
ſępius citato, nume. 10. Pariſ. d. con-
ſi. 50. nume. 11. ea ratione, quia vo-
tum inducitur captandæ mortis, &
12 ideo conſuetudo non valet tanquã
contra bonos mores. c. mala, diſt. 8.
13 Quinto ampliatur, vt nõ valeat hu
iuſmodi collatio beneficij ab huiuſ-
modi Vicario ſpeciali facta, etiam

ſi ab epiſcopo ratificata foret, Gui-
do Papæ conſ.189. Rebuf. in loco ſu
perius citato, nu.11. ea ratione, quia
collatio nulla ratificari non poteſt,
nec retrotrahi, ſed de nouo eſt faciē
da Soc. in reg. ratihabitionē, de reg.
iur. in 6. c. examinata vbi Doct. extra
de confirm. vtil. vel inut. Gozad. cōſ.
72. nu.5. Pariſ. qui alios citat cōſ.24.
num.156. vol.2. Laur. Sylua. conſ.71.
num.16. vol.2.

14 Sexto Ampliatur non ſolum in
epō, verū ēt in legato de latere, quia
nec is dare poteſt ſpecialē poteſtatē
conferendi beneficia, & ad huiuſmo
di actū ſpecialē creare Vicarium, d.
§. prohibemus, & ibi Dec. de off. leg.
in 6. Rot. d. deciſ.397. in princ. Abb.
in d. c. conſtitutus, num.2. cum ſeq.
& in c. fi. nu.6. extra de conceſ. pręb.
Pauin. de off. & pot. cap. ſede vacan.
2. par. prin. q.10. nu.34. in fine, Franc.
Marc. d. q.995. nu.7. & q.317. num.8.
par.1. Roland. conſi.47. num e.56.
in primo.

15 Septimo ampliatur, vt locum etiā
habeat in præbenda, d. c.1. & 2. extra
de conceſ. præben. Rolan. conſ.47.
num 55. in primo.

26 Octauo ampliatur, vt procedat in
quolibet alio habente poteſtatē con
ferendi, nā illam alteri ſpecialiter da
re non poteſt, c. ſtatutum. §. vt hi de
pręben. in 6. Pariſ. d. conſ.50. num.1.
cum ſeq. Franc. Marc. d. q.996. nu.15.
cum ſeq. Nam inde ſequeretur illa
fraus ad beneficia vacatura, vt docet
Abb. in d. c. conſtitutus, & in d. c. fin.
extra de conceſſ. præb. & ſuperius di
ctum fuit.

17 Nono ampliatur, vt non ſolum vi
carij facere non poſſit, ſed nec Pro
curatorem ad conferendum tātum
ratione eiuſdem fraudis, gloſ. in d. §.
prohibemus, & in d. c. conſtitutus,
extra de conceſſ. præb. Pariſ. d. conſ.
50. nu.1. & per totum Rebuf. in loco
ſuperius citato, nu.12. Franc. Marc.
d. q.995. nu.3. & 7.

18 Declaratur, vt non procedat in
ſummo Pontifice, qui poteſt alicui
dare ſpecialem conferendi poteſta-
tē ēt ad certa beneficia, c. is cui, de
præb. in 6. c. propoſuit, extra de con-
ceſſ. præb. Oldr. d. conſ.87. Rebuf. in
loco alias citato, nu.12.

19 Secundo declaratur in Regibus
Principib. & laicis, qui nulla habent
iura ſpiritualia, ad quæ poſſint gene
rales facere Vicarios, quoniam iſti
poſſunt generales Procuratores om
nium bonorū creare dando illis po-
teſtatē cōferendi, & pſentandi, Abb.
in d. c. fi. nu.6. vbi etiam alij, extra de
conceſſ. præben. Pariſ. d. cōſ.50. nu.4.
Rebuf. in loco pręcitato, nu.13. Pau.
de Cittad. in tracta. de iure patron.
par.6. q.41. Roc. Cur. in eod. tract. in
ver. honorificum, q.5. Rolan. d. conſ.
47. nu.54. in primo, vbi de communi
teſtatur.

20 Subdeclaratur, vt non procedat,
quando ſpecialis poteſtas daretur,
præſentandi, ad beneficium vacatu-
rum ſecus ſi ad vacans Rolā. d. conſ.
47. num.53. cum ſequen. poſt Feder.
de Sen. Abb. & alios, per eum cu-
mulatos.

21 Tertio principaliter declaratur, vt
procedat, quando beneficium eſſet
vacaturum, ſecus ſi vacans. Quia tūc
poteſt collator dare ſpecialem alicui
poteſtatem illud cōferendi, d. c. con-
ſtitutus, in fi. & ibi Abb. nu.5. extra
de conceſſ. præb. Rota d. deciſ.327.
tit. de off. Vic. in antiquis, Ioan. de
Selua in tract. de benef. q.21. num.1.
par.2. Bellame. deciſ.443. Rebuf. in
loco ſuperius allegato, num.7. & 14.
Franc. Marc. d. q.995. nu.4. par.1. ea
22 ratione, quia Concilium Lateranen
ſe prohibet beneficia promitti ali-
cui antequam vacent, d. c. conſtitu-
tus & ideo ne fraus illi fiat. per indi
rectum prohibetur ſpecialis conferē
di poteſtas alicui dari antequam be-
23 neficium vacet ne quæratur uotum
captandæ mortis, vt animaduertit,
Abb.



Abb. in d. c. conſtitutus, & in c. fi. nu.
6. extra de conceſſ. præb. Pariſ. d. cōſ.
50. nu.12. & diximus ſupra, quæ ratio
ceſſat, quando vacat beneficium, quia
tunc nulla fraus nullumq; votum in
duci poteſt captandæ mortis, vt pro-
batur in d. c. conſtitutus. ergo ceſſare
debet diſpoſitio. l. adigere. §. quam-
uis, ff. de iure patro. c. cum ceſſante,
extra de app. cum vulg.

24 Quarto declaratur, quando epiſco-
pus committeret alicui receptionē
reſignationis beneficij, & quòd reſi-
gnatum beneficium alteri conferret
quia tunc & reſignatio, & collatio va
leret, Biſig. in deciſ. Rotæ, 5. in antiq.
tit. de conceſſ. præb. ſecundum nouā
impreſſionē, quam refert Staphi. qui
late hāc partem defendit, de lit. grat.
& iuſt. fol.68. dicens opinionem Ro
tæ eſſe veriſſimam, Fran. in d. c. deli-
beratione. §. prohibemus, ver. & ad-
uerte, de offi. deleg. in 6. Fran. Marc.
d. q.995. num.9. quamuis ſub dubio,
Pauin. tracta. de offic. pot. cap. ſede
vacan.2. par. princip. q.10. nume.31.
& 35. ea ratione, quia per huiuſmodi
commiſſionem nulla fit fraus Con-
cilio Lateranenſi prohibenti viam
aperiri ad vacatura, d. c. conſtitutus,
d. c. deliberatione, & c.2. & c. ex par-
te, extra de conceſ. præben. cum alijs
ſuperius adductis. Nam Lateranen-
ſe Concilium prohibet aperiri viam,
ad vacatura, ſcilicet, generaliter viā
iniquam, per quam veniret etiam
modus vacandi per mortem, vt cum
generaliter promittitur primum be-
neficium vacaturum, vel mandatur
cōferri, ſub qua promiſſione, vel gra-
tia veniret etiam, ſi per mortem va-
caret, & ideo non valet, quia ſic ca-
ptari poſſet mors aliena, vt animad-
uertit Biſig. d. deciſ.2. nume.23. Di-
cens ſic loqui tex. in d. c. conſtitutus,
in c. ex parte, & c.2. extra de conceſ.
præben. Sed in caſu iſto non com-
mittitur generaliter poteſtas confe-
rendi, quouis modo vacet benefi-
cium, ſed duntaxat, ſi vacet per reſi-
gnationem faciendam, ſub quo mo-
do ceſſat ratio Concilij Lateranen-
ſis, & votum captandæ mortis, &
ideo valet collatio ab iſto ſpeciali Vi
cario facta.

25 Sed contra huiuſmodi declaratio-
nem tenuerunt ijdem Domini de
Rota in libro deciſ. de anno 1544. ut
refert Papaz. in addit. ad deciſ. Rotę
397. num.5. tit. de off. Vic. in nouiſ. &
in eadem deciſione prohibetur epi-
26 ſcopus alteri, quam ſuo Vicario ge-
nerali committere huiuſmodi facul
tatem, Abb. in d. c. conſtitutus, num.
5. poſt Ioan. Andr. & alios antiquio-
res, in d. c. fin. de offic. Vica. in 6. & in
d. c. ſtatutum, Rebuf. in pract. benef.
titu. de Vica. epiſc. nume.20. poſt Io.
de Selua, in d. tract. de benefi. par.2.
q.21. quorum ſententia probatur,
tum ex generali ratione tex. in d. §.
prohibemus, & in d. c. conſtitutus,
quæ prohibent alteri concedi bene-
ficiorum collationes, ne aperiatur
via ad beneficia vacatura, tum etiam
ex tex. in d. c. ſtatutum, vbi prohibe-
tur fieri huiuſmodi collatio p alios,
quam per Vicarios Epiſcoporum, ge
nerales, & quia dari poſſet occaſio
27 inferendi vim vel ſimoniam, quia
Reſignatarius, qui ſcit collationem
omnino eſſe faciendam, in eius fauo-
rem poſſet concordari cum Reſignā
te, poſtquam ſciuit Notarium eſſe ro
gatum de tali commiſſione facta, per
epiſcopum, vt conſiderat Papaz. ad
Rot. d. deciſ.397. num.5. in fi. in no-
uiſ. ſecundum nouam impreſſionem
tit. de offic. Vic.

28 Subdeclaratur, vt procedat, quan-
do permixtim ſimul, & ſemel daren-
tur ambę prædictæ poteſtates, ſecus
ſi diuiſim concedatur facultas ad-
mittendi reſignationem, & illa po-
ſtea admiſſa per epiſcopum, daretur
facultas conferendi beneficium re-
ſignatum, quia tunc valeret, Rot. d.
deciſ.397. numero 3. & licet loqua-

tur de huiuſmodi facultate con-
ceſſa generali,tamen Papaz. ibi, in
addit. loquitur indiſtincte, & ratio
militat etiam conceſſa facultate alte-
ri,quam Vicario generali. Namque
diuiſim conceſſa facultate, & diſtin-
cta, ceſſat tunc prohibitio tex.in d.
§.prohibemus, qui ſolum intelligi-
tur per Rot. in præallegata deciſio-
ne, quando permixtim ſimul, &
ſemel darentur alicui ambæ faculta-
tes, non ſi diuiſim, & ſicut legatus
29 poteſt commiſſiones ſic diſtinctas fa
cere cuicunque perſonæ ſecundum
Rot. in loco iam relato, pari modo
epiſcopus, quia eadem ratio militat
in vno, quæ in alio, vt in ſpecie dicit
Rot.dicta deciſio. numero ſecundo,
merito idem ius ſtatuendum, cap.
tranſlato, extra de conſtitut. cum
ſimilibus

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus dare non poteſt Vicario gene-*
*rali ſpecialem poteſtatem certum be*
*neficium conferendi.*
*Ampliatur,nu.2.*
*Declaratur,num.3.5.6 7.& ſeq.*
4 *Generaliter multa permittuntur, quæ*
*ſpecialiter prohibentur.*
6 *Epiſcopus dare poteſt facultatem Vica-*
*rio ſuo ſpecialem conferendi benefi-*
*cium vacans.*
7 *Nec non recipiendi reſignationem bene-*
*ficij, & conferendi illud ſic reſigna-*
*tum.*
8 *Epiſcopi, commiſſio dari poteſt Vicario*
*viuæ vocis oraculo abſque alia ſcri-*
*ptura.*

## QVAESTIO LIII.

COnſequens etiam fit præmiſſis
epiſcopum dare non poſſe Vica
1 rio ſuo generali ſpecialem poteſta-
tem conferendi certum beneficium,
vt probatur in c deliberatione,§.pro
hibemus,de off. leg.in 6. & in ſpecie
noſtra reſpondit Oldr.conſi.77.Rot.
deciſ.367.tit.de offi.Vic.num.2. cum
ſeq.in nouiſ.vbi Papaz..in addi.num.
6.Put.deciſ.8. de proc. Mil in reper.
in ver. Vicarius epiſcopi,poſt Roma.
conſi.317.firmat Abb. in c.conſtitu-
tus,num.5.extra de conceſſ. præben.
Pauin.tract.de pot.cap.ſede vacan.2.
par.princ.q.10.nu.31. viget enim ad-
huc ratio ſępius allegata fraudis,quæ
fit Concilio Lateranenſi prohiben-
ti viam aperiri ad beneficia vacatu-
ra, dicto §.prohibemus, vbi Cano-
niſtæ.
2 Ampliatur,vt locum habeat etiam
ſi epiſcopus daret Vicario generali
generalem poteſtatem conferendi,
& poſtea per ſecundas literas inhibe
ret ne procederet ad ſecundam col-
lationem antequam inſinuaret ſi-
bi primam, & expectaret ſecundum
reſponſum, an vellet habere ratum,
quia quoad ſecundas litteras non vi-
detur delegata generalis poteſtas cõ
ferendi, & eſſet in fraudem Concilij
Lateranenſis ideoque non valeret
Ioan. Andr. in d.c.conſtitutus.quem
ſequitur ibi Abb. num.5. ad fin. poſt
Butr. & Imo. Fran. Mar. q. Delph.965.
num.15.in prima.
3 Declaratur, vt procedat data ſpe-
ciali facultate conferendi certum
beneficium, ſecus ſi generaliter da-
ta eſſet, quia tunc teneret, cap.fina.
vbi Docto. de præbend. in ſexto,
Oldrad.dicto conſilio ſeptuageſimo
ſeptimo, Abb.poſt alios,in dicto ca-
pit.conſtitutus, numero quinto,Pa-
riſ. conſilio 50. numero ſecundo, &
tertio, in quarto. multa enim in-
quiunt ipſi, generaliter permit-
tuntur, quæ ſpecialiter prohi-
bentur.
5 Extenditur huiuſmodi declara-
tio, etiam ſi generalis iſta confe-
rendi poteſtas daretur, Vicario ge-
nerali certi loci, dummodo plura
vbi



vbi adſint beneficia, quia valeret ex
quo ceſſat fraus prohibita a Conci-
lio Lateranenſi, Rebuff. in pract.be-
nef.tit.de Vic.epiſ.nu.23. & 24.
6 Secundo principaliter declaratur,
quando beneficium eſſet vacaturũ,
ſecus ſi vacans,quia tunc dari poteſt
Vicario ſpecialis poteſtas illud con-
ferendi,d.capit.conſtitutus,in fi.ubi
Abb.num.5. Bellame.deciſ.443.Re-
buff. in d.prac.benef.titu.forma Vic.
Arch.nu.7.& 14.Frãc. Marc.d.q.995.
nume.4. & dixi ſupra q.præcedenti,
nume.21.
7 Tertio declaratur, vt non proce-
dat, quando epiſcopus commiſit ei-
dem Vicario generali poteſtatem re
cipiendi reſignationem,& ea admiſ-
ſa daret illi epiſcopus poteſtatẽ con-
ferendi beneficium ſic reſignatum,
quia commiſſiones ſic diſtinctas poſ
ſet Vicarius exequi, Rota deciſ.397.
nume.3.titu. de offic. Vic. in no. vbi
Papaz..num.10. & dixi ſupra in q. præ
cedenti,in fine quartę declarationis,
vbi poſui rationem. Put. dicta deciſ.
8.de Procur. dicens valere manda-
tum ad certum beneficium conferẽ-
dum ex cauſa permutationis.
8 Extenditur hæc declaratio etiam
ſi epiſcopus viuę vocis oraculo com
miſiſſet articulum reſignationis, &
collationis, quia cõmiſſio valet abſ-
que alia ſcriptura, & per teſtes pro-
bari poſſet, Rota dicta deciſ.397. in
fine, Franc. Marc. dicta quæſtio. 995.
nume.14.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus poteſt conſtituere Vicarium*
*ſine conſenſu capituli.*
2 *Conſuetudo, quæ dat auctoritatem epi-*
*ſcopo conſtituendi ſibi Vicarium ſine*
*conſenſu capituli ſeruanda eſt.*

## QVAESTIO LIIII.

IN electione autem Vicarij per epi
ſcopum facienda non requiri con
1 ſenſum capituli, firmat Hoſt.in ſum.
de offic.Vicar.§.& in quibus,num.5.
Gemin.in c.1.num.10. Anchar.nu.4.
Franc.col.2.verſ.ſed quæritur,de of-
fic.Vic.in 6.Pauin.de poteſt. cap. ſe-
de vacan.2.par. princ.q.10.nume.12.
2 Dicens ita approbare conſuetudinẽ
quæ in huiuſmodi caſibus eſt ſeruan
da, Bertach. in tracta.de epiſc.par.7.
q.10.Rebuff.in pract.benefic.titu.de
Vic.epiſ.in princ.Silueſt. ſum.in ver.
Vicarius,nume.4. verſ. poteſt,Bero.
conſi.23.nume.4.vol.1. Cucc.Inſtit.
iur.cano.tit.8.de Vic.epiſ. nume.36.
libro 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus tenetur ſubminiſtrare Vica-*
*rio congruum ſalarium, & nume-*
*ro 3.*
*Contra,nu.4.*
*Declaratur,nu.5.*
*Contra,nu.6.*
2 *Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare,*
*Vicarius mortuo epiſcopo conſequi de*
*bet ſalarium a capitulo de bonis ec-*
*cleſiæ vacantis, pro tempore quo vi-*
*xit epiſcopus.*
6 *Vicario epiſcopi ſalarium debetur etiã*
*non conuentum, quando extraordina*
*ria Banchi ſunt exigua, ſecus ſi ma-*
*gna, & quolibet anno reddant ei*
*ſcutos 300.*
7 *Canonicus Vicarius capituli debet habe*
*re ſalarium ſicut extraneus vicarius.*

## QVAESTIO LV.

CVm autem epiſcopus Vicarium
ſibi cõſtituit debet illi congruũ
ſalarium ſubminiſtrare, vt probatur
1 in c.ſi epiſcopus,cum glo.in ver.illi,
& ver.ipſe,& ibi Doc.de off.vic.in 6.
vbi

vbi epiſcopus tenetur in neceſſarijs Vicario prouidere, & in c. inter cęte ra, cum glo. in ver. neceſſaria, & ibi Doct. extra de offic. ord quibus ſuffragatur illa regula, quod nemo cogi
2 tur ſuis ſtipendijs militare, cap. iam nunc, 28 q. 1. & c. cum ex officijs, ext. de præſcrip. Specul. de ſalar. in princ. & de ſalario debito officialibus, late Caraui. ſuper ritu magnæ curiæ 9. per totum, Senat. Ped. deci. 99. nume ro 22. & ad terminos noſtros, glo. in c. 1. in ver. quantitate, extra ne præla
3 ti vices ſuas, cum qua concordant Innocen. & Hoſtien. vt refert Card. ibi, in 1. oppoſi. & idem Card. in clemen. ſtatutum, q. 7. ver. in contrarium, vbi Anchar. nu. 3. Imo. nu. 13. de elec. qui licet loquantur de vicario a capitulo conſtituto, tamen Imo. nume. 27. idē ſenſit de vicario cōſtituto ab epiſcopo dum viuebat, cui putat mortuo epiſcopo ſalarium pro tempore quo vixit epiſcopus a capitulo de bonis eccleſiæ vacantis præſtandum eſſe, concordat Archid. in c. charitatem, 12. q. 2. quos refert, & ſequitur Pau. Granut. in ſuo lib. 1. theorem. 12. ver. de iure vero canonico, qui in princ.
4 refert Rotā diuerſum iudicaſſe, nempe ſalarium non deberi vicario epiſcopi, niſi duobus extremis probatis, videlicet, Vicarium ſolitum eſſe ope
5 ras ſuas locare, & epiſcopum ſolitū conducere, vt per Put. deciſ. 6. de off. Vic. & deciſ. 1. lib. 3. & 44. & 45. lib. 2. & alibi. Sed poſtmodum ſupradictā ſententiā pro Vicario epiſcopi acerrime defendit tam argumentis, & rationibus probatiſſimis in iure ciuili, quam etiam in iure canonico ſubdēs per eandem Rotam fuiſſe contra epiſcopum deciſum in vna Turritana die 20. Maij 1569. in qua fuit reſolutum deberi ſalarium Vicario etiam
6 non conuentum, & ad dictam deciſionem contrariam reſpondit, quod eſt fundata in auctoritatibus loquētibus in longe diuerſis caſibus, vt ipſe ſigillatim deducit, & in facto Vicarij epiſcopi, qui ex extraordinarijs Banchi percipiebat ſcuta 300. pro quolibet anno, vnde nimirū ſi aliud ſalarium præſertim non conuentum ſibi non debebatur

7 Ampliatur etiam in canonico Vicario eiuſdem capituli ſede vacante, qui debet habere ſalarium ſicut quilibet extraneus vicarius, & deducere expenſas quas domi facturus eſſet tanquam reputatus præſens, & reſidens propter eccleſiæ ſeruitium, Pauin. de poteſt. cap. ſede vacan. 2. parte princ. q. 10. nu. 5. Foller. ſuper conſti. regni, titu. de ſacroſan. eccleſ. nume ro 75.

8 Declaratur, ut non procedat in vicario prędeceſſoris, cui epiſcopus non cogitur ſoluere ſalarium, vt tradit Moh. deciſ. Rotę manuſcrip. 356. Vicario ſuo cogitur, Gem. deciſ. 20. lib. 2. ſi conſueuerit, Put. 6. de offic. Vicar.

*SVMMARIVM.*

1 *Altari ſeruiens de altari viuere debet.*
2 *Clerici mendicare non debent.*
3 *Ordinari non poſſunt, niſi poſsideant beneficium ad victum ſufficiens.*
4 *Epiſcopus debet prouidere neceſſaria clerico, quem ordinauit donec aſſequatur beneficium.*
*Declaratur, nu. 5.*
6 *Cap. poſtulaſti, de reſcrip. non habet locum in Vicario epiſcopi.*
7 *Vicarius epiſcopi non dicitur Vicarius perpetuus.*

## QVAESTIO LVI.

SEd cum ſecūdum Apoſtolum, qui altari ſeruit de altari viuere de-
1 beat. cap. ex his, 12. q. 1. c. eccleſiaſticus, 12. q. 2. c. cum ſecundū, vbi Abb. & alij, extra de præben. c. poſtulaſti, extra de reſcrip. Lancellot. in §. 1. Inſtitu. iur. cano. de præb cum multis alijs concordantibus congeſtis per Senat. Ped. deciſ. 99. nu. 21. Et propterea ne contingat eos qui diuino mi-
2 niſterio aſcripti ſunt cum ordinis decore mendicare, ſtatuerit ſacroſancta Tridentina ſynodus in c. 2. ſeſ. 21. in decreto de refor. ne clericus ſecularis, quamuis idoneus morib. ſcientia, & ætate promoueatur ad ſacros
3 ordines, niſi prius legitime conſtet eum beneficiū eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat poſſidere pœnas antiquorum canonum ſuper his innouando ex quibus dictis compelluntur epiſcopi prouidere clericis ordinatis ab ipſis ſine titu
4 lo neceſſaria donec ordinati beneficium eccleſiaſticum fuerint aſſecuti. d. c. cum ſecundum, & d. c. poſtulaſti, & vtrobique Canoniſtæ, & traditur in d. c. ex his, 12. q. 1. Lancellot. in d. §. 1. & ſeq. late Ant. Franc. in apoſt. ad Abb. in dicto capit. poſtulaſti, colum. 3.

5 At quoniam epiſcopus non tenetur prouidere, ſecundum huiuſmodi formam de beneficio illis qui habent vicariam perpetuam in eccleſia vt habetur in d. c. poſtulaſti, vbi Abb. Fel. Dec. & alij in princ.

Quæro modo in propoſito, an diſpoſitio d. c. poſtulaſti locum habeat in Vicario epiſcopi.

6 Reſpondeo, quod non, quia Vicarius epiſcopi non eſt Vicarius perpetuus eccleſiæ, ſed eſt Vicarius temporalis epiſcopi, & ad eius volunta-
7 tem remoueri poteſt, glo. in clem. & ſi principalis, in ver. electionem, ubi Canoniſtę. extra de reſcrip. Barbat. in cap. quoniam, nume. 37. extra de off. delega. & hanc ſententiam firmant huiuſmodi ratione, Abb. & Barbat. in d. cap. poſtulaſti, in primo not. Felin. nume. 1. col. 2. in fine, Dec. nume. 1. in fi. quæ vera etiam comprobatur, quia illud verbum perpetue, poſitū in d. c. non conuenit Vicario epiſcopi, ideo nec illius diſpoſitio debet ei conuenire. l. 4. §. toties, cum ſimil. ff. de dam. infec.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus debet ſibi Vicarium conſtituere, & negligente epiſcopo, Archiepiſcopus.*
2 *Practica deputandi Vicarium ab Archiepiſcopo negligente epiſcopo illum conſtituere.*

## QVAESTIO LVII.

QVid autem ſi epiſcopus Vicariū non conſtituat, ad quem ſpectabit huiuſmodi conſtitutio?

1 Reſpondeo, quod ad Archiepiſcopum, Abb. in c. quoniam, nu. 3. de officio ord. Fel. in c. paſtoralis, nu. 8. eod. tit. Ruin. conſi. 148. nu. 5. & 6. volu. 4. Probatur in c. cum ſimus, 9. q. 3. Vbi ſi epiſcopus nō ſategerit ſtatuere œconomum in ſua eccleſia, Metropolitanus illum ſtatuere poteſt œconomum pro vicario accipiendo, vt in c. in noua, 16. q. 7. Concil. Trid. c. 16. ſeſſio. 24. Et ideo practica erit quando
2 epiſcopus erit negligens in conſtituendo ſibi Vicarium, quod archiepiſcopus ſtatuat illi terminū ad eligendum vicarium, quo elapſo ipſe Archiepiſcopus prouidebit, d. c. cum ſimus iuncto dicto cap. in noua, quā practicam docet Abb. in d. cap. quoniam, nu. 3. in fine, Cucc. Inſtit. iur. cano. de vicar. titu. 8. nu. 13. lib. 2. & nume. 39.

*SVMMARIVM.*

1 *Metropolitano negligente Vicarium conſtituere epiſcopus antiquior in Metropolitana conſtituere poteſt epiſcopo vero exempto negligēte, epiſcopus propinquior deputabit.*

QVAE-

## QVAESTIO LVIII.

AT quid ſi eccleſia erit Metropo
litana? aut exempta? Reſpõdeo,
1 quod epiſcopus antiquior ex ſuffra-
ganeis in Metropolitana, & propin-
quior epiſcopus in exempta Vica-
rium deputabit, Concil.Trid.in c.16.
ſeſſ.24.in decreto de refor.Cucc.In-
ſtit.iur.cano.lib.2.titu.8.de off. Vic.
nume.39.

*SVMMARIVM.*

1 *Capitulum non poteſt Vicarium conſti*
*tuere etiam epiſcopo negligente, vel*
*abſente.*

## QVAESTIO LIX.

1 POrro ſiue epiſcopus negligẽs ſit
in eligendo vicarium ſiue abſens
eo refragante capitulum illum con-
ſtituere non poteſt, vt reſpondit Be-
ro.conſi.23.a nu.4.vſq; ad finem con
ſilij,vol.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonici mortuo epiſcopo non poſſunt eli*
*gere de nouo Vicarium, ſed ſolum ele*
*ctum ab epiſcopo confirmare.*
2 *Contraria opinio, quod capitulum ſede*
*vacante poſſit ac debeat eligere aut*
*electum confirmare, eſt verior.*
3 *Ampliatur, nu. 3. & 5.*
4 *Canonicus electus Vicarius epiſcopi de-*
*bet habere ſalarium ſicut quilibet Vi*
*carius extraneus.*

## QVAESTIO LX.

AN autem ſede epiſcopali vacan
te capitulum teneatur conſti-
tuere vicarium dubium faciebat pri
ma fronte reſponſum Beroi, conſil.
1 23.num.7.vol.1.vbi concludit, quod
canonici mortuo epiſcopo non poſ-
ſunt eligere de nouo Vicarium, ſed
ſolum electum ab epiſcopo confir-
mare, aut remouere. Sed cõtrarium
2 probat glo.4.in clemen.2.vbi Card.
de reſcript. Specul.lib.4.titu ne ſede
vacante,nume.4.Archid.in c.primo,
in fine,de offic.Vic.lib.6.Io.Andr.&
Domin.in cap.fin. de ſupplẽ. neglig.
præla.Fel.in c.eam te,nume.17.cir-
ca medium,extra de reſcript. & in c.
cum olim, num.9. extra de maior.&
obed.poſt Abb.in ca.irrefragabili,in
princ.colum.2.extra de offi. ord.Af-
flict.ſuper conſt. regni, rub.de admi
niſt. rerum eccleſ.ad fi.Foller. ſuper
eiſdem,tit. de ſacroſan.eccleſ.in cap.
quod incipit,peruenit ad audiẽtiam
noſtram,nume.75. Pauin. de poteſt.
capit. ſede vacan.2.par.princ.q.10.in
princ.& nume.2.Rebuff.in prac.be-
nef.tit. de deuolutionibus,num.62.
Concil.Trident. in cap.16.ſeſſ.24.in
decreto de reform. Pau.Fuſc.trac.de
viſit.& reg.eccl.c.15.nume.32 lib.1.
Cucc.Inſt.iur. can. de Vic.epiſ.tit.8.
nu.39.lib.2.
3 Ampliatur, vt etiam Vicarium fa-
cere poſſit vnum,vel duos ex canoni
cis eiuſdem capituli, Pau.& Cardin.
Floren.in clemen. ſtatutum,de elec.
Pauin.de poteſta.capit.ſede vacan.2.
4 par.princ.q.10. nu.4. Subdens, quod
debet habere ſalarium ſicut quilibet
Vicarius extraneus, firmat Foller.d.
tit.de ſacroſ.eccl.nu.75.
5 Secundo ampliatur, quod ſi Vica-
rius creatus fuerit negligens poterit
capitulum ſede vacante creare viſita
torem.cap.vltimo,de ſupplen. negli.
præla.in 6.Rebuf. in prac.benef.d.ti.
de deuolut.nu.62.

*SVMMARIVM.*

1 *Archidiaconus ſuſtinet Vicarij vices ſe*
*de vacante, dum agitur de electione*
*Vicarij a capitulo.*

QVAE-



## QVAESTIO LXI.

INterim autem, quod a capitulo ſe
de vacante de Vicarij electione fa
1 cienda tractatur Archidiaconum ſu-
ſtinere vices Vicarij in ijs in quibus
de iure communi eſt vicarius, tradit
Foller.in commentar.ad conſtit.Re-
gni, peruenit ad audientiam no-
ſtram, tit.de ſacroſ.eccle.nu.75.poſt
Abb.in cap.dilecto,nume.3.extra de
offic. Archid. Subdens ita ſeruatum,
& factum in vacantia ſedis ob mortẽ
Reuerendiſſimi Cardinalis Seripan
di Archiepiſcopi Salernitani, & fuiſ-
ſe electos duos Vicarios, videlicet,
Archidiaconum, & unum ex canoni
cis, licet poſtea gratioſe fuerit per-
miſſum Archidiaconum exercere iu
riſdictionem, & eo abſente, uel im-
pedito alterum.

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtrator epiſcopatus ſuccedit in*
*ordinaria iuriſdictione epiſcopi.*
2 *Adminiſtrator epiſcopatus capitulo æqui*
*paratur, & Vicarium conſtituere*
*poteſt.*

## QVAESTIO LXII.

QVid dicendum de adminiſtra-
tore epiſcopatus ſede vacã-
te, an & is Vicarium conſti-
tuere debeat? Et debere ea ratione
1 ſuadetur, quia adminiſtrator epiſco-
patus ſuccedit in ordinaria iuriſdi-
ctione epiſcopi, cap. is cui, de elect.
in 6.Rom.conſil.506 nume.13.circa
finem, & omnia poteſt, quæ ſunt epi
ſcopalis iuriſdictionis, dicto cap. is
2 cui, & a pari procedunt adminiſtra-
tor, & capitulum ſede uacante, cap.
cum nullus, §. epiſcopo, de tempor.
ord in ſexto, Roma.dicto conſi.506.
nume.13. ergo debet adminiſtrator
creare Vicarium quemadmodum ca
pitulum per regulam l.is cui,ff.de iu
riſd.om.iud. per quam ita in Abbate
reſpondit Pariſ.conſi.22.nume.19.in
quarto.

*SVMMARIVM.*

1 *Archiepiſcopi non poſſunt iudicare ali-*
*quidve diſponere in diœceſi ſuffra-*
*ganeorum.*
2 *Archiepiſcopi, vel eorum officiales mit-*
*tendo clericos in diœceſibus ſuffraga*
*neorum pro ineundis, vel recognoſcen*
*dis contractibus dicuntur mittere fal*
*cem in meſſem alienam.*
3 *Archiepiſcopus non poteſt conſtituere Vi*
*carios in diœceſibus ſuffraganeo-*
*rum.*
*Declaratur, nu. 4. 5. 6. & 7.*

## QVAESTIO LXIII.

PRohibẽt etiam canonica inſtitu-
ta, Archiepiſcopis ingreſſum diœ
1 ceſum ſuffraganeorum ſuorum ne
propria auctoritate iudicent in eis
aliquidve aliud agant teſte Innocen
tio Tertio in cap.Romana, in princ.
ubi glo.in uer.canonica congerit ca-
nones concordantes, de offic.ordin.
in ſexto. Vnde ſecundum Archid.in
cap. Romana,in fi. de foro competẽ.
2 in 6. Archiepiſcopi, uel eorum offi-
ciales mittendo clericos in diœceſi-
bus ſuffraganeorum pro incipiendis
vel recognoſcendis contractibus co-
ram ipſis contra tex.in d.c.Romana,
§.nec clericos. dicuntur mittere fal-
cem in meſſem alienam.
Ideo quæro, an Archiepiſcopus
conſtituere poſſit vicarios foraneos
in diœceſibus ſuffraganeorum ſuo-
rum ad faciendum citationes, & inhi
bitiones in cauſis appellationum a
dictis ſuffraganeis ad ipſum Archie-
piſcopum deuoluendis compeſcen-
dumque eccleſiaſtica cenſura in ea
parte rebelles? Reſpõdeo, quod nõ,
dicto

3 dicto c.Romana, ubi Canoniſtæ, in
princ.de offic.ord. & c.ut litigantes,
eo.tit.libro ſexto, Capic.deciſio.27.
nume.34.

4 Declaratur,niſi obſtet ſpecialis cō
uetudo eccleſiæ Metropolitanæ, di-
cto cap.Romana,in princ. & d.ca.ut
litigantes.

5 Subdeclaratur vbi conſuetudo eſ-
ſet præſcripta ſpatio quadraginta an
norum, uel per tãtum tempus cuius
initij memoria non extet in contra-
rium.glo. & Doct.in d.c. Romana,&
in d.c.ut litigantes, vbi Archid.in fi.
eod.titu.

6 Secundo ſubdeclaratur, vt nō poſ
ſint inhibere Vicarijs vigore iſtius
conſuetudinis priuſquam fuerit ap-
pellatum, d.cap.1.§.1.uerſ a quibus,
& ibi Doct. de off.ord.in 6.

7 Secundo principaliter declaratur,
ut procedant prædicta in cauſis ap-
pellationis deuoluendis,non autem
deuolutis,in quibus Archiepiſcopus
vices ſuas committere poteſt in diœ-
ceſi ſuffraganeorum ſuorum, dicto
capitu. Romana, & dicto capitu. ut
litigantes, eodem titu. & utrobique
Canoniſtæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes, & inſtrumenta parem vim habent.*

2 *Inſtrumentorum appellatione veniunt teſtes.*

3 *Argumentum de teſtibus ad inſtrumenta valet.*

*Declaratur,nu.12.*

4 *Scriptura non eſt de ſubſtantia conſtitutionis, & poteſt probari per teſtes.*

*Declaratur,nu.13.*

5 *Officialis quis eo ipſo probatur,quod exercet officium domino ſciente.*

6 *Mandatum poteſt probari per teſtes.*

*Declaratur,nu.12.cum ſeq.*

7 *Vicariatus epiſcopi requirit ſcripturam, & nume. ſequen.*

*Declaratur,num.19.20.21.22.24.25.26.vſque ad finem.*

8 *Principis mandatum non poteſt,niſi per ſcripturam probari.*

9 *Iudex ordinarius debet ſcriptura probari,nec non iudex quilibet,& officialis eccleſiaſticus,nu.10.*

*Et ab initio debet oſtendere litteras ſuæ poteſtatis,nu.11.& 19.*

14 *Epiſcopi ſolent facere ſuis Vicarijs litteras teſtimoniales.*

15 *Litteræ epiſcoporum ſigillo munitæ faciunt fidem,tanquã publicum inſtrumentum.*

16 *Vicarij epiſcoporum ſtatim ingreſſi epiſcopatum debent publicare litteras teſtimoniales ſicut Præſides Ciuitatum.*

17 *Scriptura priuata ſiue publica abſque ſolennitatibus requiſitis non probat Vicariatum.*

18 *Iuriſdictio ordinaria publico probari debet inſtrumento.*

19 *Intellectus l. vnica. C. de manda. Princ.*

20 *Acta coram officiali epiſcopi valent quamuis eius poteſtas non probetur per litteras patentes, quando a partibus non negatur.*

21 *Cardinalis aſſertioni eſt credendũ abſque litteris teſtimonialibus.*

*Declaratur,nu.27.*

22 *Cardinalis poteſtas raro,aut nunquam in dubium reuocatur.*

23 *Cardinales quandoque Vicarij epiſcoporum extiterunt.*

*De iure autẽ, an eſſe poſſint,dubitatur.*

27 *Cardinali non creditur, nec epiſcopo, nec Vicario in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum.*

28 *Iuriſdictio Vicarij epiſcopalis abſente epiſcopo probari debet per ſcripturã, præſente vero per teſtes.*

29 *Epiſcopi commiſſio data voce eius Vicario ſuper vno articulo poteſt teſtibus probari.*

30 *Litterarum Vicariatus amiſſarum tenor poteſt teſtibus probari.*

*Declaratur,nu.31.remiſſiue tamen.*

32 *Vicarij epiſcopi acta valent, quando Vicarius habebatur,& communiter reputabatur.*

*Contraria opinio Bellameræ conciliatur.*

33 *Collatio beneficij a Vicario facta, & ſigillata epiſcopi ſigillo probat Vicariatum.*

*Non tamen in tertij præiudicium.*

34 *Iuriſdictio Vicarij epiſcopi notoria non eget alia probatione.*



## QVAESTIO LXIIII.

SVcceſſiue quæro, ſequendo ordinem, aliàs ſuperius præmiſſum,
an Vicarius epiſcopi ſolemni ſcriptura conſtitui probarique debeat, an
vero teſtes ſufficiant.

1 Et videbatur prima fronte dicen-
dum ſcripturam non eſſe de ſubſtan
tia,quia parem vim habent teſtes, &
inſtrumenta.l.in exercendis.C. de fi
de inſtru.cap. cum Ioannes,extra eo
dem,Zuccard.in l.fin.nume.129.Me-
noc.nume.916.C.de edic.diui Adri.
tollen. Immo appellatione inſtru-
2 mentorum veniunt teſtes, l.1.ff. de
fide inſtru.c peruenit,el primo, ext.
de teſt.cog.Bar.& Alciat. in l.notio-
nem.§.inſtrumentorum, ff.de verbo
3 rum ſignificat.& de vno ad aliud iſto
rum valet argumentum, vt probatur
in d.l.in exercendis, & tradit glo. &
Docto. in l.1.C. de vſur. & poſt alios,
Tiraquel.de retract.lig.§.2.glo.1.nu
me.13. & ideo teſtes ſupplere ſcri-
pturam.

4 Secundo adducitur hæc ratio,ſcri
ptura non eſt de ſubſtantia conſtitu
tionis,& poteſt probari per teſtes.c.
conſtitutionis,25.q.2.c.1.in fine,pri
mo reſponſo,de iureiuran.in 6.& c.1.
de renunc.eo.lib.6.clemen.dudum,
§.nos etenim,de ſepult.Rot.deciſ.8.
tit.de conſtit. ſecundum nouam im-
preſſionem,Abb.Felin.Dec.Ripa, &
Alciat.in rub.de conſti q.5.Ergo ſcri
ptura non eſt de ſubſtantia Vicaria-
tus,ſed per teſtes probari poterit.

Confirmantur præmiſſa. Nam eo
ipſo probabitur quis officialis, quod
exercet officium domino ſciente,
5 quia tunc videtur eum præponere,
vt de Vicario epiſcopi in ſpecie tra-
dit Pauin.in tract.de poteſta.cap. ſe-
de vacan.2 par.princ.q.10.nume.23.
ꝑ tex.in l.1.§.magiſtratus,ff.de exer.
vbi firmat hoc Bal.nu.5. & quod Vi-
carius non tenetur fidem facere de
mandato, quia ſufficit patientia epi-
ſcopi. Nec connumeratur vicariatus
epiſcopi inter caſus neceſſario requi
rentes ſcripturam enumeratos per
gloſſam in cap.1.in ver.in ſcriptis, de
conſ.in 6. ergo teſtes non videntur
6 excludi.l. cum Prætor.ff. de iud. po-
teſtque mandatum etiam per teſtes
probari, vt per Vant.tract. de nullit.
ex inhab.ſeu def.manda.nu.70.

7 Sed quod Vicariatus epiſcopi re-
quirat ſcripturam,tenent domini de
Rot.deciſ.5.aliàs 397.verſ.de ſecun-
do,tit.de offic.Vica.in no.& deciſ.4.
tit.de offic.ord. in antiq.Aegid.deci-
ſio.134.de præſump.Pariſ. conſil.80.
num.2.in 4.poſt Bal. in l.aliquando,
num.4.ff.de offic.proconſ.Rebuff. in
pract.benef.titu.de Vic.epiſ.nu.8. &
13.& in tract.nominat.q.14.num.71.
& in rub.de collat.in præfatio. Paul.
Fuſc.epiſcopus Sarnen.tract. de viſi.
& reg.eccleſ.capitu.33.nume.8.libro
primo.

8 Probatur huiuſmodi ſententia in
l.vnica.C.de mand. princ. & in capit.
cum in iure,extra de offi.deleg. cum
glo.in ver.iniungi. Vbi mandatum
principis non poteſt probari,niſi per
ſcripturam.& licet iſte tex.loquatur
de delegato Imperatoris, vel Papæ
idem tamen dicendum eſt de Vica-
rio epiſcopi, ſecundum Rot. & Re-
buff.in locis ſuperius relatis, & Ae-
gid.deciſ.110.de off.deleg.

9 Secundo adducitur hęc ratio,Scri
pturæ

pturæ auctoritas requiritur ad pro-
bandum iudicem ordinarium, ſecun
dum Bar. in l. more, vbi Iaſ. num. 53.
ff. de iuriſd. om. iud. ergo etiam requi
ritur ad probandum Vicarium epi-
ſcopi, qui ordinarius eſt, vt late ſcri-
bam infra, lib. 2. q. 55.
10 Quib. admodum ſuffragatur tex.
in extrauag. commun. quę incipit, in
iunctæ, lib. 1. de elect. Vbi quilibet
aſſerens ſe habere officium, vel forū
eccleſiaſticū debet illud prius oſten
dere legitimis documētis per quem
tex. ſic tradit Vant. de null. ſent. titu.
de null. ſent. ex defec. iuriſd. & vide,
nume. 15.
11 Vbi dicit iudicem eccleſiaſticum
debere ſaltem a principio oſtendere
litteras eius poteſtatis, poſt Bal. qui
generaliter firmat hoc in quolibet
ordinario. l. prohibitum, per illum
tex. col. 3. uerſ. 3. C. de iure fiſci. cuius
dictum pro notabili refert, & ſequi-
tur Iaſ. in l. more maiorum, colum. 8.
uerſ. item aduerte, ff. de iuriſd. omn.
iud. & per illum tex. hoc dicit idem
Bald. in d. l. aliquando, nu. 4. cum alijs
cumulatis per Vant. in loco ſuperius
allegato, nu. 12. cum ſeq.
Ad contraria reſponſio patet ex
ratione d. l. vnicę, ſecundum quam
neceſſario requiritur ſcriptura in Vi
cariatu epiſcopi. Et ideo teſtes non
ſufficiunt, nec habent eandem uim,
quam ſcriptura, minuſque arguere li
12 cet de illa ad teſtes, vt multis expli-
cat Tiraq. d. tracta. de retract. lig. §. 2.
glo. 1. nume. 15. 16. 17. cum alijs plu-
ribus ſeq. & ſpecialiter, nume. 20. la-
te Menoc. ad quartū remedium adi-
piſcendę, nu 917. cum ſeq. ea ratione,
quia cum lex ſcripturam requirat, &
teſtes omittat, teſtes pro omiſſis de-
bent haberi, ut per Tiraq. in d. loco,
nu. 15. & 20.
13 Proce etiam, quia tunc non eſſet
ſcriptura neceſſaria, quando non age
retur de illa probanda, ſed tantum
de eſſentia ipſius conceſſionis, vt di-
cam infra in prima declaratione, &
ita procedūt, quę ſupra adducta fue-
runt in contrarium, & per Doct. in
dicta rub. de conſti. vt declarant, Fel.
Dec. Bero. & alij recentiores in di-
cta rub. q. 5. & Port. conſi. 25. ſub nu-
mero 9. Et ideo ſolent fieri ab epi-
ſcopis litteræ teſtimoniales ſigillo
14 eorum munitę, quarum formam po
nit Rebuff. in pract. benef. tit. forma
Vic. Arch. & latiore folio formul. in-
ſtrum. curiæ Romanæ, folio 246. vſq;
ad 250. ſecundum paruam impreſſio
nem, & dicam infra ſuo loco.
15 Quæ litteræ epiſcoporum ita ſigil
lo munitæ faciunt fidem tāquam pu-
blicum inſtrumentum, glo. & Doct.
in c. poſt ceſſionem, extra de probat.
Crauet. conſil. 122. nume. 14. volu. 1.
Nouel. reg. 80. Port. conſil. 25. nu. 22.
libro 1.
16 Illaſque debent publicare Vica-
rij cum fuerint ingreſſi epiſcopatum
quemadmodum ſolent Præſides, &
Rectores Ciuitatum, ut inquit, Spe-
cul. tit. de lega. §. ſupereſt, verſ. & pro
pter hoc Apoſtolicæ ſedis legati, &
poſt alios Vant. tit. de nullit. ex defe.
iuriſd. num. 15. & 19. Vnde refert Re
buff. in ſupra allegato titulo de Vic.
epiſ. nume. 14. ſtatutum fuiſſe in Se-
natu Pariſienſi, quod nullus vicarius
epiſcopi recipi poſſit, niſi regiſtrato
in actis inſtrumento Vicariatus.
17 Ampliatur, ut non ſolum requira
tur ſcriptura, uerum etiam ſolennis
eſſe debeat. Nam ſcriptura priuata,
uel publica abſque ſolemnitatibus
in ea requiſitis non probaret Vica-
riatum, ſecundum Pariſ. dicto conſi-
lio 80. nume. 3. & 4. per l. ſcripturas.
C. qui potior. in pig. hab. & ea, quę in
materia huiuſmodi ſolemnitatū tra-
dunt Doct. in l. admonendi. ff. de iu-
reiur. & in cap 2. de fide inſtrumen.
& ponit Rebuff. d. tit. de Vicar. epiſ.
nume. 13.
18 Et quia iuriſdictio ordinaria de-
bet probari per publicum inſtrumē-
rum.



tum ſecundum Bald. in d. l. prohibi-
tum, colum. 4. C. de iure fiſ. lib. 10.
Barto. & Iaſ. in l. more, nume. 53. ff.
de iuriſd. omn. iudi. ergo eodem mo-
do probari debet iuriſdictio Vicarij
qui ordinarius eſt, ut late ſcribam, in
fra lib. 2. q. 55. vbi uide.
19 Declaratur ut procedat ubi agit
de probanda ipſa conſtitutione Vi-
cariatus negata a partibus. Quia tūc
ſcripturę requiritur auctoritas. & ita
loquitur d. l. vnica. C. de manda. Prin
cip. ut declarant Ioan. Andr. & Archi
dia. in procem. ſexti decretal. Felin.
Dec. Alciat. & Bero. in dicta rubr. de
conſtitu. quæſt. 3. Port. Imol. conſil.
26. nume. 9. ſecus quoad eſſentiam
conſtitutionis & conceſſionis Vica-
riatus remotam a contentione pro-
bationis, quia tunc ſcriptura non eſt
neceſſaria ſecundū præallegatos Do
cto. in d. quæſt. 5. Port. d. conſi. 26. nu
me. 9. in terminis, Rota deciſ. 47. tit.
de offic. Vic. in no. vbi Papaz. & alij ſe
cundum nouam impreſſionem, & de
ciſ. 4. titu. de offic. ordin. in antiq. Re
buff. in trac. nominat. quæſt. 14. num.
71. vbi refert quod vidit condemna-
ri ad intereſſe illos Vicarios qui nō
oſtendebant inſtrumentum Vicaria
tus, & dicit Rot. in præallegata deci-
ſione quod ualent acta agitata coram
20 Officiali alicuius epiſcopi, licet non
probetur per litteras patentes eius
poteſtas, dummodo nō negetur a par
tibus. quia cum ſit ordinarius præſu-
mitur pro fundamento ſuę iuriſdi-
ctionis, firmat Nicol. Mill. in reper. in
ver. Vicarius ſiue officialis epiſcopi
Cagnol. in l. velle, num. 14. ff. de regu.
iur. late Gabriel. lib. 2. concluſ. tit. de
procur. concluſ. 1. numero 11. Me-
noc. de præſumpt. lib. 2. præſump. 33.
nume. 20.
21 Secundo declaratur vt nō habeat
locum quando Vicarius epiſcopi eſ-
ſet Cardinalis S. Romanæ eccleſiæ
quia tunc aſſertioni tanti uiri credē-
dum eſſet abſque litterarum oſtēſio
ne. c. nobiliſſimus, cum glo. in ver. cre
didimus. 97. diſt. Specul. titu. de lega.
§. ſupereſt, verſic. quid ſi de legati iu-
riſdictione. Dicens quod raro aut nū
quam dubitatur de ipſius poteſtate
22 Salic. in l. exemplo, in fi. C. de proba.
& plenius in l. 1. vbi Caſtrẽſ. C. de mā
da. princ. late Felin. in cap. cum in iu
re, num. 13. extra de offi. deleg. Anca.
conſil. 296. & 298. Roma. conſi. 298.
poſt alios quos refert, & ſequit Vant.
dicto tit. de null. ex defec. iuriſd. nu.
17. Cephal. conſi. 167. nume. 7. in 20.
& hæc eſt communis opinio, vt teſta-
tur Dec. in d. l. 1. nume. 18. C. de man-
da. Prin. Cephal. dicto num. 7. & ideo
non eſſet opus alia ſcriptura tamquā
Cardinales non dicantur compre-
henſi in diſpoſitione d. l. unicæ. Nec
videatur iſta declaratio cuiquam ridi
culoſa in Cardinali Vicario epiſco-
pi, Nam Cardinales & epiſcopos Vi-
23 carios epiſcoporum præſupponit Re
buff. in dicta pract. benef. titu. de Vi-
car. epiſco. numero 35. 39. & 68. cum
ſequen. A quo tamen multi diſſen-
tiunt, quos retuli ſupra. q. 44. vbi de-
claraui.
24 Tertio declaratur, quando Vica-
rius epiſcopi eſſet epiſcopus qui ea-
dem ratione non comprehenditur
in generali diſpoſitione dictæ. l. 1. ſe-
cundum, Dec. ibi nume. 24. & quam-
uis poſtea defendat contrarium, ta-
men opinio ſuperior eſt commu-
nis, vt dixi ſupra in prima declara-
tione.
25 Subdeclarantur præmiſſę declara-
tiones in his quæ veniunt in genera-
li commiſſione Vicariatus, ſecus au-
tem in requirentibus ſpeciale man-
datum, vt in capitu. fina. de offic. Vic.
in ſexto. Quia tunc ſoli aſſertioni il-
26 lorum non eſſet credendum, Ioan.
And. & Hoſt. in capitulo primo, de
offic. delega. libro ſexto. Dec. in d. l.
prima, numero decimo octauo, Abb.
conſi. 94. nu. 2. in 2. Toloſ. deciſ. 463.
Vbi in requirentib. ſpeciale mandatū

 non

27 non creditur etiam Cardinali, & per
conſequens nec epiſcopo nec Vica-
rio. Papaz. in addit. ad Rotam d. de-
ciſ. nu. 1. & 2. in nouis, poſt Gaſp. de
Per. in trac. de reſcrip. fol. 19. Ioſeph.
Maſcard. in trac. de probat. concluſ.
269. nume. 3. & 4. & concluſ. 140. nu-
me. 3. vol. 1.

28 Quarto principaliter declaratur
quãdo Vicarius epiſcopi vellet exer
cere Iuriſdictionem abſente epiſco-
po, quia tunc eius Vicariatus non po
teſt per teſtes probari; ſecus ſi epiſco
po preſente; Bal. in d. l. aliquando, nu-
me. 4. ff. de offi. proconſ. per tex. in d.
l. prohibitum, & in d. l. 1. ſequitur Bar
bar. in trac. de Card. leg. à Lat. q. 1.
nume. 9.

29 Quinto declaratur ſupra poſita
concluſio vt procedat quo ad genera
lem conſtitutionem Vicariatus, ſe-
cus in cõmiſſione illi facta ab epiſco-
po viuæ vocis oraculo, quia tunc eius
poteſtas per teſtes probari poſſet, &
ideo ſcriptura non eſſet tunc neceſſa
rio requirenda, Rota dicta deciſ. 397.
verſic. de ſecundo, in nouis & ibi Pa-
paz. in addit. nu. 11. Pariſ. dicto conſi.
80. nu. 2. Rebuff. dicto titulo de Vic.
epiſ. nu. 8. Egid. deciſ. 443.

30 Sexto declaratur, niſi litteræ Vica-
riatus eſſent amiſſæ tunc enim tenor
illarum teſtibus probari poſſet, vt
poſt Doct. in l. fi. vbi Zuccard. nu. 156.
ſcribit. Menoc. in 4. remed. adipiſ.
nu. 918. & de ſcriptura delegationis
deperdita Vant. de nulli. ſent. tit. de
null. ſent. ex def. iuriſd. num. 28. verſi.
vel ſi ſemel. poſt alios a ſe congeſtos
31 & alias declarationes, quibus teſtes
admittuntur etiam ſi ſcriptura eſſet
de ſubſtantia, ponunt Doct. in d. l. fi.
& tres in ſpecie Menoc. in dicto 4. re
med. adipiſc. num. 919. cum ſequenti
bus, præter illas quæ colligi poſſunt
ex Dec. in capitu. quoniam contra.
C. de probat. & Vant. de null. ex def.
iuriſdi. a numero 20. vſque ad 30.
& deſeruire ſupradictæ concluſioni.

32 Septimo declaratur, niſi probare-
tur quod communiter habebatur, no
minabatur & reputabatur Vicarius;
quia tunc acta per eum valerent; Ro
ta dicta deciſ. 47. in fi. & ibi Camill.
Mell. in addit. nu. 1, per tex. in vulga-
ta l. Barbarius ff. de offi. Prætor. Re-
buff. in trac. nominat. q. 14. nu. 71. Pa-
uin. de poteſt. cap. ſede vac. 2. par. prin
ci. q. 10. nu. 3. Feli. in c. ſicut, col. 18. de
re iud. Cagnol. in l. velle, nu. 14. ff. de
reg. iur. Nicol. Mil. in reper. in Vica-
rius epiſcopi, Gabr. lib. 2. concluſ. tit.
de procurat. concluſ. 1. nu. 11. Ioſeph.
Maſcard. de probat. concluſ. 648. nu
mer. 6. vol. 2. ubi declarat, Bellame.
deciſ. 594 qui aliter ſenſit, procedere
quando probatio Vicariatus ſuffulta
non erat diſpoſitione iuris commu-
nis nec notoria.

33 Octauo declaratur, niſi collatio fa-
cta per Vicarium eſſet ſigillata epiſco
pi ſigillo: tunc enim ſatis probatus
cenſetur Vicariatus, ſed non in præ-
iudicium tertij, Rebuff. in rub. de col
lationibus. §. teneantur, in ver. aut eo
rum Vicarijs, in concord. Franciæ.

34 Nono declaratur, niſi iuriſdictio
Vicarij eſſet notoria, quia tunc alia
non egeret probatione, Camill. Mel.
in add. ad Rot. d. deciſ. 47. in ver. offi-
ciali. Vant. in loco ſuperius citato
Maſcard. dicta concluſ. 648. num. 6.
uolum. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi quæ non poſſit exer-
cere ſine mandato ſpeciali.*
2 *Mandatum ſpeciale Vicarij epiſcopi
quale.*
3 *Mandatum ad alienandũ dicitur ſpe
ciale, & ſi non fuerit in eo expreſſa cau-
ſa neque perſona.*
4 *Mandatum ſingulare quod.*
5 *Vicarius epiſcopi ex generali mandato
cũ clauſula generali, & omnia alia etc.
& cum expreſſione aliquot ſpecialiũ,
omnia etiam ſpecialia poterit.*
6 *Mandatum Vicarij epiſcopi cum libera,
& plena poteſtate, et omnia alia agẽ-
di, quæ mandatum ſpeciale requirit,
æquiparatur mandato ſpeciali.*
*Declaratur, nu. 7. 9. 10. cum ſeq.*
8 *Mandatum Procuratoris cum plena po-
teſtate, vel cum libera, habet vim ſpe-
cialis mandati.*
11 *Imperium mixtum non venit in manda
to cum clauſula generali, & expreſ-
ſione mixti imperij.*
12 *Mandatum procuratorium, cum clau-
ſula generali maiora expreſſis non
comprehendit.*
13 *Mandatum generale Vicarij cum clau-
ſula generali exceptis quibuſdam ſpe
cialibus, non includit alios caſus exi-
gentes mandatum ſpeciale, & nu-
mero 14.*
*Communis contra, nu. 15.*

## QVAESTIO LXV.

SEd quoniã Vicarius epiſcopi mul
ta, quæ pertinent ad dignitatem,
& iuriſdictionem epiſcopi exercere
non poteſt abſque mandato ſpeciali
1 epiſcopi, ut in c. pen. & fi. cum allega-
tis ibi per glo. & Canoniſt. de offic.
Vic. in 6. Quæro modo in propoſito
quale eſſe debeat huiuſmodi manda
tum ſpeciale.

2 Reſpondeo, ſpeciale mãdatum di
ci, quando epiſcopus dat poteſtatem
Vicario uerbis expreſſis ad aliquem
actum generalitate verborum abſtra
cta, Vt exempli gratia ad inquiren-
dum, corrigendum, puniendum, be-
neficia conferendũ abſque eo, quod
cauſa, & perſona exprimatur, vt pro-
bant optimi tex. in d. c. pen. cum glo.
in uer. committantur, & in d. cap. fin.
cum glo. in uer. commiſſa, & utrobi-
que Canoniſtæ, ſcribit late Rebuf. in
prac. benef. tit. forma Vicar Archid. a
nu. 56. vſque ad 60. poſt Alex. cõſ. 63.
in princ. vol. 6. & conſil. 134. col. 2. in
primo, & conſi. 7. num. 4. in 2. & poſt
alios concordantes, cum quibus etiã
aſſenſit Dec. in l. actione, nu. 3. C. de
tranſact. latius Grauet conſi. 125. nu-
me. 6. & in terminis noſtris Io. Iaco.
Melill. in tract. de preced. Vic. cap. 3.
nu. 5. in fi.

3 Quibus ſuffragatur illa commu-
nis concluſio Doc. qui uolunt, quod
mandatum ad alienandũ, dicatur ſpe
ciale, & ſi non fuerit in eo expreſſa
cauſa, neq; perſona, cum eo caſu ſin-
gulare, non ſpeciale dicatur. l. procu-
ratorem. ibi, ſi non ſpecialiter diſtra-
hendi, ubi etiam glo. C. de procura.
Alex. conſi. 189. nu. 8. in ſeptimo, mo
tus potiſſimum ex d. c. pen. & fin. de
offic. Vic. lib. 6. firmat Couar. latius
ſcribens, lib. 1. var. reſol. c. 6. nume. 2.
ex theorica, Bart. in l. filiusfamilias,
nu. 10. ff. de donat. & ex alijs adductis
4 concludens, quod non oportet eſſe
mandatum ſpeciale quoad cauſam,
neque quoad perſonas, poſt Vant.
de nullit. ſent. titu. de null. ex defec.
manda. nu. 96. & alios concordantes
ſubdens, ita communiter teneri ex
Alex. d. conſi. 189. nu 8. & tradit Me-
noc. alios memorans, quam ſupradi-
ctos in tract. de arb. iud. libro 2. caſu
315. nu. 26.

5 Ampliatur etiam ſi epiſcopus de-
derit Vicariam generalẽ, & in man-
dato expreſſerit aliquod de iſtis, quæ
requirunt ſpeciale mandatum ſecu-
ta clauſula generali, & omnia alia,
quæ per nos poſſumus etiam ſi man
datũ exigant ſpeciale, quia tunc om-
nia etiam ſpecialia poterit, Hoſt. in
c. ſignificaſti, per illam decretalem,
extra de offic. Archid. & per c. ſedes,
extra de reſcript. & alia iura refert,
& ſequitur illum glo. in c. 2. in fi. &
poſt eam Gemin. nu. 6. in fi & alij Ca
noniſtæ de offic Vic. in 6. per tex. qui
de procuratore loquitur in c. qui ad
agendum. §. 1. de procur. in 6. Bertac.
in trac. de epiſ. lib. 4. par. 6. tit. de Vic.

epiſc.nu.10. Franc.Marc.qui alios ci-
tat. q.Delphin 1018.nu.8.Abb.con-
ſil.88.col.5.nu.6.uol.1.Diaz.in prac.
crim.cano.c.3.nu.5. Bero. conſil.22.
nu.10.12.&19.volu.1.& de mandato
procuratoris,late Couar. alios refe-
rens,lib.1.var.reſol.c.6.num.3.& fir-
mat Chiſ. deciſione Rot. manu-
ſcrip.200.

6 Extenditur hæc ampliatio,vt pro-
cedat etiam adiectis clauſulis gene-
ralibus ſimilibus,videlicet,cum libe
ra, & plena poteſtate, & omnia alia
agendi, quæ mandatum exigunt ſpe
ciale,ſecundum Bal. qui de mandato
Vicarij loquitur in l. aliquando, nu-
me.8.ff.de offic.proconſ. & probatur
in d.c.qui ad agendum, de procu.in
ſexto, quem in mandato procurato-
ris dicit optimum,Couar.alios refe-
rens in d.c.6.nu.2.in fi.& ante illum,
Felin.altius ſcribens in c.ſunt & alij,
nu.2.& 3.extra de reſcrip.Bar.&alij,
in l.ſi procurator.C.de procura.& in
l.procurator cui libera.ff. eod.Abb.
qui de mandato Vicarij loquitur,cō-
ſil.88.nu.6.col.5.verſ. ſi enim dedit,
volumine 1.Bero. dicto conſi.22.nu-
mero 19.

7 Declaratur ſupradicta ampliatio,
vbi ſunt expreſſi aliqui ſpeciales ca-
ſus, & deinde ſecuta fuit clauſula ge
neralis, ut ſupradictum fuit: ſecus ſi
aliquod ſpeciale non fuiſſet expreſ-
ſum, quia tunc Vicarius generalis
non habebit facultatem ex clauſulæ
generali agendi ea, quæ requirunt
ſpeciale mandatum, ut declarat glo.
in dicto c.2.in ver. committantur,in
fine, per tex.in d.c.qui ad agendum
de procura in 6. & firmat Marc.dicta
8 queſt.618.nu.8.& quamuis procura-
toris mandatum cum plena poteſta-
te,vel cum libera uim ſpecialis man-
dati habere ſcribant Doctor.in d.l.ſi
procurator,ubi Alexan.num.2.Bart.
& alij in d. l. procurator cui libera,
Abb.in c.fin. num.28. extra de dilat.
Felin.in dicto cap.ſunt & alij, nu.3.
extra de reſcript. Couar. alios refe-
rens in dicto capit.6.numero tertio.
Quod tamen non tranſit abſque dif-
ficultate ex dictis per Alexã. & alios
in dicta l.ſi procurator,& Abb.in di-
cto cap.fin.

9 Vicarium tamen epiſcopi ex man
dato, cum plena poteſtate non poſſe
facere exigentia ſpeciale mandatum
niſi quibuſdam ſpecialibus expreſſis
dicit glo.in dicto cap.2.in fine, & ui-
detur eſſe de mente illorum,quos re
tuli ſupra in principio huius quæſt.
& preſertim,Marc.dicta q.618.nu.8.
cum ſeq.

10 Secũdo declaratur, ut virtute clau
ſulæ generalis poſt aliquam ſpecia-
lium enumerationem, Vicarius poſ-
ſit facere ea,quæ ſunt eiuſdem pon-
deris, uel ſimilis, non autem maiora
expreſſis in mandato, Philip.Font.in
apoſtil. ad glo. in dicto capitulo pen.
in fine,de offic. Vicar.in ſexto, Bald.
in dicta l.aliquando,numero octauo.
11 Dicens, quod in mandato Vicarij
Poteſtatis expreſſo mixto imperio
non venit merum imperium uirtute
clauſulæ generalis,Franc.Marc.que-
ſtio. Delphin.618.numero octauo,
poſt Gemin.in dicto cap.licet.ibi ci-
tatum,numero ſexto,ad fi. Franc. in
glo.fin.de offic.Vicar.in ſexto, Bero.
conſilio 22.numero decimonono,vo
lumine primo, cuius rei illam adſe-
runt rationem, quia ſub generalita-
te clauſulæ mandati procuratorij
non ueniunt maiora, ſed ſimilia,
12 vel minora expreſſis in ipſo procu-
ratorio, per tex. formalem in cle-
mentina,non poteſt,de procur.c.ſe-
des, vbi Canoniſtæ, extra de reſcri-
ptis, & Legiſtæ in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum, ff.ſi quis cautionibus, Pa-
riſ. conſilio quadrageſimo, numero
primo, & ſecundo, in quarto, Cra-
uet. conſilio nonageſimoquinto, nu
mero decimo, uolumine primo, &
in ſpecie noſtra, Rebuff. in pra-
ctica benefic. titu. forma Vicar.
Archid.





Archid.nu.183. Bertrand.conſi.132.
& ſequen.vol.2. ſecundum veterem
impreſſionem.

13 Tertio declaratur, quod non ue-
niãt caſus ſpeciales,vbi ſequuta clau
ſula generali aliqui ex eis forent ex-
cepti,vt ſi epiſcopus concederet Vi-
cario,quod poſſet ea,quæ ipſe epiſco
pus excepta collatione beneficiorũ,
ſeu alia re ſpeciale mandatũ exigen-
14 te, quia tunc exceptio veniens ad re
gulæ diminutionem non debet ope-
rari augumentum, & ſic includere
in illa cauſa non includibiles, & per
conſequẽs requirentes ſpeciale man
datum, Lap. Anchar.in dicto capit.2.
ad fi.& ibi etiam Franc. de offic. Vic.
libro ſexto,& idem Franc. in ca. qui
ad agendum. §. primo, poſt Anchar.
de procur. in ſexto, Felin.in cap.quo
niam frequenter, in prin.numero 3.
extra, vt lite non conteſt. Aret.con-
ſil.8.in fine, cum alijs relatis per Co
uar. libro ſecundo variar.reſol.ca.5.
nume.9. quæ dicit hanc ſententiam
veriorem, Crot.conſi.136.nume.28.
volumine 1.

15 Sed contrariam ſententiam defen
dit Dec.in cap.cum dilecta,colum.2.
de confir.uti. & in l.1. nume.29.ff.de
regulis iuris, poſt Domin.in d.c.2.&
in d.cap.qui ad agendum,quorum di
cta reaſſumit late Cagnol. in d.l.1.
nume.37. vbi ſequi videtur opinio-
nem Decij, & de communi facere fi-
dem, & de magis communi, Couar.
dicto libro ſecundo,capit.5.nume.9.
quorum auctoritates, & argumenta
miſſa facio, quia principaliter in aliã
generalem concluſionem tendunt,
incidenter vero ad Vicarij epiſcopi
mandatum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicario epiſcopi atteſtanti de commiſ-
ſione ſuperioris, an ſit credendum, &
nume.2.*

## QVAESTIO LXVI.

NVnquid autem Vicario epiſco-
pi atteſtanti de ordine ſuperio-
1 ris, & commiſſione ſit credendum?
Et ſi epiſcopus eſt in ciuitate creden
dum illi eſſe tradit Roma. in l.ſcien-
dum,ff.de ver.obl.Iaſ.in l.ex quacun
que,col.2.ff.ſi quis in ius vocan. non
ier.Carauit. in pragmat. de filijsfam.
§.2.nume.4.Foller. in prac. crimina.
canon.2.par.iud. tit. aut crim. ſpecif.
nume.14.

2 Quod tamen uerum putarem in
his, quæ veniunt ex generali com-
miſſione, quib. Vicario epiſcopi cre
ditur ſine litteris, Rot.deci.47.in no
uis, quam refert, & ſequitur Ioſeph
Maſcar.in tract.de prob.concluſ.140.
nu.3.& 269.nu.3.& 4.vol. 1.Verunta
men ſtari aſſertioni Vicarij de licen
tia epiſcopi ad prouiden.conſtito de
Vicariatu ex publica voce, & fama
tradit Creſcẽt.li.1. dec.178.manuſcr.

*S V M M A R I V M.*

1 *Mandatum ſpeciale requirentia expri-
mi ſolent in litteris Vicariatus epi-
ſcopi.*
2 *Vicarius epiſcopi, quando dicatur ordi-
narius, & quando delegatus, & nu-
mero 3.*
4 *Iuriſdictio Vicarij epiſcopi maior eſt,
quam iuriſdictio delegati.*
5 *Delegatus in quibus differat ab ordina-
rio.*
6 *Vicarius epiſcopi in caſibus in quibus eſt
delegatus non poteſt prorogare iuriſdi
ctionem ad ſimilia.*

## QVAESTIO LXVII.

ET quia in litteris Vicariatus epi-
ſcopalis ſpecialiter committi, &
1 exprimi ſolent quæcunque exigen-
tia ſpeciale mandatum, vt ſcribit Re
buff.in pract. benef.tit.forma Vicar.

Epiſco. poſt numerum 42. & Formul. Rom. fol. 247. de quo dicam infra lib. 2. 9.

Quæro modo, quæ nam differẽtia ſit inter cauſas quas Vicarius epiſcopi cognoſcere poteſt abſque ſpeciali mandato, & illas quas non poteſt cognoſcere & terminare, ſine ſpeciali, mandato, Reſpondeo quod Vicarius epiſcopi in eis quæ de iure communi illi competunt ex generali officio
2 Vicariatus dicitur Iudex ordinarius ſed in illis quæ requirunt ſpeciale mandatum, dicitur Iudex delegatus Io. And. in add. ad ſpecul. titu. de offi. Vicar. §. 1. Doc. in ca. 2. de off. Vic. in ſexto, Maran. de ord. Iud. in 4. parte diſt. 5. princ. nume. 16. Fel. in rub. nume. 4. in 3. Limit. Bero. nu. 2. & 26. extra offi. deleg. de Maria. Soz. in c. quàliter nume. 179. vbi dicit huiuſmodi differentiam eſſe magni effectus, extra de accuſ. Hier. Gig. conſi. 82. numero quinto.

3 Niſi addatur in litteris clauſula generalis, poſt aliquot ſpecialium expreſſionem Aut ſi ſimul & ſemel cũ ordinaria poteſtate committantur, ſecũdum Lapum in d. c. 2. Ancar. 161. in verſi. primo quæro, Gemin. nume. 9. Fran. in glo. in ver. officialis, Fel. in c. in corrigendis, nume. 1. de off. ord. Bero. conſi. 22. nume. 12. & 14. vol. 1.
4 Maior autem eſt Iuriſdictio Vicarij epiſcopi quam delegati glo. in c. Romana. §. fi. in ver. obſeruan. de off. ordi. in ſexto, Bertach. in trac. de epiſ. lib. 4. par. 5. nume. 32. & quemadmodum differt ordinarius a delegato, vt
5 traditur in l. more, & ibi per Doc. ff. de Iuriſd. om. iud. & latiſſime Maran. referens quadraginta in ordine differentias inter delegatum, & ordinariũ in aur. ſpec. 4. par. diſt. 5. tit. an ſit Iud. ord. vel delega. a nume. 23. vſque ad finem, ſecundum nouam impreſſionem, Ita etiam debent regulari cauſe, quas Vicarius tamquam ordinarius gerere poteſt abſque ſpeciali mandato, ab illis quas cognoſcere non poteſt ſine ſpeciali mandato. Vnde ad propoſitum dixit alias Io. de S. Georg. in c. licet, de off. Vic. in ſexto, quod Vicarius epiſcopi in caſibus in quibus habet iuriſdictionem delegatam, non poterit prorogare Iuriſdictionem ad ſimilia, quia Iuriſdictio delegata eſt improrogabilis, c. P. & G. de off. deleg. ſecus in ijs in quibus habet ordinariam, ſequitur Gemin. ibi nu. 9. ad finem.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarij epiſcopalis poteſtas menſuratur ex forma litterarum Vicariatus.*

2 *Vicariatus epiſcopi forma ſæpe in dubium reuocatur.*

3 *Ordinis epiſcopalis quæ ſunt, non poſſunt exerceri a Vicario niſi ſit epiſcopus, remiſſiue tamen.*

*Sacerdotalia exercere non poteſt Vicarius epiſcopi, niſi ſit ſacerdos, remiſſiue.*

## QVAESTIO LXVIII.

CVm autem poteſtas Vicarij epiſcopalis menſuretur ex forma Vicariatus, vt inquit Cardi. in clem. prima, numero 17. & 18. poſt Laur. ibi, de offic. Vica. Abb. in capitu. tua nume. 5. extra de offic. Vic. & conſi. 88. colum. 5. numero ſexto, volum. 1. Dec. conſi. 66. numero quarto, Pet. Bell. in trac. de re mil. lib. 1. tit. 17. de offi. Vic. numero ſeptimo, ita vt de illa ſepius dubitari contingat, teſte Rebuff. in pract. benef. tit. de Vica. epiſco. numero 42. in fine, & multi etiam proceſſus actitati irriti fiant ex clauſularum defectu in inſtrumento Vicariatus, vt monet Cucc. In ſti. iur. cano. de Vic. epiſco. nume. 72.

Pro-



Propterea formam litterarum Vicariatus in fine huius libri primi ponendam curaui, in qua licet etiam deſcribantur illa, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, & fori ſacerdotalis, quæ nõ poſſunt a Vicario epiſcopali exer
3 ceri, niſi ſit epiſcopus, & ſacerdos, vt dicam infra, libro ſecundo, quæſt. 5. & q. 13. nihilominus omitti poterũt in litteris illorum Vicariorum, quæ paſſim clerici creari ſolent non epiſcopi, neque ſacerdotes, vel eiſdem addi poterit facultas committendi prædicta alicui epiſcopo, vel ſacerdoti, ut ſcribam infra, libro ſecundo, dicta quæſt. 12. & 13. Prout etiam addi poterit facultas Vicario Archiepiſcopi conſecrandi epiſcopos ſuffraganeos, & conuocandi concilium prouinciale, vt dicam infra, libro ſecundo, q. 5. & ſeq.

Et cætera omnia, quæ pertinent ad dignitatem, & iuriſdictionem, poterunt in litteris exarari, ſecundum qualitatem perſonæ, quæ ad Vicariatum epiſcopi, vel Archiepiſcopi deputatur, & ordinem poſitum in eiſdem litteris, & in ſingulis quæſtionibus, quas gradatim in dicto ſecundo libro pertractabo.

*S V M M A R I V M:*

1 *Vicarius epiſcopi reſidere debet in epiſcopatu, in quo reſidet epiſcopus.*

2 *Vicarius generalis epiſcopi cognoſcitur ex loco epiſcopalis reſidentiæ.*

## QVAESTIO LXIX.

SVcceſſiue quæro ſecundum ordinem aliàs præmiſſum, in quo loco
1 debeat reſidere Vicarius epiſcopi. Reſpondeo, quod debet reſidere in epiſcopatu, in quo reſidet epiſcopus, vt inquit Rebuff. in pract. benef. titu. de Vicar. epiſ. nume. 33. per tex. in l. nulli iudicum, aliàs l. fin. C. de offic. Rect. Prouinc. Prout etiam, quia Vi-
2 carius generalis cognoſcitur ex loco epiſcopali, in quo epiſcopus commoratur, Barto. l. prima, §. ideo, ff. quis, & a quo, Caſtrenſ. in l. ſecunda, ff. de offic. eius, quos in hoc citat Franciſ. Marc. quæſt. Delphin. 317. nume. 17 parte 1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi tribunal ſibi eligere poteſt in quocunque loco diœceſis, & nu. 2. & 5.*

*Declaratur, nu. 6 7. 8. 9. & 10.*

2 *Proceſſus Vicarij, & officialis valet, quãuis non ſederit in loco ordinario.*

3 *Iudex in omni loco ſuæ iuriſdictionis ius reddere poteſt.*

4 *Epiſcopus Xantonenſis non eſt obligatus reddere auditorium Xantoni.*

8 *Locus exemptus intra diœceſim, quoad iuriſdictionem per ordinarium exercendam loco extra territorium æquiparatur.*

9 *Vicarius epiſcopi cauſam ſpiritualem cognoſcere non poteſt in domo laicorum.*

## QVAESTIO LXX.

POteſt autẽ Vicarius epiſcopi eligere ſibi tribunal in quocunque
1 loco diœceſis, vt eſt tex. in cap. cum epiſcopus. ibi per ſe, vel per alium, & ibi Ioan. And. Archid. Gemin. de offic. ordin. in ſexto, Bertachin. in trac. de epiſ. libro quarto, parte 6. titu. de Vicar. epiſ. nume. 17. Abb. in cap. qua fronte, nume. 2. per illum tex. vbi late Franc. de appell. & tangit hoc Iaſ. in l. fi. numero ſecundo, vbi etiam notat Bald. & Alber. ff. de iuſt. & iure,
2 dum ſcribunt Vicarios generales diſcurrere prouinciam, & ideo poſſe in omni loco ferre ſententiam, & in



ſpecie

ſpecie Vicarij epiſcopalis, firmat Pa-
uin.in tract.de poteſta.cap. ſede vac.
ſecunda par. princi.quæſtio.decima,
nume. 25.

Dicens ualere proceſſum factum
per Vicarium, & officiales quamuis
non ſederint in loco ordinario, &
conſueto, poſt Calder.conſi.2.de of-
fic.Vicar. & Vicarium epiſcopi poſſe
exercere iuriſdictionem in quacun-
que parte diçceſis quoad omnes vbi
que exiſtentes intra fines ſuæ diœce
ſis, tradit Caputaquen. deciſio.306.
numero ſecũdo, parte prima, vbi am-
pliat etiam ſi Vicarius in uno loco
iuriſdictionem exercuiſſet.

3 Nec enim ad prouinciæ ſiue diœ-
ceſis angulum reſtringendus eſt iu-
dex, ſed in omni alio loco ſuæ iuriſdi
ctionis ius reddere poteſt ſecũdum
Archid.in dicto cap. cum epiſcopus,
probat l.penult. vbi Doct.ff.de iuſti.
& iure, & in cap.nouit, ubi Canoni-
ſtæ, extra de offic.legat. Vant.de nul-
lit.ſent.tit. de nullit. ex defec.iuriſd.
nume.111. Oldrad.conſil.318.nu.3.
4 vbi dicit, quod epiſcopus Xantonen
ſis non eſt obligatus tenere auditro-
rium Xantoni, ſed habet largas habe
nas, vt poſſit in quacunque parte ſuæ
diœceſis ſedere pro Tribunali, audi-
re cauſas ſpectantes ad forum eccle
ſiaſticum, capere perſonas eccleſiaſti
cas, & reliqua facere, quæ ſpectant
ad epiſcopalem iuriſdictionem, fir-
mat hoc generaliter in quocunque
5 epiſcopo Bertach. in dicto tracta. de
epiſc.libro 4.par.5.titu.de pot.epiſc.
circa iud.num.45. Cucc. Inſtitu.iur.
cano.de epiſc.titu.6.nume.119.libro
ſecundo.

6 Declaratur, quando locus eſt ho-
neſtus, & partibus tutus, dicto capit.
nouit, cum not.ibi per Doct.& in d.l.
penul.cum glo.in ver.vbi fit. & ibi
Doct.l.ſi cum dies.§.arbiter, ad fi.ff.
de recep.arb.& d.cap.qua fronte, vbi
Hoſt.& Innoc.

7 Secundo declaratur, quando lo-
cus eligitur pro iuridico, Doct.in d.
c.cum epiſcopus, Bertach.d.tract.de
epiſ.titu. de auct.epiſc.circa iud. nu-
mero 44.

8 Tertio declaratur, quando locus
eſt exemptus, d.c.cum epiſcopus, ubi
glo.in uer.non exempto, & ibi Arch.
& Domin.in 4.notab. Dicens locum
exemptum intra diœceſim quoad iu
riſdictionem per ordinarium exer-
cendam loco extra territorium æqui
parari, & in c.2.extra de conſtit.cum
cæteris adductis per Vant.de nullit.
ſent.ex defec.iuriſd. numero cente-
ſimooctauo.

9 Quarto declaratur, quando do-
mus eſſet laicorum, & cauſa eſſet ſpi
ritualis, Bertach.in tract. de epiſ.di-
cto titu.de poteſt.epiſ. circa iud. nu-
mero 45.

10 Quinto declaratur, quando con-
ſuetudo extaret in contrarium, gl.in
Auc.de teſt.§.multæ, verſ. apud eun
dem, Vant.de nullit. ex defec.iuriſd.
ordin. nume.111.in fine, forma Vi-
cariatus epiſcoporum, & Archiepi-
ſcoporum N. Dei, & Apoſtolicæ ſe-
dis gratia Archiepiſcopus N.

Cum ex Apoſtoli voce deceat nos
tanquam poſitos a Spiritu ſancto
regere Eccleſiam noſtram ſangui-
ne Ieſu Chriſti acquiſitam, & pro-
pterea quantum in nobis eſt curare,
ut cuncta adimpleantur ex omni par
te, quæ pertinent ad primum ordi-
nem hierarchicum, nec non ad di-
gnitatem noſtram, & iuriſdictioné:
Attendentes neceſſitatem in qua
ſemper cõſtituti ſumus propter mul
tiplices occupationes noſtras, & cu-
ram animarum, quæ nobis ſubiectæ
ſunt. Cui etiam nobis fuit munera
noſtra alijs impartiri, qui moribus
ſcientia, & ætate reperti ſunt pro-
batiſſimi. Iccirco conſiderantes pro-
bitatem, ætatem, atque ſcientiam
Domini N. Iuris vtriuſque Docto-
ris. Reuocantes in primis quem-
cunque Vicarium, & officialem no-
ſtrum





ſtrum hactenus per nos conſtitutum
præfatum N. conſtituimus, & crea-
mus Vicarium noſtrum generalem
in eccleſia Ciuitate, & diœceſi no-
ſtra tam in tẽporalibus quàm in ſpi-
ritualibus, dantes, & concedentes ei
dem plenam, & liberã poteſtatem, &
mandatum ſpeciale eccleſis altaria
oratoria, ac cęmiteria ædificata bene
dicendi, & conſecrandi cęteraque lo
ca, & vaſa veſteſq; diuino cultui de-
putata, & eadem polluta reconciliã-
di epiſcopos ſuffraganeos Abbates,
& Abbatiſſas, ac Moniales benedicé
di, & conſecrandi, Chiſma oleum ca-
thecuminorum, & infirmorum con-
ficiendi die Iouis ſancta pueros, &
puellas baptizatas confirmandi, cle-
ricos ordinandi, vſumque Pontifica-
lium exercendi, & reliqua conficien
di, quæ ordinis ſunt epiſcopalis, vel
prædicta omnia, & ſingula commit-
tendi, vt fiant & exerceãtur per aliũ
epiſcopum. Nec non indulgentias
concedendi in caſibus à iure permiſ
ſis, exhibendi ſacramenta diœceſa-
nis, ad eum recurrentibus confeſſio
nes audiendi, prędicandi publicas, &
ſolemnes pœnitentias iniungendi ſy
nodum diçceſanum celebrandi, Pro
uinciale concilium conuocandi, di-
miſſorias ſiue cõmendatitias ad or-
dines, & ſacramenta concedendi, cle
ricos iudicandi, cauſas matrimonia-
les cognoſcendi, & decidendi Deci-
mam oblationum in caſibus, à iure
expreſſis nec non ſynodaticum vel
cathedraticum, quartam ſuneralium
procurationem, viſitationis ſubſi-
dium charitatiuum, & ius cenſus in
caſibus, à iure permiſſis exigendi, &
reliqua faciendi, & exercendi, quæ
ſunt dignitatis epiſcopalis. Nec non
ſubiectionem ſubditorum noſtro-
rum, & reuerentiam ac iuramenta
ab ipſis recipiendi electos, ſibi ſub-
ditos confirmandi. Nouas parochias
exigendi, erectas collapſas conficiẽ-
di, in matrices eccleſias transferen-
di, eligendi, præſentandi, præſenta-
tos inſtituendi, deſtituendi, benefi-
cia conferendi, penſiones ſuper illis
imponendi, in caſibus à iure præmiſ
ſis, Reſignationes illorum recipien-
di, eadem reſignata conferendi, in-
ueſtiendi, alienandi, diſpenſandi, vo-
ta commutandi, in caſibus nobis per
miſſis, cauſas omnes ad forum epi-
ſcopalem ſpectantes, & pertinentes
cognoſcendi, & decidendi, etiam feu
dales, viſitandi, reformandi, præce-
pta, & edicta faciendi, & conſtitutio-
nes illaſque exequendi, corrigendi,
mulctãdi, excommunicandi, anathe
matizandi, abſoluendi etiam à caſi-
bus quibuſcunque nobis reſeruatis
ſuſpendendi, interdicendi, deponen
di, delinquentes incarcerandi, tor-
quendi, condemnandi, tam ad tem-
pus, quam ad perpetuos carceres
prout ſibi conuenire videbitur,
cauſaſque omnes criminales co-
gnoſcendi, & decidendi, clericos
degradandi, brachium ſæculare in-
uocandi, pœnas mitigandi, gratias
faciendi delinquentibus, prout ſi-
bi videbitur expedire, purgationes
indicendi, pias voluntates exequen-
di, & eaſdem commutandi. Vnum
vel plures Vicarios loco eius cum ea
dem, & ſimili vel minori auctoritate
ſaciendi, creandi, & ſubſtituendi,
& cętera omnia, quæ ſunt epiſco-
palis, & Archiepiſcopalis iuriſdictio
nis, exercendi, & terminandi. Et
omnia alia, & ſingula faciendi, &
committendi, etiam ſi talia eſſent,
quæ mandatum exigerent ſpecia-
le, & maiora, & grauiora expreſ-
ſis, prout ad Vicariatus officium
noſcitur quomodolibet pertine-
re, cuius geſta ſententias, & man-
data rata, & grata habere promitti-
mus; Mandantes quibuſcunque ad
quos ſpectat, ſub pęna excommuni-
cationis, quam ex nunc prout ex

tunc ferimus in his ſcriptis, quatenus ipſum N. tanquam vicarium, & officialem noſtrum recipiant, ſuſcipiant, & admittant ac eidem in his, quæ ad nos, & iuriſdictionem noſtram ordinariam qualitercunque, ſpectant, vel ſpectare poterunt pareant, faueant, & aſſiſtant ac efficaciter obediant, ſicut nobis parere, fauere, aſſiſtere, ac efficaciter obedire tenentur. In quorum teſtimonium has noſtras fieri iuſſimus per Cancellarium, & Notarium noſtrum ſubſcriptione noſtra ac maioris noſtri ſigilli impreſſione roboratas.

Datum Die 2. Nouembris, M. D. LXXXIX.

Fiuis Libri Primi.

TRA-



# TRACTATVS DE VICARIO EPISCOPI, OFFICIO EIVS, ET POTESTATE, ET C.

## LIBER SECVNDVS,

AVCTORE IACOBO SBROZZIO I. V. D. AB VRCEANO.

*SVMMARIVM.*

1 *Dignitas Vicarij coruſcat radijs epiſcopi.*
2 *Paſtorale munus fuit a Chriſto inſtitutum.*
3 *Continet in ſe poteſtatem ordinis & iuriſdictionis.*
4 *Epiſcopus per conſecrationem conſequitur ordinem, & per baculum iuriſdictionem.*
5 *Epiſcopus tantum electus licet non conſecratus, habet iuriſdictionem.*
6 *Epiſcopi iuriſdictio a ſummo Pontifice deriuat ſecundum communem, & nume. 7.*
7 *Chriſtus vnum tantum inſtituit epiſcopum Petrum, a quo alij deinde inſtituti fuerunt.*
8 *Epiſcopi omnis poteſtas verſatur circa tria.*
9 *Merum, & mixtum imperium ſecundum canones comprehendit omnia iura epiſcopalia.*
10 *Epiſcopi habent merum, & mixtum imperium, & iuriſdictionem ſecundum canones.*

## QVAESTIO I.

SVperiore libro de generib. ſpeciebus, & differentijs Vicariorum epiſcopaliũ de quib. illorum electionib. qualitatibus, forma & loco expoſuimus. Videamus modo de officio eorũdem, & poteſtate.
1 Sed quoniam tota dignitas, & auctoritas Vicarij coruſcat radijs dignitatis epiſcopi, ſicut Auguſta radijs Principis, ſecundum Card. in clement. 2. nume. 22. de reſcript. Abb. in c. quoniam, nume. 11. extra de offic. deleg. in primis habẽda eſt præ oculis tota

epiſco-

Epiſcoporum dignitas atque pote-
ſtas,quia per huiuſmodi inſpectionē
facilius auctoritatem & iuriſdictio-
nem vicarij percipiemus.

Sciendum eſt igitur Paſtorale mu
2 nus à Chriſto inſtitutum,quando Pe
trum ſummum Paſtorem conſtituit
cum omnimoda paſcendi & regendi
auctoritate,ex Ioan.20.duas inſimul
3 poteſtates continere, vnam quæ or-
dinis eſt, & confertur epiſcopo, per
conſecrationem,& altera quæ eſt iu-
4 riſdictionis, per baculum ſibi tradi-
tum in conſecratione, vt ex Pontifi-
cali D.Gregorij, & Concilio Aquiſ-
grano ſub Ludouico I. Imperatore
II. reſpondit copioſe Burſat. in ſuo
conſilio 125. edito ſuper ordine epiſ
copatus, & ſacerdot. iuriſdictione,
nume.32.33.cum ſeq.in primo, Co-
uar.2.par.relect.§.9. nume.6. Cucc.
Inſt.iur. cano. de epiſ.nume. 14.15.
16.cum pluribus ſeq. lib.2. Gabriel
conſi.181.nume.21.cum ſeq.volu.2.
Quamuis iuriſdictionis poteſtas cō
petat epiſcopo etiam nondum con-
ſecrato,ſed tantum electo,cap. trāſ-
5 miſſam,de elect.cum cæteris concor
dantibus adductis per Burſat.d.con-
ſil.125.nu.23. & alias diuus Thomas
in 2.& 4. ſent. dixit contra gentiles
totam poteſtatem iuriſdictionis alio
rum prælatorum ex lege communi
deriuare à ſummo Pontifice, & 2.
6 ſecundæ q.39. iuriſdictionem dari
epiſcopo iniunctione Pōtificis, quæ
omnia pro communi opinione ad-
notantur per Tancred.Card.& Abb.
in c.ſignificaſti,de elect. & per alios
Canoniſtas & Theologos quos lon-
ga acie congerit Burſat. d. conſil.
125.nume.51. ſubdens eandem ſen-
tētiam ab obſtinatis ſchiſmaticis per
tinacibuſque hæreticis acerrime va
riis auctoritatibus, & rationibus de-
fendiſſe eleganter pro more Reue-
rendiſſimum Lelium Iordanum epi
ſcopum Acernenſem in ſuo tract.de
maior.cauſ.epiſ.ad Papam defer. c.9.
10. & per totum, & confirmari per il
los qui dicunt Chriſtum vnum tan-
tum inſtituiſſe epiſcopum Petrum,
7 & alios deinde à Petro inſtitutos
quos ordinatè recenſet Burſat. d.cō
ſil.125.nume. 52. & Couar. 2. parte
relect.§.9.ſiue in reg.peccatum. nu-
me.6.de regu.iur. in 6. Verum multi
quos paulo infra referam pleraque
aſcribunt epiſcopi dignitati ſepara-
tim ab ordine, & à iuriſdictione.
Alij etiam dicunt multa eſſe de le-
ge diœceſana diſtincta ab ipſa iu-
riſdictione epiſcopali tanquam ſpe-
cie à ſuo genere,& latè ſcribit Cucc.
Inſtit.iur.cano.titu.de epiſ.atque ita
magis confunduntur quàm diſtin-
guantur loca, & auctoritates quæ
pertinent ad poteſtatem epiſcopi.
Ego inhærendo communi diuiſio-
ni Canoniſtarum concludam to-
tam epiſcopalem poteſtatem verſa-
8 ri circa tria, nempè circa ordinem,
circa dignitatem, & circa iuriſdictio
nem, vt reſpondit Butr. conſil. 19.
Abb. in cap. quanto, nume.2. extra
de conſt.in cap.accedentibus. nu.2.
extra de exceſſ.prælat.Fel.in cap.di-
lectus.nume.8.extra de offic. ord. in
c.auditis.nu.2.extra de præſcr. Hen-
ric.Bott.de ſyno.epiſ.par.1.nu.61. in
fi.Franciſ. Varg. in tracta. de iuriſd.
epiſ.propoſi.4. Quintil. Mandoſ. in
reg.24.cancell.de male promotis. q.
6.nu.5.Paul. Fuſc. tract.de dign. ec-
cleſ.2.par.c.6. & de Viſit. & reg. Ec-
cleſ.lib.2.de reconc. eccle. c.25. nu-
9 me.13. Quæ omnia continentur ſub
mero & mixto imperio ac iuriſdi-
ctione ſecundum canones, quibus
muniti ſunt epiſcopi,cap. ſi quis epiſ
copus.1.q.8.cum gloſ.1. c. de perſo-
na.11.quæſt.1.Specul. de iuriſdictio-
ne omnium iud.nu.28. 29. cum ſeq.
Doct.in cap.cum contingat,extra de
foro compet. Bald. & alij in l. Impe-
rium,vbi Iaſ. nume.18. ff. de iuriſd.
omn.iudic.Abb.in cap.quod ſedem,
nume.4.5.6.7.& ſeq. de offic. ordin.
Old.



Oldr.conſ.318. Duen. reg.251. in fi.
Pau.Fuſc.d.tract. de viſit. & reg. ec-
cleſ.lib.1.rub.de ſtatu epiſ.nu.1.c.25.
Cucc.d.tit.de epiſ.nu....

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinis epiſcopalis, quæ ſint.*

## QVAESTIO II.

QVæro igitur, ſecundum ordinē
quæ ſint ea quæ competant epi
ſcopo ratione ordinis. reſpō
deo epiſcopum ratione ordinis ec-
cleſias,altaria,calices,oratoria,ac cæ
1 miteria ædificare,benedicere, conſe
crare,cæteraque loca,veſtes,campa-
nas,mappas,& vaſa diuino cultui de
putata,& eadem polluta reconcilia-
re Abbates,& Abbatiſſas, & Monia-
les benedicere, & conſecrare, & ſi
Archiepiſcopus eſt ſuffraganeus,
Chriſma, oleum cathecuminorum,
& infirmorū conficere die Iouis ſan
cta,pueros & puellas baptizatas con
firmare, clericos ordinare, pontifi-
calia exercere, & cętera huiuſmo-
di, quæ ordinis ſunt epiſcopalis de
quibus tex. in c. quamuis 68. diſtin.
cap. perlectis 25. diſtinct. c.quod ſi-
cut.§.præterea,cū gl. in ver.ſine pal-
lio,& in c. tranſmiſſam, cum gloſ.in
ver.de dotalibus, & vtrobique Abb.
extra de elect. c.aqua,cum gl.in ver.
iuriſdictionis.vbi Abb.nu.2. ext. de
cōſecr.eccl.vel alt.c.inter corporalia
ext.de trāſl.epiſ.c.vnico.§.frontis,ex
tra de ſacra vnct.Spec.de iuriſd.om.
iud. num.28. Abb. in c.ſuffraganeis,
num.2.extra de elec.in c.quanto,nū
me.3.extra de conſuet.in c.conque-
rēte,nu.2.ext.de off.ord. in c.accedē
tibus, num.2.extra de exceſſ.prælat.
Lancellot. Inſt. iur. cano. de immu-
nit.eccleſ.§.fi.& de elect.§.fin. & de
ſacerd.in infer.gradi.conſt.§.fin.& de
conſtr. eccl.§.conſici autem, cum
gloſ.in ver.ordinis,Bertach.de epiſc.
lib.4. par. 2. titu. de poteſta. epiſco.
circa ſpir. numero 39. alias 148.cum
ſequent. Rebuff.in pract. benefi.tit.
forma Vica. Arch. numero 32.vſque
ad 41. Cephal.conſilio ſecundo, nu-
mero 18.volumine primo, Ioan.Pic
card.conſi.52.nume.110.inter con-
ſil.Menoch. volumine primo, latius
Burſat.qui poſuit etiam arborem ec
cleſiaſticæ poteſtatis,conſi.125. nu-
mero 36.volumine primo,& in libro
Pontifi. quem refert Pauin. in tract.
de offi.& pot.cap. ſede vacan.parte 1.
q.3.nume.1.Quintil.Mandoſ.in reg.
cancel.24. de male promotis, quæſt.
6.numero 5.Caball.ad conſt. Aegid,
lib.3.cap.25.in gloſ. nume.8. Reue-
rendiſſimus Epiſcopus Sarnen. trac.
de viſit.& reg. eccl. c.33. nume. 1.&
2.& alibi ſæpe, Cucc. Inſt.iur. cano.
de conſecr. epiſ. numero 9. 10. cum
ſequenti.& de epiſ. numero 21.cum
ſeq.lib.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo, quæ competant ratione digni-
tatis.*

## QVAESTIO III.

SVcceſſiue quæro, quæ ſint illa
quæ competunt epiſcopo ratione
dignitatis? Reſpondeo epiſcopum ra
1 tione dignitatis habere vſum mitræ,
& Pontificalium, & quandoque ex
priuilegio vſum pallij, paternum ho
norem, & reuerentiam, à Principi-
bus Mundi, concedere indulgen-
tias, & ſacramenta diœceſanis ad
eum recurrentibus, audire confeſ-
ſiones, prædicare, publicas, & ſo-
lemnes iniungere penitentias di-
ſpenſare in quibuſdam, diœceſa-
num ſynodum celebrare, & Archie-
piſcopum, conuocare Concilium
pro-

prouinciale, iudicare clericos, cauſas matrimoniales cognoſcere, dimiſſorias ſiue cõmendatitias ad ordines, & ſacramenta concedere, decimam oblationum in caſibus à iure expreſſis, ſynodaticum, vel cathedraticum, quartã funeralium exigere, nec non procurationem, rationem viſitationis pro modo facultatum eccleſiæ, ſubſidium charitatiuum ex cauſa & ius cenſus & ſimilia, quæ ad dignitatem pertinent epiſcopalem de quibus eſt tex. in c. accedentibus, vbi Abb. nu 2. extra de exceſ. prælat. c. vt apoſtolicæ, cum not. ibi per Doc. de priuil. in 6. c. conquerente, vbi late Abb. nu. 2. extra de offi. ord. c. cum olim vbi etiam Abb. & alij, extra de cenſ. c. dilectus, vbi etiam Abb. extra de off. ord. Doct. in c. at ſi clerici, §. fi. vbi Dec. num. 20. extra de iud. Specti. de lapſ. & diſpenſ. §. nunc de epiſcoporum Lancellot. Inſt. iur. cano. de elec. §. pen. & fi. Bal. conſ. 478. nu. 1. in 4. Silueſt. ſum. in ver. epiſcopus, num. 9. Bertach. de epiſ. tit. de auctorita. epiſ. circa ſpir. nu. 39. Duen. reg. 89. 90. & 91. Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 178. & 179. Burſat. conſ. 125. nu. 30. vol. 1. & in arbore poteſtatis eccleſiaſticæ, ibi per eum ſituato, Cucc. Inſt. iur. cano. de Vic. epiſ. nu. 51. 62. cum ſequent. lib. 2. & de epiſ. nu. 30. vſque ad 70. & per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio epiſcopalis, quæ contineat.*

## QVAESTIO IIII.

PRout etiam quero, quæ ſint ea, quæ competunt epiſcopo ratione iuriſdictionis. Reſpondeo epiſcopum ratione iuriſdictionis habere ſubiectionem ſubditorum, recipere ab illis iuramentum, electos ſibi ſubditos confirmare, nouas erigere parochias, & eccleſias etiam collegiatas, erectas, collapſas ratificare, ac reſtaurare, in matrices eccleſias ex cauſa transferre, eligere, præſentare, præſentatos inſtituere, deſtituere, beneficia vnire, conferre, eorum reſignationes recipere, eadem reſignata cõferre, alienare, inueſtire, cauſas omnes ad forum epiſcopale ſpectantes cognoſcere, & iudicare, viſitare, reformare, ordinare, facere edicta, conſtitutiones, & præcepta, exeq. reuocare, carcerare, torquere, cõdenare, delinquentes et ad perpetuos carceres, corrigere, mulctare, excommunicare, abſoluere, ſuſpendere, interdicere, deponere, degradare, degradatos Curiæ ſæculari tradere, brachium ſæculare inuocare, mitigare penas, indicere iuramentum purgationis, indulgere delinquentibus, & gratiam facere in caſibus à iure permiſſis, pias exequi voluntates, & reliqua ſimilia, quæ ſunt epiſcopalis iuriſdictionis, de quibus tex. in d. cõquerente, & ibi latè Abb. nu. 2. cum ſeq. extra de offi. ord. in c. cum ab eccleſiarum, vbi gloſ. in ver. eccleſia ſententia, & Abb. extra eodem, glo. in c. transmiſſa, in ver. de dotalibus, & ibidem Abb. extra de elect. & in c. aqua, in ver. iuriſdictionis, de conſecra. eccle. vel alta. & in c. quod ſedem nume. 5. cum ſequen. extra de offic. ord. Docto. in c. at ſi clerici, §. fin. vbi Fel. & Phil. Simonẽ in apoſt. num. 13. Dec. num. 20. cum ſeq. extra de iud. Specul. de iuriſd. om. iud. num. 28. Paris. conſ. 34. in 4. & conſ. 22. eod. vol. poſt Bal. conſ. 478. nu. 1. in 4. Bertach. de epiſ. lib. 4. parte 1. tit. de vita epiſ. num. 12. & à parte 2. vſque ad ſextam late. formul. Rom. fol. 247. ſuper forma Vicariatus generalis epiſcopi, latius Burſat. conſi. 125. à num. 25. vſque ad 36. vol. 1. & melius in arbore ibi poſito de eccleſiaſtica poteſtate Franc. Targ. tract. de iuriſd. epiſ. propoſitione 4. Reuerendiſſimus Dominus Fuſcus Epiſcopus Sarnenſis tracta. de viſit. & reg. eccl. c. 33. num. 1. & 2. & alibi ſepe Cucc. Inſt. iur. cano. de Vic. epiſ. num. 62. 63. 64. cum alijs ſequen. & de epiſ. nume. 26. 27. 37. vbi docet etiam regulam cognoſcendi ea, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis, ex Bal. l. ſi quis. §. in omnibus, columna prima. C. de epiſco. & cler.



*SVMMARIVM.*

1 *Inferior ab epiſcopo non poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis.*

2 *Vicarius epiſcopi non poteſt, exercere ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis.*

*Declaratur, nu. 4.*

*Ampliatur declaratio numero 6. cum ſequen.*

*Subdeclaratur, nu. 8.*

*Contra, num. 9.*

3 *Ordinis epiſcopalis poteſtas non dependet à nuda voluntate ſuperioris, ſed conſiſtit in certa forma tradita per eccleſiam.*

4 *Summus Pontifex mandare poteſt Vicario epiſcopi, ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis.*

5 *Nicolaus Biliżicus I. V. D. Vrceanenſis auctoris conterraneus, & auunculus reconciliauit, & rebenedixit Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Caſtro Plano pollutam ex homicidio.*

6 *Papa committere poteſt ſimplici clerico, quæ ſunt ordinis epiſcopalis.*

*Declaratur, nu. 7. cum ſeq.*

8 *Papa nõ poteſt committere ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis ex diſpoſitione diuina, non habentib. illos ordines ſecundum Theologos.*

*At contra ſecundum canoniſtas, numera 9.*

10 *Epiſcopus poteſt Committere Vicario, qui epiſcopus eſt, ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis.*

11 *Ordinis epiſcopalis poteſtas delegari poteſt.*

12 *Epiſcopus poteſt committere Vicario ſuo, quæ alijs non poſſunt committi.*

## QVAESTIO V.

RVrſus quæro ſecundum ordi-
nem ſuprapoſitum, an epiſco-
pus committere poſſit, eius Vicario
1 exequenda, ea quæ ſunt ordinis epi
ſcopalis? Reſpondeo, quod non, nam
ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, non
poſſunt exerceri niſi per epiſcopos,
nec alteri inferiori demãdari, l. qua-
uis, 68. diſtinct. c. aqua, vbi Abb. nu.
2. extra de conſecr. eccle. vel altar. in
c. quanto, num. 2. extra de conſuet. &
in c. accedentibus, nume. 2. extra de
exceſſ. Prælat. Silueſtr. ſumma, in ver.
epiſcopus, nume. 1. Balb. de præſcri.
par. 1. 5. par. prin. q. 11. nu. 9. Lancel-
lot. Inſt. iur. cano. de eccle. conſtr. §.
confici autem cum gl. in ver. ordinis
Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 20. nu. 3.
Concil. Triden. cap. 4. ſeſſ. 23. de ſa-
cram. ord. & ibi Horat. Luc. in apoſt.
Burſat. conſ. 125. nu. 41. verſ. Cypria-
2 nus, vol. 1. Et quod vicarius epiſcopi
exercere non poſſit ea quæ ſunt or-
dinis epiſcopalis, firmat Claud. Sey-
ſel. in rub. nu. 13. ff. de offic. eius, Re-
buff. in prac. benefi. titu. de deuolut.
nu. 66. & de vic. epiſ. num. 170. quem
refert, & ſequitur Paul. Fuſc. in trac.
viſit. & reg. eccleſ. c. 25. num. 3. lib. 2.
Ea ratione, quia poteſtas exercendi
ea quæ ſunt ordinis non dependet
ex nuda voluntate ſuperioris, ſed cõ
3 ſiſtit in certa forma tradita per ec-
cleſiam, ſecundum gl. in d. c. aqua, in
ver. iuriſdictionis, & ibi Abb. num. 7.
circa medium. Et ideo ſacroſancta
Tridentina Synodus ſub anathema-
tis interminatione ſtatuit in d. c. 4.
& can. 7. ſeſſ. 23. contra eos qui vel-
lent confundere eccleſiaſticam hie-
rarchiam, vt caſtrorum acies ordina
tam, epiſcopos qui in locum Apoſto
lorum ſucceſſerunt, nõ autem alios
ordi-

ordinis inferioris poſſe conferre ſa-
cramentum confirmationis, ordina-
re eccleſiæ miniſtros, & alia facere,
quæ pertinent ad hunc ordinem hie-
rarchicum, quod latiore folio com-
probauit Burſat. in conſilio 125. edi-
to ſuper ordine epiſcopatus, & ſa-
cerdotij iuriſdictione, numero 23.
29. cum ſequentibus, volumine
primo.
4 Declaratur, quando ea, quæ ſunt
ordinis epiſcopalis commiſſa forent
Vicario ab epiſcopo, ſecus ſi a ſum-
mo Pontifice, vel ab epiſcopo ſedis
tamen Apoſtolicę indultu, quia tunc
Vicarius poſſet ea exercere, Abb. in
dicto cap. aqua, nume. 7. & in dicto c.
quanto, nume. 7. cum ſequen. extra
de conſ. Diuus Thom. in 4. diſtin. 25.
q. art. 1. Rebuff. in prac. benef. tit. for-
ma Vicar. Archid. nume. 169. dicens
conſuluiſſe cuidam Vicario, quod ab
ſente epiſcopo impetraret a Papa fa-
cultatem benedicendi quęcunq; or
namenta eccleſiaſtica, citra tamē cor
poralia, calices, & patenas Veſtr. in
pract. lib. 2. cap. 16. num. 5. firmat Sey
ſel. in dicta rub. nume. 13. ff. de offic.
eius, & ex facto cum de anno 1563.
polluta fuiſſet eccleſia Sanctæ Mariæ
de Caſtro Plani membrum epiſcopa
tus Aeſini, ſanguine cuiuſdam Frāci
ſci Nigę de Maſſatio, qui die Annun
ciationis glorioſiſſimæ Virginis Ma-
riæ fuit a quibuſdam ſuis maleuolis
interfectus in dicta eccleſia dū miſſa
celebraretur, Reuerendus Dominus
5 Nicolaus Biluzicus, I. V. D. conter-
raneus, & auunculus meus tūc Vica
rius generalis epiſcopatus Aeſini ac
ceſſit perſonaliter ad eccleſiam præ-
dictam mandato Pij Quarti ſummi
Pontificis, & illam reconciliauit, re-
benedixit, & omnia, & ſingula ponti
ficalia in huiuſmodi actu fieri, &
exerceri ſolita fecit, & Apoſtolica au
ctoritate curauit, cuius anima per in
finita ſæculorum ſæcula quieſcat in
pace.

6 Ampliatur huiuſmodi declaratio
etiam ſi Vicarius cui a ſummo Pon-
tifice mandantur ea, quæ ſunt ordi-
nis epiſcopalis, eſſet ſimplex cleri-
cus, Abb. in d. c. quāto, nu. 7. & 8. poſt
Innoc. ibi.
7 Intelligitur hæc ampliatio vera,
quando Vicarius haberet illum ordi
nem, & ſacramentum, quod alij vult
conferre. glo. Innoc. & Abbas in di-
cto cap. quanto, numero ſeptimo, &
octauo, poſt glo. in cap. peruenit, di-
ſtin. 95.
8 Secundo prædicta declaratio ſub-
declaratur, ut Papa mandare poſſit
Vicario ea, quæ ſunt ordinis epiſco-
palis ex diſpoſitione humana: ſecus ſi
ex diſpoſitione diuina ſunt certo or
dini tributa, quia non poſſunt com-
mitti illum ordinem non habenti
etiam per Papam. glo. in dicto capit.
peruenit, 95. diſtin. quam pro regula
poſuit Abb. in dicto cap. aqua, in fine
de conſecrat. eccleſ. vel alta. Et ideo
Diuus Thom. in dicta 4. diſtinc. q. 25.
articulo primo, tenet contra Cano-
niſtas, quod Papa committere non
poſſit ſimplici ſacerdoti ordines ſa-
cros, quem ſequitur Syluest. ſumma
in ver. ordo, el tertio, numero ſepti-
mo, Dicens opinionem Diui Tho-
mæ ſeruari in practica ea ratione,
quia Papa, qui habet plenitudinem
poteſtatis committere poteſt non
epiſcopo, pertinentia ad epiſcopa-
lem dignitatem, modo illa non ha-
beant immediatam relationem ad
verum Corpus Chriſti, ideoque ſe-
cundum Thomam poterit ſacerdos
Apoſtolica auctoritate conferre or-
dines minores, & confirmare, nō au-
tem ordines maiores, qui habent im
mediatā relationem ad corpus Chri
ſti, ſed huic rationi reſpondit Abb.
9 in d. c. quanto, nume. 9. Dicens hanc
collationem ſacrorum ordinum ſa-
cerdoti delegari poſſe indiſtincte, &
quod licet de ſacramento Euchari-
ſtiæ ſit diſpoſitum inſtitutione do-
minica



minica, qui habeant illud miniſtra-
re, hoc tamen non eſt diſpoſitum in
collatione ordinum. Nam olim preſ
byteri in communi regebant eccle-
ſiam, & ſacerdotes ordinabant. Vn-
de ſicut olim poterant, ita videtur
quod Papa poſſit hoc concedere ſa-
cerdoti maximè delegando, cum ni-
hil exerceat delegatus nomine pro-
prio, l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic.
eius, c ſane, de off. deleg.
10 Secundo principaliter declaratur
quando epiſcopus mandat, quæ ſunt
ordinis epiſcopalis Vicario ſimpli-
ci, qui non eſt epiſcopus. ſecus ſi Vi-
carius eſſet epiſcopus, Anchara. in
c. fina. columna fina. ad fin. Gemin.
numero 8 Franc. columna ſecunda,
verſicu. ſed quæritur primo, de offic.
Vic. lib. 6 Bertach. tract. de epiſ. par.
3. q. 61. Rebuff. in pract. benefi. titu.
forma Vic Arch. numero 35. vbi re-
fert Vicarium, qui epiſcopus eſt epi-
ſcopos conſecrare, & numero 36.
Abbates Abbatiſſas, & Moniales be-
nedicere, & numero 37. pueros, &
puellas confirmare, & num. 40. chriſ
ma conficere, & oleum cathecumi-
norum, & infirmorum die Iouis ſan
cta, & numero 45. ordines ſacros ce-
lebrare, & conferre, & num. 168. ec-
cleſias, capellas, & oratoria, ac cęmi-
teria polluta reconciliare, & nume.
170. conſecrare eccleſias, de nouo ę-
dificatas, & ædificandas, firmat Co-
uar. dicto cap. 20. numero 3. Cucc.
Inſt. iur. cano. de Vic. epiſc. numero
119. 20. cum ſequent. vbi etiam ſub-
dit Vicarium, qui epiſcopus eſt, ve-
ſtes poſſe benedicere ex mandato
ſpeciali. Nam ea quæ ſunt ordinis
epiſcopalis delegari poſſunt, c. aqua,
11 de conſecrat. eccleſ. vel alt. Hoſtien.
quem alij ſequuntur, in c. quod ſe-
dem, de offic. ord. Specul. de iuriſd.
omn. iud. nume. 28. in fi. Abb. in c. his
quæ, num. 3. extra de maior. & obed.
Bertach. de epiſc. titu. de vita epiſc.
numero 12. in fine, poſt gloſ. in dicto
cap. peruenit, Burſat. conſilio 110. nu
mero 12. in primo, latè comprobat
Couar. dicto cap. 20. numero tertio,
dicens hanc ſententiam eſſe fre-
quentiori calculo receptam. Ideo a
fortiori poterunt Vicario committi,
12 cui alia etiam committuntur, quæ
alijs delegari non poſſunt, Felyn. in
dicto cap. quod ſedem, numero 2.
ad finem, extra de offic. ord. Couar.
dicto cap. 20. numero tertio, Hippo.
Riminal. in l. 1. numero 89. poſt
Alexan. in loco ibi citato, ff. de offic.
eius.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus Vicarius alterius epiſcopi ex*
*ſola generali commiſſione Vicaria-*
*tus, non poteſt exercere ea quæ ſunt*
*ordinis epiſcopalis, ſed requiritur ſpe*
*ciale mandatum.*
2 *Maiora non comprehenduntur in gene-*
*rali mandato vicarij.*
3 *Maiora dicuntur ea quæ ſunt ordinis*
*epiſcopalis.*

## QVAESTIO VI.

VBi autem Vicarius eſſet epiſco
pus, aut aliter in caſibus ſupra
poſitis non prohiberetur exercere
ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis,
nunquam tamen ex generali tan-
tum commiſſione Vicariatus poſ-
1 ſet illa exercere niſi ſpecialiter ſibi
committerentur, ſecundum Cal-
der. conſilio tertio, de offic. Vic. Re-
buff. in pract. benef. titu. forma Vic.
Arch. numero 31. cum pluribus ſe-
quent. & numero 171. Bero. conſilio
83. nume. 21. volumine primo, Pau.
Fuſc. tract. viſit. & reg. eccl. c. 25. nu-
me. 13. lib. 2. Cucc. Inſt. iur. cano.
2 de Vic. epiſ. num. 119. Nam in genera
li mandato Vicarij non veniunt illa
quæ ſunt de maiorib. c. pen. & fi. vbi
Doc. de off. Vic. in 6. c. quod transla-

tionem,de offi. deleg. Card.in cle.1.
nu.19.de offi. Vic. Prout ſunt de ma-
ioribus, ea quæ ſunt ordinis epiſco-
palis,& mandatum exigunt ſpeciale,
cap. nemo, de conſecrat. diſtinct. 1.
ſcribit late Couar.lib.3. var.reſol. c.
20. num.3.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pontificalis dignitatis ornamenta, quæ ſint.*
2 *Competunt epiſcopo ratione dignitatis.*
3 *Epiſcopus non poteſt concedere Prælato inferiori vſum Pontificalium.*
*Declaratur,nu.4.& 5.cum ſeq.*
*Subdeclaratur,nu.9.*
7 *Epiſcopus in aliena diœceſi poteſt exercere Pontificalia de licentia epiſcopi ordinarij*
8 *Vicario epiſcopi multa committi poſſunt quæ alijs non poſſunt.*
9 *Pallij Archiepiſcopi vſus tanquam perſonalis alteri concedi non poteſt.*

# QVAESTIO VII.

ET quoniam mitra, baculus pa-
ſtoralis, anulus, compagus, dal-
1 matica,& chirotheca ſunt ornaměta,
& inſignia pontificalis dignitatis, ſe-
cundum gl. in c. vt apoſtolicæ, & ibi
Doct. de priuil. in ſexto, & compe-
2 tunt epiſcopo ratione ſuæ dignita-
tis,dicto cap.vt apoſtolicæ, & ibi Do
ctores, Abbas in cap. accedentibus,
nume.2. extra de exceſſ. prælat. cum
adductis late per Caſſan. in catal.de
glor.mun.par.1.concluſ.2. poſt Du-
rand in Ration.diuin.off.lib.3.de mi
tra,Barſat. in conſ.125. in arbore ec-
cleſ.poteſt.vol.1.Cucc.Inſt.iur. can.
de epiſ.nu.377.cum ſeq.
Quæro in propoſito,an epiſcopus
committere poſſit eius Vicario vſū
illorum Pontificalium. Reſpondeo
3 quod non. Quia ſolus Pontifex con
cedere poteſt inferiori Prælato vſū
dictorum ornamentorum, non autē
epiſcopus,d.c.accedentibus, num.2.
Silueſt in ſum.in ver.epiſcopus, nu.
4 9.in prin. Et quamuis vſus Pontifica
lium tanquam dignitatis epiſcopalis
Vicario committi poſſit ab epiſcopo
vt probatur in dicto cap.accedenti-
bus,vbi Abb.num.2. & alij poſt eum:
Vſus tamen mitræ, & prædictorum
Pontificalium, quæ ſunt inſignia, &
5 ornamenta dignitatis epiſcopalis, ſe
cundum gl.& Doct.in d.c. vt apoſto-
licæ, concedi non poteſt inferiori ab
epiſcopo niſi per ſummum Pontifi-
cem, ſecundum Abb.& Silueſt.in lo-
cis adductis.
6 Declaratur,niſi Vicarius eſſet epi
ſcopus, quia tunc de licentia epiſco-
pi exercere poſſet vſum prædictorū
Pōtificalium. Nam ſi epiſcopus etiā
titularis in aliena diœceſi poteſt exer
cere Pontificalia, de licentia epiſco-
7 pi ordinarij, c.5.ſeſſ.6. & c.2.ſeſſ.14.
apud Concilium Tridentinum, in
decreto de reformat, à fortiori pote
rit illa exercere Vicarius, qui epiſco
pus eſt,cui multa poſſunt committi,
quæ alij non poſſunt,Fel. in c. quod
ſedem,num.2.ad finem, extra de of-
8 fic. ord. Couar.lib.3. var. reſol. cap.
20.nu.3. & in terminis firmat Cucc.
Inſt.iur.can.de Vic.epiſc.nu.119.li.2.
Subdeclaratur, vt non procedat in
9 vſu pallij Archiepiſcopi, quod tāquā
perſonale alteri concedi non poteſt,
c.2.& c.ex tuarū,de auct. & vſu pal.
Specul.de iuriſd.omn.iud.nume.28.
Abb.in c.quod ſedem, num.4. extra
de off.ord.Bertach.tract. de epiſ.lib.
1.par.4.nu.12.in fine.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus benedicit Abbates Abbatiſſas & moniales, & dat eiſdem velum conſecrationis.*
2 *Vicarius,qui non eſt epiſcopus, non poteſt benedicere Abbates, Abbatiſſas, & moniales,nec illis dare velum conſecrationis.*

*Bene-*



3 *Benedictio, & conſecratio Virginum eſt ordinis epiſcopalis.*
4 *Nec poſſunt non habenti illum ordinem delegari.*

# QVAESTIO VIII.

DIxi etiam ſupra, quod Epiſco-
pus benedicit Abbates, Abba-
tiſſas, & Moniales, & dat illis velum
conſecrationis, c.1. vbi Abb. & alij,
1 extra de ſuppl.negl.præl. c.1.vbi In-
noc.Abb.& etiam alij Canoniſtæ, ex
tra de temp.ord.& idem Abbas in c.
quanto,nu.3. extra de conſuet.gl.in
§.confici,in ver.ordinis,Inſt.iur.ca-
no.Lancellot.de eccleſ.conſtr. Ideo
Quæro in propoſito,an prædicta per
ficere poſſit vicarius epiſcopi. & poſ
ſe conſulto epiſcopo, & quando Vi-
carius eſſet ſacerdos, probat tex. in
can.2. & 3.cum gl.26.q.6.
2 At contra, niſi Vicarius ſit epiſco
pus & habeat ad huiuſmodi, ſpecia-
le mandatum, ſecundum Rebuf. in
prac.benef.tit,forma Vic. Arch. nu.
36.& probat gl.in d.§.confici,dicens
benedictionem, & conſecrationem
3 virginum eſſe ordinis epiſcopalis, &
non poſſe delegari non habenti illū
4 ordinem, firmant Inno. & Abb.in d.
c.1.numero primo, & in dicto cap.
quanto,nume.3.Lancellot.in §.fina.
Inſt.iur.cano.de immu.eccl.& §.fin.
de confirm.elect. Cucc. Inſt. iur.ca-
no.de Vica.epiſc. numero 119. cum
ſequent.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confirmationis ſacramentum ſolus epiſcopus conferre debet omnibus baptizatis.*
2 *Vicarius qui non eſt epiſcopus non poteſt ſacramentum confirmationis conferre.*
3 *Epiſcopus dicitur ſummus ſacerdos.*

# QVAESTIO IX.

SIcut etiam certum eſt, quod om-
nibus baptizatis conferri debet
ab epiſcopis ſacramentum confirma
1 tionis, præſertim cum attigerūt duo
decimum annum, c. vt ieiunij, cum
ſeq.& c.ſpiritusſanctus, c.de his, cum
ſeq.& c.vt epiſcopo, de conſecra.diſt.
5.c. 1. §. per frontis, extra de ſacra
vnct.c.quanto,extra de conſuet.Cō
cil.Trid.in can.3.ſeſſ.7.de confirma.
Propterea quæro, an huiuſmodi
2 ſacramentum conferre poſſit Vica-
rius epiſcopi. Et non poſſe niſi quan
do Vicarius eſſet epiſcopus, & habe
ret mandatum ſpeciale, probat text.
in d.§. per frontis, & in d.c.quanto.
Vbi habetur ſacramentum cōfirma-
tionis conferri non poſſe niſi à ſum-
3 mo ſacerdote, hoc eſt epiſcopo, fir-
mat Lancellot. in §. igitur, Inſt. iur.
cano.de ſacram.chriſm.& ad termi-
nos huius quæſtionis, Rebuf.in prac.
benef.tit.forma Vic.Arch. num.39.
Cucc.Inſt.iur.can. de Vic.epiſ.num.
119.cum ſeq.

*S V M M A R I V M.*

1 *Archiepiſcopus intra tres menſes, à die confirmationis computandos tenetur conſecrare epiſcopos ſuffraganeos.*
2 *Vicarius qui non eſt epiſcopus ſuffraganeos ſui Archiepiſcopi conſecrare nō poteſt.*
3 *Vicarius epiſcopus ſine ſpeciali mandato Archiepiſcopi, non poteſt conſecrare ſuffraganeos.*
4 *Conſecratio epiſcoporum eſt ordinis epiſcopalis.*
5 *Ordinis epiſcopalis, quæ ſunt committi non poſſunt Vicario, qui non eſt epiſcopus.*
6 *Vicarius epiſcopus ſine ſpeciali mandato epiſcopi, non poteſt exercere Pontificalia. Declaratur, nu.12.*
7 *Reconciliationes eccleſiarum quarumcunq; ſunt ordinis epiſcopalis.*

F 2 *Be-*

8 *Benedictio calicis, & patenæ eſt ordinis*
*epiſcopalis.*
9 *Conſecrationes eccleſiarum ſunt ordinis*
*rpiſcopalis .item*
*Chriſmatis confectio & olei cathecumino*
*rum & infirmorum .&*
10 *Ordinum ſacrorum collatio.*
11 *Menochij locus de arb. iud. lib. 2. caſu*
*222.nu.9.damnatur.*

## QVAESTIO X .

QVid etiam dicendum eſt de con
ſecratione epiſcoporum ſuffra-
ganeorum, quos Archiepiſco-
1 pus conſecrare debet infra tres men
ſes a die confirmationis computan-
dos? c. 1. & per totum, diſt. 100. c cum
in cunctis. §. cum vero, vbi gl. & Abb.
num. 5. extra de elect. c. quod ſicut. §.
præterea, vbi Doct. extra eo. & fere
per totam diſt. 65. capi. 1. & 2. 11. q. 3.
Abb. in c. quod ſedem, nu. 1. extra de
off. ord. & in c. 1. de ſacra vnct. Lancel-
lott. Inſt. iur. can. de conſecr. in prin.
& per totum, Concil. Trid. in cap. 9.
ſeſſ. 7. in decreto de reform.
Nunquid ergo huiuſmodi conſe-
cratio perfici poſſit ab eiuſdem Ar-
chiepiſcopi Vicario? & Reſpondeo ſi
2 mili modo quod non niſi iſte Vica-
rius eſſet epiſcopus & mandatum ha-
beret ſpeciale exercendi pontifica-
lia, vt probatur in c. epiſcopi 80. diſt. c.
aqua, vbi Abb nu. 2. extra de conſecr.
eccleſ. vel altar. c. quoad ſedē. nu. 1. de
off. ord. glo. in c. quod ſicut. § præte-
rea. in verſi. ſine pallio. vbi Canoniſtæ
extra de elect. Lancellot. Inſt. iur. ca-
no de conſecrat. §. quod ſi Metropoli
tanus, cum glo. in ver. demandare &
in §. conſici cum glo. in verſi. ordinis
Inſt. de conſtr. ecc. Et etiam quia con
3 ſecratio epiſcoporum eſt ordo ſecun
dum communem opinionem Cano-
niſtarum de qua Abb. in dicto. §. cum
vero nume. 2. & ea quæ ſunt ordinis
epiſcopalis Vicario qui non eſt epi-
ſcopus committi non poſſunt. c. quam
uis. diſt. 68. dicto. c. aqua. vbi Abb. nu-
me. 2. de conſecr. ecc. vel alt. in c. quā
to, extra de conſue. Concil. Trid. can.
3. & 11. ſeſſ. 7. & capitu. 4. ſeſſ. 23. de
5 ſacramento ordinis. & in ſpecie Vi-
carij epiſcopalis firmant Ancar. in c.
ſi. col. 1. ad finem, Gemin. nu. 8. Franc.
col. 2. verſi. ſed quæritur primo, de of
ſi. Vic. in 6. Vbi etiam volunt quod
6 Vicarius epiſcopus debeat habere
plenum mandatum exercendi pōti-
ficalia cum clauſula, & ad omnia quę
facere poſſet conſtituens etiam ſi
mandatum exigant ſpeciale, & quod
poterit tunc exercere pontificalia
etiam ſi Archiepiſcopus exiſtat in re
motis Cucc. Inſt. iur. cano. de Vica.
epiſc. nu. 120.
Et ſimili etiā modo, niſi Vicarius
7 epiſcopus ſit & habeat ſpeciale mā-
datum non poterit reconciliare, cap
pellas, oratoria, cęmiteria, & quaſcū
que eccleſias pollutas, cum hæc ſint
ordinis epiſcopalis, d. c. aqua, vbi gl.
Abb. & alij extra de conſecr. ecc. vel
8 alt. Prout etiam nec benedicere ca-
licem, & patenas, & quæcunque or-
namenta eccleſiaſtica, citra tamen
corporalia, Card. in clem. 2. §. ſtatui
mus, de ſtatu monacho. c. quamuis.
68. diſtin. Pauin. tract. de off. & pot.
cap. ſede vacan. par. 1. q. 3. numero 1.
Rebuff. in pract. beneſi. tit. forma Vi
ca. Archi epiſc. nu. 168. cum ſequen.
Nec eccleſias ædificatas, & ædifican
das conſecrare, dicto cap. aqua, cum
gloſ. in ver. iuriſdictionis: vbi Abb.
nume. 2. dicto cap. quamuis, 68. di-
ſtinct. Pauin. d. q. 3. nu. 1. Rebuf. in lo
co præcitato, nu. 178. Et minus con-
ficere chriſma, oleum cathecumino-
rum, & infirmorū, d. c. q̄uis, & c. vni-
co, extra de ſacra unct. Durand. in ra
tiona. diu. off. lib. 1. de vnct. & libro 6.
de quinta feria, & in libro pontifica-
li, Pauin. & Rebuf. in locis iam ad-
ductis, Burſat. conſi. 125. in arbore
poteſtatis eccleſiaſticæ, lib. 1. Sicut
nec etiam ordines ſacros conferre

c. ſi.



c. ſi. 15. q. 8. Abb. in c. tranſmiſſa, nu-
me. 3. poſt gloſ. ibi, in ver. de dotali-
bus, extra de elect. Lancellot. Inſt.
iur. can. §. ſi. de confirm. elect. & §. ſi.
de ſacerd. infer. grad. conſt. & §. pen.
& ſi. de immun. eccleſ. Concil. Tri-
denti. capitu. 4. ſeſſ. 23. de ſacra-
men. ordi.
Et ex his vereor, ne decipiatur
Menoch. I. C. plurium operum ſplen
dore conſpicuus atque admirabilis,
ſic nuncupatus atque laudatus à Io.
Bapt. Lupo in commēt. l. curabit, pri
mo, §. 6. nu. 118. C. de act. emp. Nam
in tract. de arb. iud. lib. 2. caſu 222.
11 nu. 9. inquit, quod Vicarius epiſcopi
ordines conferre poteſt epiſcopo
agente in remotis adducens tex. in
c. cum nullus, de tempo. ord. li. 6. qui
loquitur de licentia ordinandi præ-
ſtanda à Vicario, epiſcopo agente in
remotis, de qua licentia dicam, infra
q. 41. non autem de collatione ordi-
num, quia huiuſmodi collatio eſt or
dinis epiſcopalis, vt ſuperius dictum
fuit. At licentia ordinandi eſt digni-
tatis, & ideo pōt à Vicario concedi
epiſcopo agente in remotis, vt la-
tius ſcribam, infra dicta quæſt. 41.
vbi vide.
12 Declarantur præmiſſa eiſdem il-
lis modis, quibus declarata fuit con-
cluſio poſita, q. 5. vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Rectores eccleſiarū immediate ſubiecti*
*epiſcopo, ad eundem recurrere debēt*
*pro omnibus ſacramentis.*
2 *Vicarius epiſcopi, an poſsit exhibere ſa-*
*cramenta Rectoribus eccleſiarum ad*
*epiſcopum recurrentibus, & quando.*
*num. 3.*

## QVAESTIO XI.

CLerici etiam Præſidentes eccle
ſijs parochialibus, Rectores ec-
1 cleſiarum, qui immediate epiſcopo
ſubſunt debent ad eundem recurre-
re pro oībus ſacramentis, ſecundum
Abb. in c. conquerente, col. 2. nu. 3.
poſt Hoſt. ibi relatum, extra de offic.
ord. Ideo quæro, an & illa exhibere
poſſit Vicarius epiſcopi. Cenſeo pro
intellectu reſponſionis aduerten-
dum, alia eſſe ſacramenta ordinis
epiſcopalis, & alia presbyteralis, vt
ſcribit Abb. in dicto cap. conqueren
te, col. 2. nu. 3. Vnde ſacramenta or-
2 dinis epiſcopalis Vicarius, qui non
eſt epiſcopus, & non habet manda-
tum ſpeciale exhibere non poterit,
vt late ſcripſi ſuper, q. 5. 6. cum alijs
ſequen. ſacramenta vero fori pęni-
tentialis ita demum poterit exhibe-
re, ſi ſit ſacerdos, & mandatum ha-
beat ſpeciale, vt per Abb. poſt Inno-
cen. in c. cum ſatis, in princip. & nu-
me. 2. extra de offic. Archid. Concil.
Tridenti. cano. 10. ſeſſ. 14. de ſacra-
mento pęnitentiæ, Rebuff. in pract.
beneſ. titu. forma Vic. Archi. nume-
ro 46. & 171.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus dare poteſt eius Vicario ſpe-*
*cialem auctoritatem committendi*
*alicui epiſcopo ea quę ſunt ordinis*
*epiſcopalis.*
*Ampliatur, nu. 2.*
*Declaratur, nu. 3. cum ſeq.*
*Subdeclaratur, nu. 6.*
2 *Vicarius capituli ſede vacante poteſt*
*conuocare epiſcopum vicinum qui or*
*dines conferat.*
3 *Vicarius epiſcopi habens auctoritatem*
*conuocandi epiſcopum vicinum, vt*
*exerceat ordines epiſcopales proteſta-*
*ri debet, quod per hoc nihil iuris illi*
*epiſcopo acquiratur.*
7 *Epiſcopus non poteſt aliter conferre or-*
*dines ſacros clericis, non ſubditis,*
*quàm eorum ſuperiore ex ęgritudine*
*impedito.*

## QVAESTIO XII.

SEd an epiſcopus dare poſſit eius
Vicario ſpecialem auctoritatem
1 committendi alicui epiſcopo, ea quę
ſunt ordinis epiſcopalis. Et poſſe
tradit Abb. in c. in his quæ, & in cap.
cum olim, extra de maior. & obed.
Bertach. de epiſ. par. 3. quæſt. 61. Re-
buff. in pract. benef. tit. forma Vica.
Arch. num. 35. & 171. Cucc. Inſt. iur.
cano. de Vic. epiſ. nu. 121.

2 Ampliatur, idem in Vicario capi-
tuli ſede vacante, Paui. de pot. cap. ſe
de vac. par. 1. q. 3. nu. 3. cum ſeq. Re-
buf. in pract. benef. titu. de deuolut.
num. 66. vbi inquit quod poterit con
uocare epiſcopum vicinum, qui ordi
nes conferat.

3 Declaratur, huiuſmodi commiſ-
ſionem fieri debere cum proteſta-
tione, quòd per hoc nihil iuris illi
epiſcopo acquiratur, vt docet Abb.
in d. c. his quæ, nu. 3. Pauin. d. q. 3. Re-
buff. dicto titu. de deuolut. num. 66.
vbi docet cautelam, quòd epiſcopus
conuocatus cautionem præſtet ex
hoc nihil iuris ſibi acquirere, nec
poſſeſſionem.

4 Secundo declaratur, quando epi-
ſcopus eſſet impeditus, c. quod ſedē,
in fi. vbi Alcia. firmat, ext. de off. ord.

5 Sed contrarium nempe, quod poſ
ſint committi pro libito voluntatis
tenet Hoſt. & alij, in d. c. quod ſedem
& hanc ſententiam communi, & fre
quentiori calculo receptam dicit Co
uar. lib. 3. var. reſol. cap. 10. nu. 8.

6 Subdeclaratur, vt non procedat
in collatione ordinum, quæ aliter
fieri non poteſt per alium epiſcopū
in clericos ſibi non ſubiectos, quam
eorum impedito ſuperiore ex ęgri-
tudine, & illis in examine probatis,
Concil. Trid. in cap. 3. ſeſſ. 23. In de-
creto de reformat. & ibi apoſt. Ho-
rat. Luc. Callien.

*SVMMARIVM:*

1 *Vicarius epiſcopi, qui non eſt ſacerdos exequi non poteſt ea quæ ſunt fori pęnitentialis.*

2 *Vicarius cum ſpeciali mandato epiſcopi concedere poteſt facultatem alicui ſacerdoti exequendi, ea quæ ſunt fori pęnitentialis.*

## QVAESTIO XIII.

ET quoniam ſicut Vicarius, qui
epiſcopus non eſt exequi nō po
teſt ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis,
vt ſuperius dictum fuit. Ita nec etiā
ea quæ ſunt fori pœnitentialis niſi ſit
ſacerdos, Abb. poſt Inn. in c. cum ſa-
1 tis, in prin. & nu. 2. extra de off. Arch.
per illum tex. & in c. nullus, 16. q. 7.
& c. in nouo 28. diſt. c. omnis, extra
de pœnit. & remiſ. Concil. Trid. can.
10. ſeſſ. 14. De ſacramento pœniten-
tiæ. Et indies videmus Vicarios epi
ſcoporum clericos, prima tonſura
tantum initiatos.

Ideo quæro, an Vicarius epiſcopi
concedere poſſit facultatem alicui
2 ſacerdoti exequendi ea quæ ſunt fo-
ri pęnitentialis. Reſpondeo, quod
ſic Abb. in c. his quæ, nu. 3. & in c. cū
olim, extra de maior. & obed. Berta-
chi. in tract. de epiſ. par. 3. q. 61. Re-
buf. in pract. benef. tit. forma Vic. Ar
ch. num, 46. & 171. Qui declarant ve
rum eſſe, quando epiſcopus illi de-
dit ſpeciale mandatum, firmat Albe.
in dictionario, in ver. Vic. epiſc.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnis vtriuſque ſexus Chriſti fidelis ſemel in anno peccata confiteri debet proprio ſacerdoti.*

2 *Sacerdos proprius quis dicatur.*

3 *Vicarius epiſcopi, ſi eſt ſacerdos audire poteſt confeſsiones ſicuti proprius Parocus, vbi adeſt mandatum ſpeciale epiſcopi.*



## QVAESTIO XIIII.

SEd cum omnis vtriuſque ſexus
Chriſti fidelis poſtquam ad annos
diſcretionis peruenerit omnia ſua
ſolus peccata ſaltem ſemel in anno
fideliter confiteri debeat proprio ſa
cerdoti, & ſi peccata confiteri volue
rit alieno ſacerdoti prius poſtulare,
1 & obtinere debet licentiam à pro-
prio ſacerdote, cum aliter illum non
poſſit abſoluere, vel ligare, vt his
formalibus verbis mandauit Innoc.
tertius, in c. omnis vtriuſque ſexus,
vbi Abb. extra de pęnit. & remiſ. quē
tex. approbauit ſacroſancta Triden-
tina ſynodus, in cap. 5. in fi. ſeſſ. 14. de
confeſſione. Ideo quæro in propo-
ſito, an etiam Vicarius generalis epi
ſcopi dicatur proprius ſacerdos ita,
quod ad illum recurri poſſit etiam
non petita licentia alterius. hanc
quæſtionem expreſſe decidere vide
tur Abb. in dicto cap. omnis.

2 Dicens, quod proprius ſacerdos
non ſolum dicitur Presbyter paro-
chialis. verum etiam epiſcopus lega-
tus in Prouincia, & ipſius Pęnitentia
rius. Item Vicarius generalis epiſco
pi, & Archipresbyter eccleſiæ cathe
dralis, qui cenſetur in hoc Vicarius
epiſcopi, allegans tex. cum gloſ. vbi
etiam Archid. & alij, in c. 2. de pęnit.
& remiſſ. in 6. firmat gloſ. in § priua-
ta, in ver. proprio ſacerdoti, Inſt. iur.
cano. Lancellot. de pęnit. & remiſ. &
Mari. Soc. in d. c. omnis, nu. 30. & Vi-
carium Generalem Reuerendiſſimi
Paſtoris Tridentini, proprium dici
ſacerdotem reſpondit Port. conſil.
100. num. 20.

3 Declaratur, quando Vicarius ha-
beret ab epiſcopo huiuſmodi pote-
ſtatem, Archid. in dicto c. 2. in fine,
firmat Abb. in Archidiacono Vica-
rio epiſcopi abſentis, in c. ad hæc, nu.
1. poſt Hoſt. ibi, & Innocen. in c. cum
ſatis, vbi etiam Abb. num. 2. extra de
off. Archid.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius generalis epiſcopi dare poteſt licentiam ſubdito eligendi ſibi confeſſore.*

*Declaratur, num. 2.*

## QVAESTIO XV.

CVmque proprius ſacerdos ſit
quoque generalis epiſcopi Vica
rius, vt iam fuit probatum, poterit da
1 re licentiam ſubdito eligendi ſibi
confeſſorem, quæ à proprio ſacerdo
te poſtulanda, & obtinenda eſt. cap.
omnis vtriuſque ſexus, vbi Abb. nu-
mero 12. poſt gloſ. in ver. obtineat,
de pœniten. & remiſſ. quod tamen
damnat idem Abb. in cle. 1. nu. 10. de
priuil. dum inquit, quòd officialis
epiſcopi non debet ſe impedire in
iſtis ſpiritualibus.

2 Declaratur, hoc verum eſſe vbi Vi
carius haberet ab epiſcopo talem
poteſtatem, Archid. in cap. 2. in fine,
de pęnitent. & remiſſ. in ſexto, Al-
beric. in dictionario. in verſic. etiam
epiſcopi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, non debet dare licentiam religioſis miniſtrandi ſacramēta clericis, vel laicis alienæ parochiæ, ſicut presbyter parochialis.*

2 *Religioſi miniſtrantes ſacramenta clericis, vel laicis alienæ parochiæ, de licentia diœceſani, poſt factum à pœna excuſantur.*

3 *Sacerdos de licentia parochi, ſiue ordinarij poteſt matrimonium ſolemnizare.*

## QVAEST IO XVI.

CAEterum Vicarius epiſcopi nõ
debet dare licentiam Religioſis
miniſtrandi clericis vel laicis alienę
1 parochię ſacramentum, extremę vn-
ctionis vel euchariſtię, vel ſolẽnizan
di matrimonium ſicut presbiter par-
rochialis, vt in clementina prima, in
princi. de priuileg. ſcribit gloſ. in ver.
præsbiteri, dum dicit quod vbi eccle-
ſia parochialis non vacat conſulen-
dum eſt religioſis vt à licentia epiſco
pi vel Archipræsbiteri Ciuitatenſis
2 ſe abſtineant At illos à pęnis excuſa-
ri poſt factum ſi de auctoritate diœce
ſani illa ſacramenta miniſtrauerit, fir
mat Abb. in dicta cle. 1. nu. 11. Dicens
Vicarium epiſcopi non debere ſe im
pedire in iſtis ſpiritualibus, in quibus
cenſetur Vicarius epiſcopi conſtitu-
tus Archipræsbiter Ciuitatenſis.
3 Hodie autem ſacerdotem de ipſius
Parochi ſeu Ordinarij licentia poſſe
matrimonium ſolemnizare, ſtatuit ſa
croſancta Tridentina ſynodus, in ca-
pitu. 1. ſeſſ. 24. In decreto de refor-
matione.

*S V M M A R I V M.*

1 *Peccantes publice, ſunt palam corri-
piendi.*
2 *Vicarius epiſcopi ex mandato ſpecia-
li publicas iniungere poteſt pęni-
tentias.*
*Declaratur nume. 6.*
3 *Pænitentias publicas iniungere eſt digni-
tatis epiſcopalis.*
4 *Sacerdos de mandato epiſcopi publicas
iniungere poteſt penitentias.*
5 *Vicarius epiſcopi maiorem habet Iuriſdi-
ctionem quam delegatus.*

## QVAESTIO XVII.

APoſtolus monet publice pec-
cantes, palam eſſe corripiendos
1 vt exorditur Concil. Trid. capi. 8. ſeſſ.
24. in decreto de reform. Mandans
publicam iniungi pœnitentiam vbi
crimen ab aliquo publice commiſ-
ſum fuit & in conſpectu multorum,
quod etiam ex tertio Carthaginenſi
Concilio legitur in c. fi. 26. q. 6. & ex
Agathenſi in c. in capite 60. diſt. gloſ.
in c. 1. 26 q. 6. & c. miniſtrare, eo. titu-
lo. c. 2. vbi Canoniſtę, extra de maled.
ſcribunt Abb. & alij in c. accedenti-
bus extra de exceſſ. prælat. & in c. con
querente, nume. 4. extra de offi. ord.
Lancellott. in §. 1. cum ſequen. Inſti.
iur. cano. de pœnit. & remiſſ. Ideo
Quæro, an Vicarius epiſcopi publi-
cas iniungere poſſit pœnitentias ac
etiam ſolemnes.
2 Reſpondeo quod ſic, vbi adſit ſpe
ciale mandatum. Nam publicas in-
3 iungere pęnitentias eſt dignitatis epi
ſcopalis. c. accedentibus, vbi Abb. &
alij, numero primo, extra de exceſſ.
prælat. & ea quæ ſunt dignitatis epi-
ſcopalis Vicario committi poſſunt. d.
c. accedẽtibus, in fine, vbi Abb. & alij
Felin. in c. his quibus, in principio,
extra de offi. ord. Archid. in c. placuit
per illum tex. de pœnit. diſt. 6. ſub-
4 dens etiam ſacerdotem de mandato
epiſcopi publicam poſſe iniungere
pœnitentiam, ergo multo magis Vi-
carium qui eſt vna & eadem perſona
cum epiſcopo, vt ſępiſſime dictum
5 fuit, & maiorem habet iuriſdictio-
nem quàm delegatus epiſcopi, gloſ. in
c. Romana §. fin. in ver. obſeruare, de
off. ord. in ſexto, Bertach. de epiſ. lib.
quarto, par. 6 titu. de Vic. epiſ. nume-
ro octauo.
Declaratur, vbi Vicarius epiſcopi
eſſet ſacerdos, quia in foro pœniten-
tiali nullus habet auctoritatem li-
gandi & ſoluendi niſi ſit ſacerdos, c.
omnis, extra de pœnit. & remiſſ. ca-
pitulo, cum ſatis, vbi Innocen. nume-
ro ſecundo, Abb. in princi. & nume-
ro 2. extra de off. ord. c. nullus, 16. q. 5.
c. in nouo, diſt. 21. Oldrad. conſil. 73.
nu. 7.



nume. 7. Abb. in c. accedentibus, in
fine, extra de exceſſ prælat. vbi Sapia
in apoſt. in ver. per ſolum epiſcopum
dicit publicam pœnitentiam debere
6 imponi ab epiſcopo, vel eius manda-
to a ſacerdote poſt Arch. in d. c. pla-
cuit, de pęnit. diſt. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Reconciliationes publicæ ab epiſcopis
fiunt pęnitentibus in crimine grauiſſi
mo, & publico.*
2 *Forma publicæ reconciliationis pœniten
tium, remiſſiue.*
3 *Reconciliationes publicæ pœnitentium ſo
lis epiſcopis reſeruantur.*
4 *Vicarius epiſcopi ex mandato ſpeciali
publice poteſt reconciliare pœniten-
tem.*
*Declaratur, quando Vicarius epiſcopi
eſſet ſacerdos, & abeſſet epiſcopus, nu
mero 5. & 6.*

## QVAESTIO XVIII.

PVblicę quoque fiũt ab epiſcopis
reconciliationes pœnitentibus,
1 quando crimen grauiſſimum, & pu-
blicum extat, cap. fin. 26. q. 6. cap. mi-
niſtrare, vbi forma ponitur, eadem q.
& cap. in capite, 50. diſtinct.
2 Quæro igitur, an Vicarius epiſco-
pi publice reconciliare poſſit pœni-
tentem. Dubium facit, quia publicę
reconciliationes pœnitentium di-
3 cuntur ſolis epiſcopis reſeruatę, &
ideo nõ videntur exerceri poſſe per
non epiſcopos, Lancell. in §. fin. cum
glo. in ver. ſolis epiſcopis, Inſtit. iur.
cano. de ſacerdo. in infer. grad. conſt.
4 At ſpeciali mandato epiſcopi poſſe
Vicarium publice reconciliare pro-
bat tex in c. Aurelius, 26. q. 6. per quẽ
dicit glo. in ca. 1. in princ. & in cap. 2.
in uer. reconciliare, in fine, eadem q.
quod ſacerdos de mandato epiſcopi
publice reconciliare poteſt, merito
etiam Vicarius, qui maior eſt epiſco-
pi delegato, ut dixi in quæſtione præ
cedenti.
5 Declaratur, vt procedat quando
epiſcopus eſſet abſens, dicto c. Aure-
lius, 26. q. 6.
6 Et quando Vicarius eſſet ſacer-
dos, d. c. Aurelius, cum glo. in d. c. 1. &
2. in fi. & quæ dicta ſunt in proxima
q. præcedenti.

*S V M M A R I V M.*

1 *Caſus epiſcopis reſeruati, quales remiſ-
ſiue.*
2 *Vicarius generalis epiſcopi non poteſt ab
ſoluere pænitentem a caſibus epiſco-
po reſeruatis.*
*Declaratur, nu. 5.*
*Subdeclaratur, nu. 6.*
3 *Caſus ſpeciales non veniunt in generali
commiſſione.*
4 *Voti commutatio eſt de caſibus epiſcopo
reſeruatis.*
6 *Abſolutio pœnitentis a peccatis eſt fori
ſacerdotalis, non autem iuriſdictio-
nis.*
7 *Prælatus non habet auctoritatẽ ligandi,
& ſoluendi in foro pœnitentiali, niſi
ſit ſacerdos.*
8 *Poteſt tamen illam committere ſa-
cerdoti.*
*Declaratur, nu. 9.*
10 *Pœnitentiarij magiſtri Doctores, vel li-
centiati in Theologia reconciliant, et
abſoluunt pœnitentes.*
*Inſtituuntur ex decreto Concil. Triden.
in eccleſijs cathedralibus.*

## QVAESTIO XIX.

ET quia plures caſus ſunt epiſco-
po reſeruati quos recenſet glo. in
1 cap. 2. de pęnit. & remiſ. in 6. & latius
traduntur in libro ſacerdotali, tit. de
caſib. epiſcopo reſeruatis, Lãcel. Inſt.
iur.

iur.cano §. illud etiam, de peniten. &
remiſ. Nic. Plot. in tracta. de ſacram.
in 4. par. c. 5. & c. 6. Cuc. Inſt. iur. can.
de epiſ. nu. 231.

Quæro nunc, an Vicarius genera
lis epiſcopi poſſit ab illis abſoluere
pœnitentem, & ei pœnitentiam in-
2 iungere. Reſpondeo, quod nõ, Hoſt.
in ſumma de peniten. §. cui confiten
dum, verſ. quid ſi epiſcopus, refert, &
ſequitur Archid. in cap. 2. in fine, de
penitent. & remiſſ. in 6. Franc. in c. li-
cet, col. 2. verſ. quinto limita, de offi.
Vic. lib. 6.

3 Ea ratione, quia caſus iſti ſunt ſpe
ciales, & nõ ueniunt in generali cõ-
miſſione, dicto cap. 2. & ibi Doct. Et
4 ideo non poterit commutare votum
tanquam de caſibus epiſcopo reſer-
uatis, dicto capitulo ſecundo, cum
glo. & Doct.

5 Declaratur, niſi Vicarius ſpecia-
lem ab epiſcopo habeat facultatem
abſoluendi, Rebuff. in pract. benefic.
titu. forma Vicar. Archid. nume. 179.
poſt Hoſtien. in dicto §. cui conferen
dum, verſ. quod ſi epiſcopus. glo. in §.
de eo, in ver. in generali, Inſtit. iur. ca
no. Lancell. de penitent. & remiſſio.
Concil. Trident. cap. 6. ſeſſ. 24. in de-
creto de reforma. & in cap. 7. ſeſſ. 13.
tit. de caſibus reſer. Viu. opin. 255. li
bro 2. commu. opin. Cucc. Inſtit. iur.
can. de epiſ nu. 191.

6 Subdeclaratur, quando Vicarius
epiſcopi eſſet ſacerdos. Nam abſolu-
tio penitentis a peccatis eſt fori ſa-
cerdotalis, non autem iuriſdictionis
Archid. in cap. fin. col. 1. in princip. de
pœnit. & remiſſ. Abb. in c. accedenti-
bus, in fi. extra de exceſſ. prælat. Ol-
dra. conſil. 73. nume. 7. Felin. in cap.
paſtoralis, num. 13. circa finem, verſ.
vnde ſi ſic moritur, extra de offi. ord.
7 Nec prælatus habet auctoritatem li-
gandi, & ſoluendi in foro peniten.
niſi ſit ſacerdos, ſed huiuſmodi fa-
cultatem alteri committere poteſt
ſacerdoti, Innocen. in cap. cum ſatis,
in princ. Abb. nume. 2. extra de offic.
Archid. per tex. ipſum, & in cap. nul-
lus, 16. q. 7. cap. in nouo, 21. diſtinc. c.
omnis, de peni. & remiſſ. c. 10. ſeſſ. 14.
apud Concil. Triden. Quamuis Vica
rius epiſcopi ſpecialẽ debeat habere
commiſſionem, ſecundum Alber. in
Dictio. in ver. Vicarius etiam epi-
ſcopi.

8 Hodie autem ſecundum formam
decreti Concil. Triden. cap. 8. ſeſ. 24.
in decreto de reform. in eccleſijs ca
9 thedralibus conſtituuntur Peniten-
10 tiarij magiſtri Doctores, vel licen-
tiati in Theologia, quorum munus
eſt reconciliare huiuſmodi peniten-
tes, & abſoluere.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt abſoluere in foro conſcientiæ ſubditos, in hæreſis crimine.*

## QVAESTIO XX.

Sed an Vicarius epiſcopi in foro conſcientiæ abſoluere poſſit ſub-
ditos, ſicut poteſt epiſcopus in crimi
ne hæreſis?

1 Reſpondeo, quod non, ſecundum
Concil. Triden. in cap. 6. ſeſſ. 24. in de
creto de reformat. ibi, eis tantum nõ
eorum Vicarijs ſit permiſſum, Cucc.
Inſtitu. iur. cano. de epiſcop. nume-
ro 191.

*S V M M A R I V M.*

1 *Prædicandi officium ſpectat ad epiſcopum principaliter.*
*Deinde ad Rectores curam habẽtes animarum, & nu. 2.*
3 *Prædicare non eſt minus, quam corpus Chriſti conſecrare.*



4 *Prædicatio non eſt iuriſdictionis, ſed miniſterij.*
5 *Vicarius epiſcopi ex mandato ſpeciali poteſt prædicare.*
6 *Laicus ſanctæ vitæ, & doctus poteſt prædicare ex delegatione.*
7 *Epiſcopi, qui per ſe prædicare non paſſunt tenentur aſſumere idoneos ad huiuſmodi officium.*
8 *Delegatus alteri ſubdelegare non poteſt officium prædicandi.*

## QVAESTIO XXI.

NVnquid etiam Vicarius epiſco-
pi habeat auctoritatem prædi-
candi quemadmodum epiſcopus?
1 Reſpõdeo, quod non. Quia officium
prædicandi principaliter ſpectat ad
epiſcopum, vt no. Abb. per illum tex.
in cap. inter cætera, nume. 1. extra de
off. ord. Fel. in c. excommunicamus,
nume. 3. extra de hæret. Concil. Tri-
den. in cap. 2. ſeſſ. 5. in decreto de re-
2 format. Deinde ad Rectores haben-
tes curam animarum in eorum ec-
cleſia, clemẽ. dudum, §. verum, & ibi
Card. in princ. de ſepult. glo. in cle. 1.
3 in uer. officia, de reg. Dicens, quod
prædicare non eſt minus, quam cor-
pus Chriſti conſecrare, per tex. in c.
cum extra, de conſecrat. diſt. 2. & Car
din. in dicta clemen. 1. Archid. in cap.
adijcimus, 16. q. 1. Ioan. Andr. Abb. &
Felin. in dicto c. excommunicamus,
nume. 4. & idem Abb. in c. quam ſit,
extra de Iudæ. & in dicto capit. inter
cætera, nume. 1. vbi late Sap. in apoſt.
de offic. ord.

Ea vero, quæ ſpectant principali-
ter ad epiſcopum non veniunt in ge
nerali mandato Vicarij, capit. fin. ubi
Doct. de off. Vic. in 6.

4 Præſertim cum prędicatio non ſit
iuriſdictionis, ſed potius miniſterij,
& ideo prohibeatur per alium exer-
ceri, cap. fin. §. fin. vbi Canoniſtæ, ext.
de off. deleg.

5 Declaratur, niſi Vicarius epiſcopi
habeat ſpeciale mandatum, proba-
tur in ca. ſicut, de hæret. & per illum
tex. Sap. in apoſt. ad Abb. in dicto ca.
inter cætera, in ver. ad epiſcopum.
6 Dicens, quod laicus, qui eſt homo
ſanctæ uitæ, & doctus poteſt prædica
re ex delegatione, melior tex. in di-
cto capit. inter cætera, ubi epiſcopi,
7 qui per ſe non poſſunt tenentur aſ-
ſumere idoneos, qui ſuo loco ſup-
pleant prædicationes, Fel. in dicto c.
excommunicamus, nume. 4. Concil.
Triden. dicto cap. 2. ſeſſ. 5. Nec aduer
ſatur tex. in dicto capit. fin. §. fin. quia
loquitur de delegato, qui officium
8 prædicationis ſibi iniunctum alteri
committere non poteſt. Nos vero
de ordinario, cuius officium latius
patet, vt in ſpecie prædicationis, de-
clarat glo. in dicto cap. inter cætera,
in ver. prædicationis. in fine, de offic.
ord. & in cap. ſi epiſcopus, in uer. per
alium, & ibi Canoniſtæ, extra eo-
dem titulo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt eſſe delegatus Papæ.*
2 *Habet dignitatem.*
3 *Vicariatus epiſcopi dignitas eſt.*
*Ampliatur, nu. 6.*
*Declaratur, numero 7. 13. 14. cum ſequen.*
4 *Vicarius epiſcopi dicitur prælatus large loquendo.*
5 *De medijs magiſtratibus, & ſpectabilib.*
8 *Coruſcat radijs dignitatis epiſcopi ſicut Auguſta radijs dignitatis Principis.*
9 *Dignitas Pontificalis epiſcopi, non eſt communicabilis, neque diuiſibilis.*
10 *Vicarius epiſcopi non dicitur habere dignitatem propriæ, nec culmen dignitatis, ſicut epiſcopus.*

11 *Digni-*

*11 Dignitas Vicarij eſt diuerſa a dignita
te epiſcopi.*
*12 Dignitas nunquam moritur, ſed perpe
tua eſt.*
*14 Foraneus Vicarius non poteſt eſſe dele-
gatus Papæ.*
*15 Vicarius epiſcopi habet dignitatem com
patibilem cum alia, nõ autem incom
patibilem.*
*16 Dignitas eccleſiaſtica, ſiue beneficium
curatum Vicarij epiſcopi non vacat
per adeptionem Vicariatus.*
*17 Vicarius Archidiaconi, vel alterius præ
lati inferioris ab epiſcopo non dicitur
habere dignitatem.*
*At contra, nume.18.*

## QVAESTIO XXII.

VIdimus an, & quando Vicarius
epiſcopi exercere poſſit ea, quę
ſunt ordinis epiſcopalis, & ſacerdo-
talis. Videamus modo Vicarij pote-
ſtatem in his, quæ pertinent ad epi-
ſcopalem dignitatem. Et in primis
an Vicarius epiſcopi habeat dignita
tem. Nam glo. in clemen. 2. in ver. de
legatus, inquit, quod vicarius epiſco
1 pi poteſt eſſe delegatus Papę, & ideo
quod eſt conſtitutus in dignitate, fir
2 mant ibi Anchar. in princ. Zabarel.
nume. 22. Imo. nume. 18. de reſcript.
Abb. nume. 8. & in cap. quoniam, nu
me. 11. extra de offic. delega. Staphil.
de lit. grat. & iuſt. fol. 58. Rebuff. in
pract. benef. tit. forma Vicar. Archid.
nume. 27. & de Vic. epiſ. num. 4. & in
tract. de pacif. poſſeſſ. nume. 79. Ant.
de Pret. in tract. de iuriſd. epiſ. cap. 6.
nume. 51. Nicol. Mil. in reper. in ver.
dignitas eſt eſſe Vicarium epiſcopi,
poſt glo. in clemen. auditor, de reſcr.
dicentem dignitatem eſſe Vicariatũ
3 epiſcopi, & quod late intelligendo
Vicarius dicitur prælatus ratione iu
4 riſdictionis, quam habet cum admi-
niſtratione, Pau. Fuſc. tract. de viſita.
& regim. eccleſ. lib. 1. c. 15. nume. 32.
& Butr. in cap. decernimus, extra de
iud. & idem Ant. de Pret. dicto ca. 6.
nume. 50. inquit Vicarium dici ſpe-
5 ctabilẽ, & de medijs magiſtratibus,
Alberic. in Diction. in ver. Vicarius,
quis ſit. Pauin. in tract. de offic. & po-
teſt. a. capit. ſede vacan. 2. par. princip.
quæſt. 10. num. 16. verſ. an autem Vi-
carius capituli; Seyſel. in l. 1. num. 15.
ff. de off. eius, Vant. de nullit. tit. late
ſcribit, Cucc. Inſti. iur. cano. de Vic.
titu. 8. nume. 7. 8. 9. 10. cum alijs ſeq.
lib. 2.
6 Ampliatur idem in Vicario capi-
tuli ſede vacante, & in Vicario electi
in epiſcopum, & cõfirmati nondum
tamen conſecrati, glo. in dicta clem.
& ſi principalis, in ver. epiſcopi, vbi
Abb. nu. 11. & poſt Zenzel. Anchar.
ibi, col. 1. Imo. num. 20. qui tamen tu
tius dicit tenere contra in Vicario
epiſcopi non conſecrati, de mente
Anto. ibi relati firmat Card. in 3. col.
nume. 15.
7 Declaratur prædicta concluſio, ut
vera ſit quoad præeminentiam, ſiue
prærogatiuam ortam ex iuriſdictio-
ne, & Tribunali epiſcopi, vel conci-
ſtorio ſecundum, quod ipſe eſt vna,
& eadem perſona cum epiſcopo, ut
in cap. 2. ubi Archid. de conſue. in 6.
cap. Romana, de appell. eo. lib. 6. glo.
in dicta clemen. 2. ubi Card. num. 22.
Imo. nume. 13. & 18. in fine, & nume
ro 19. in fi. Abb. num. 11. Hoſtien. in
ſumma, de offic. Vicar. num. 2. Faber
in §. item ſi adhuc. Inſt. manda. Capr.
reg. 37 nume. 29. Et quoad iſtam iu-
riſdictionem coruſcat radijs dignita
8 tis epiſcopi, ſicut Auguſta radijs di-
gnitatis Principis, ſecundum Card.
& Abb. in locis ſuperius adductis, fir
mat Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ.
num. 79. poſt Bologn. in addit. ad Io.
de Anan. conſi. 14. Ant. de Pret. in d.
quæſt. 6. num. 49. Marc. Mant. enchir.
lib. 12. ca. 278. circa medium, Menoc.
conſil. 51. nume. 75. & poſt eum Pi-
car. conſi. ſeq. num. 14. vol. 1. & idem
Menoc.



Menoc. conſi. 257. nu. 84. vol. 3. ſecus
9 quoad dignitatem eccleſiaſticã Pon
tificalem, quæ proprie reſidet in epi-
ſcopo, quia cum illa non ſit cõmuni-
cabilis nec diuiſibilis. c. maioribus,
extra de præben. Cardi. in d. clem. 2.
nu. 14. & 22. & Abb. in d. c. quoniam.
nu. 11. Nec quoad illam Vicarius fa-
ciat idem conſiſtorium cum epiſco-
po. Ideo non dicitur habere dignita-
tem proprie per ſe ſtantem nec cul-
men dignitatis, ſicut epiſcopus, qui
eſt ſupra omnes gradus conſtitutus,
10 ſecundum Doc. præallegatos, Ioan.
de Selua in tract. de benef. par. 1. q. 2.
nu. 64. Pauin. de pot cap. ſede vacan.
par. 2. q. 10. nu. 16. poſt Paul. Eleazar.
in dicta clem. 2. q. 12. Dec. conſi. 664.
late comprobat Alciat. in rub. nume.
25. ext. de off. ord. latius Menoc. d. cõ
ſil. 51. nu. 33. vol. 1. poſt Ant. de Pret.
d. c. 6. nu. 51. Gabr. conſi. 32. nu. 4. lib.
2. Picard. d. conſi. 52. nu. 32. cum ſeq.
& iterum Menoc. d. conſi. 257. nu. 7.
& 8. volu. 3. Vbi damnat Rebuf. dicto
11 tit. de Vic. epiſ. dñ inquit Vicariũ epi
ſcopi habere dignitatẽ, & diuerſam
ẽt eſſe epiſcopi & Vicarij dignitatẽ
tradit Quint. Mandoſ. in cõmen. ſu-
per reg. Cancel. 24. de male promot.
q. 6. nu. 15. ĩ ſi. pulchre Iaſ. l. ſed ſi hac.
§. Pætor ait. nu. 6. ff. de in ius voc. Si
etenim Vicarius proprie haberet di
gnitatem per ſe ſtante eo mortuo re
maneret dignitas vacans cum illa nõ
expiret ſed perpetua ſit. c. præcepta.
55. diſt. c. ueniens, de fil. presb. vbi gl.
12 ſi & tamen Vicariatus expirat mor-
te Vicarij rclc. vlt. in glo. ſi. de procu.
& tradunt Card. & Abb. in locis ſupe
rius citatis quamuis prædictã ratio-
nem & ſimiles alias impugnare co-
13 netur. Cucc. Inſt. iur. can. de Vicar. ti
tu. 8. nu. 7. 8. 9. 10. cum ſeq. lib. 2. vbi
tutius opinatur Vicariatus epiſcopa
lis dignitatem perpetuam continua-
tãque eſſe, & in ea dari ſucceſſorẽ de
legationesque ad ſucceſſorem in offi
cio manare.
Secundo declaratur, vt ꝓcedat ſu
pradicta cõcluſio in Vicario genera
li ſeu principali, ſecus in foraneo, qa
iſte nõ habet dignitatẽ Zenzel. Anc.
Imo. & Card in d. cle. 2. Stafil. de lit.
gra. d. fol. 58. Rebuf. d. tit. de vic. epiſ.
nu. 4. Vant. de null. ſen. ex def. iuriſd
delega. nu. 66. & probatur in d. cle. 2.
cũ gl. in ver. delegatus, & in ver. fora
neo, vbi Vicarius foraneus nõ poteſt
14 eſſe delegatus Papæ, qa nõ habet di
gnitatẽ, nec facit idẽ tribunal & con-
ciſtoriũ cum epiſcopo, nec eſt vna &
eadẽ perſona cũ eo, ſecundũ Card. in
dicta clemen. 2. & dixi ſupra lib. 1. q.
23. vbi vide.
15 Tertio declaratur, vt vera ſit quo
ad dignitatẽ cõpatibilem cũ alia, ſe-
cus quoad incõpatibilem quã Vica-
rius epiſcopi non habet, Abb. in c. de
multa. nu. 23. de præb. Rebuf. d. titu.
de Vic. epiſ. nu. 7. Cucc. d. tit. de Vica
riis. nu. 8. Et ideo per adeptionẽ Vi-
16 cariatus non vacat dignitas eccleſia
ſtica ſeu beneficiũ curatum ipſius Vi
carii, nec econtra vacat Vicariatus
quemadmodum vacaret ſi talis digni
tas eſſet incompatibilis d. c. de mul-
cta, vbi Abb. tradit Rebuf. ĩ loco prę
citato, Concil. Trid. c. 4. & 5. ſeſſ. 7. in
decreto de reformat. late Alphonſ.
Carmon. de benef. incomp. par. 2. q
10. nu. 15.
17 Quarto declaratur, vt non proce-
dat in Vicario Archidiaconi, vel alte
rius Prælati inferioris ab epiſcopo
gloſ. in d. clemẽ. 2. in ver. epiſcopi, vbi
Abb. nume. 5. Cuius tamen contra-
rium probat Menoc. dicto cõſi. 257.
colum. 3.

### SVMMARIVM.

*1 Cauſa à ſede apoſtolica uel eius legatis
non poſſunt delegari, niſi obtinenti-
bus dignitatem.*
*2 Vicarius epiſcopi poteſt eſſe delegatus
Papæ.*

Et

3 *Et Vicarius capituli ſede vacante.*
4 *Et Vicarius epiſcopi electi, & confirmati licet nondum conſe.rati.*
5 *Vicarius epiſcopi collega eſſe poteſt epiſcopi in cauſa ſibi delegata ſpecialiter per Papam.*
6 *Vicarius epiſcopi poteſt eſſe executor mãdatorum, & gratiarum Papæ.*
7 *Vicarij epiſcoporum auctoritate Apoſtolica immittere ſolent in poſſeſſion. eccleſiæ illos, qui beneficia a Papa impetrarunt.*
8 *Vicarius foraneus epiſcopi, aut alterius ab epiſcopo inferioris non poteſt eſſe delegatus Papæ.*
*Declaratur, nu. 9. cum ſeq.*
10 *Legatus de latere non poteſt delegare cauſas vicario foraneo epiſcopi etiam ex certa ſcientia.*
11 *Canonici eccleſiæ cathedralis, & alij habentes dignitatem poſſunt eſſe delegati Papæ.*

## QVAESTIO XXIII.

ET cum Bonifacius huius nominis octauus ediderit ſtatutum, vt nullis, niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu eccleſiarum cathedralium canonicis cauſæ auctoritate litterarum ſedis Apo-
1 ſtolicæ, vel legatorum eiuſdem de cætero committerẽtur, ſicut legitur in cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. Conſequens erit huiuſmodi cauſas Vicario epiſcopi delegari poſſe, clemen.
2 & ſi principalis, ubi Anchar. Cardin. qui, nume. 14. in fi. dicit ita communiter ſeruari, Imo. & Abb. de reſcri. glo. in c. ſtatutum, ubi etiam Canoniſtæ, de reſcrip. in 6. Abb. conſi. 21. volumine 1. Staphil. de litt. grat. & iuſt. fol. 58. col. 2. Nicol. de Mil. in reper. in ver. Vicarius epiſcopi, Anton. de Pret. in tract. de iuriſd. epiſ. cap. 6. nume. 51. Cucc. Inſt. iur. can. tit. 8. de Vicarijs, nu. 7. lib. 2.
3 Quæ concluſio ampliatur etiam in Vicario capituli ſede vacante, glo. in dicta clem. & ſi principalis, in uer. epiſcopi, vbi Abb. num. 5 Pauin. trac. de poteſta. cap. ſede vac. 2. par. princ. q. 10. nu. 6. & nu. 8. poſt Canoniſt. in præallegata clem.
4 Secundo ampliatur etiam in Vicario epiſcopi electi, & confirmati, licet nondum conſecrati. cap. tranſmiſſam, de elect. glo. & Abb. in dicta clemen. & ſi principalis, in ver. epiſcopi. Pauin. d. q. 10. nume. 6. de quo tamen dubitat Card. & Imo. ille, nume. 20. iſte, nu. 15. in dicta clemen. & ſi principalis, q. 22. nu. 6. vt dixi ſupra in proxima q præced. nu. 6.
5 Tertio ampliatur, vt Vicarius poſſit eſſe collega ſui epiſcopi in cauſa ſibi ſpecialiler delegata per Papam, c. inſinuante, vbi Abb. hoc dicit, in 1. not. ext. de appel.
6 Quarto ampliatur, ut non ſolum poſſit eſſe delegatus Papæ, verũ etiã executor mandatorum, & gratiarũ, Rebuff. in pract. benef. tit. forma nouæ prouiſ. uer. officialis epiſcopi, nume. 1. & 3. Et ideo Vicarij epiſcopo-
7 rum ſolent Apoſtolica auctoritate inducere in poſſeſſionem parochialis eccleſiæ illos, qui beneficia a Papa impetrarunt, ut per eundem Rebuf. in dicto tit. forma nouæ prouiſ. verſ. quarta bullæ pars, & in dicto ver. officiali, Io. Iac. Melill. de præced. Vicar. c. 1. nu. 13. in fi.
8 Declaratur, ut procedat in Vicario generali epiſcopi, non autem in foraneo, vel Vicario Archidiaconi, aut alterius prælati inferioris ab epiſcopo, dicta clemen. & ſi principalis, vbi glo. Ancharan. Cardin. nume. 14. Imo. nume. 19. qui defendit gloſ. ab opinione quorundam antiquorum, qui tenebant contrarium in Vicario inferioris habentis ordinariam, Rebuff. in d. ver. officialis, nume. 1. cum ſeq. Melill. in dicto ver. Vicarius epiſcopi.
9 Subdeclaratur, niſi fieret delegatio



tio officiali foraneo ex certa ſcientia Pontificis, glo. in d. clemen. & ſi principalis. in fine, ubi etiam Barbar. & Imo. nu. 7. In legato autem aliud eſt
10 dicendum, quia ex certa etiam ſcientia non poteſt facere delegatum foraneum officialem epiſcopi, ſecundũ glo. in dicta clementina. & ſi principalis, in fine, quem ſequitur ibi Io. de Imo. & Abb. reprobata ſententia Barbat. qui tenet contra glo.
11 Secundo ſubdeclaratur, niſi tales officiales foranei uellent admitti nõ ratione officialatus ſiue decanatus, quia prætendunt ſe canonicos eccleſiæ cathedralis, uel ſimilem dignitatem: tunc etenim poterunt eſſe delegati Papæ, Imo. in dicta clement. & ſi principalis, nu 33. poſt glo. ibi in ver. foraneo, in fi.

### SVMMARIVM.

1 *Vicarius repreſentat perſonam epiſcopi & auctoritatem.*
2 *Eſt ſuperior ſicut epiſcopus.*
*Non tamen in omnibus, nu. 12.*
3 *Honorandus eſt ſicut epiſcopus, & debet in eius loco ſedere. contra, numero 8.*
*Declaratur, nu. 13. cum ſeq.*
4 *Locum tenenti Principis debetur eadem prærogatiua, quæ Principi, & numero 5.*
6 *Vicarius epiſcopi non habet idem priuilegium, & immunitatem, quam epiſcopus.*
*Declaratur, nume. 13. cum ſequen. ad finem.*
7 *Epiſcopo debetur maior honor, quam eius Vicario.*
8 *Vicarius non eſt pater omnium, ſicut epiſcopus.*
9 *Principi conceſſum ratione ſuæ dignitatis non extenditur ad eius Vicarium.*
10 *Epiſcopus licet Vicarium ſibi conſtituat maiorem tamen ſibi retinet poteſtatem.*
11 *Fons ſcaturiens eſt maior, quam riuus inde proueniens.*
12 *Epiſcopus habet maius imperium, quã Vicarius.*
*Vicarius non poteſt concurrere cum epiſcopo.*
17 *Luminare minus, per luminare maius ſuperueniens obſcuratur.*
18 *Vicarius epiſcopi dicitur iudex eccleſiaſticus, ſpectabilis, & de medijs magiſtratibus.*

## QVAESTIO XXIIII.

EX premiſſis quoque dubitari contingit, an Vicarius habeat idem priuilegium, ſeu eandem immunitatem, & prærogatiuam, quam habet Epiſcopus?

Nam pro affirmatiua facit, quia vicarius repreſentat perſonam epiſco-
1 pi, & auctoritatem, & eſt ſuperior, & ſicut epiſcopus honorãdus, cuius lo-
2 cum tenet, & in quo ſedere debet, l.
3 prima, C. de offic. Vicar. Archid. in c. Romana, col. 1. in fi. in uer. curiam, de appel. in 6. Franc. Marc. q. 421. numero primo, parte prima, Lancellot. Inſtit. iur. cano. titu. de offic. Vic. §. 1. cap. fin. 93. diſtinc. quem tex. extollit in, propoſito, Roman. ſing. 362. Abb. conſi. 21. num. 3. poſt Archid. in dicto cap. Romana, Feli. in cap. cum olim, el 2. nume. 1. extra de offi. deleg. cum multis concordantibus adductis per Menoc. conſi. 51. nume. 16. volumi. 1.
4 Vbi Principis locum tenenti eandẽ inquit deberi prærogatiuam, quæ debetur ipſi Principi, & adminiſtratori in Regno eundem honorem qui Re-
5 gi, pulchre Afflict. ſuper conſt. regni, rub. de iniur. cur. perſ. irrog. num. 3. poſt Bal. in l. 1. §. a præfectis, ff. de legat. 3.
6 Sed contrariam partem defendit Franc. Marc. dicta q. 421. nume. 4. ex intentione Bar. in l. filius. ff. de legat. vbi Vicarius Rectoris non habet priuile-

uilegium immunitatis, & Bar.ſequi-
tur Alexan. in rub.num.13.ff.de off.
eius, poſt Bald.in l.ſed ſi hac, §. ſem-
per, ff.de in ius vocan.vbi dicit maio
7 rem honorem deberi epiſcopo, quã
Vicario, ſequitur late Iaſ.ibi, nu.6. Fe
lin.in dicto cap.cum olim, el 2.col.1.
extra de off.delega. late Dec.in c.ſa-
ne, col.2.extra eo.Alciat. in rub. nu-
me.25.extra de off ord. Io.Picar.in-
ter conſi. Menoc.52.nume.116.cum
ſequen.in primo, & idẽ Menoc.con-
ſil.257.nume.89.cum ſeq.volu 3.ubi
8 inquit, quod non eſt pater omnium,
nec honoratur ſicut epiſcopus, &
aliàs dixit Franc.in ca.non putamus,
col.2.in ver.delegatio tamen, de con
ſuet.in 6.quod ſi aliquid conceditur
Principi ratione ſuæ dignitatis illud
non extenditur ad eius Vicarium.
9 Ad contraria reſpondetur, quod
licet uera ſint, nõ tamen ſequitur ne
ceſſario, quod Vicarius eandem ha-
beat immunitatem, quam epiſcopus
10 cum maiorẽ epiſcopus ſibi retinue-
rit poteſtatem, ut declarat Franciſc.
Marc.d.q.421. nume.4.per text.in c.
dudum, de præben.in 6. vbi Archi.&
Ioan. Andr.dicunt, quod fons ſcatu-
11 riẽs eſt maior, quam riuus inde pro-
ueniens, late Fel.in d.cap.cum olim,
col.1.nume.1.
12 Et maius ſit imperium epiſcopi,
nec Vicarius poſſit cum ipſo concur
rere, nec in omnibus ſit ſuperior ſi-
cut epiſcopus, Archid.in dicto cap.
Romana, col.1.in uer.curiam.de app.
in 6.Bertach.de epiſ.lib.4.par.6.titu.
de Vicario epiſc.nu.3.& par.5.lib.4.
nu.32. Capra reg.33.nu.17.par.1.Iaſ.
d.§.prætor.nu.9.
13 Declaratur ſupradicta concluſio,
ut procedat quando Vicarius crea-
tur ab epiſcopo, non autem ſi creare
tur a ſuperiore per ſuſpẽſionem, vel
per mortem epiſcopi, quia tunc gau-
det eodem priuilegio, vt probatur in
l. Vicarius, ff.de leg.& in l.1.§.hi qui-
bus, ff.de leg.3.quos citat in propo-
ſito, Firmia.in ver.Vicarius, num.21.
& declarat Anchar. in c.licet, in fine,
qui de Vicepoteſtate loquitur con-
ſtituto per mortem Poteſtatis . . . .
Aret.in rub.nu.6.& 7.extra de exce.
Alex.in rub. ubi contraria ſic conci-
liat, nu.13.ff.de off.eius, poſt Bal. quẽ
citat in propoſito in l. aliquando, ff.
de off.proconſ. Franc.Marc.d.q.421.
nu.4.& q.317.nu.2.& 17.Boer. deciſ.
151.nu.4.vbi alios citat, par.1.Alciat.
in dicta rub. nu.25. extra de off.ord.
Io.Picar.inter d.conſi.Menoc.52.nu
me.116.qui refert ita obſeruatum eſ-
ſe in eccleſia Ariminen. & Bononiẽ.
propter epiſcopi inhabilitatem, &
idem Menoc.dicto conſi.257.nu.89.
vol.3.
14 Secundo declaratur, ut procedat
in actibus quos exercet, & non re-
preſentat epiſcopum, ſecus in illis in
quibus epiſcopum repræſentat, quia
habet in illis eandem prærogatiuam
Fel. in d.c.cum olim, el 2.col.1.nu.1.
in fi.ext.de off.deleg.
15 Tertio declaratur, quando epiſco
pus eſſet præſens, ſecus ſi abſẽs, quia
tunc eadem reuerentia, & honor de
betur, qui epiſcopo, vt declarat Ioã.
Picar.d.conſi.52.nu.69. conciliando
contrariam ſententiam, quam retu-
lit, nu.19.ex intentione Ant.de Pret.
in tracta. de iuriſd.epiſ.qui inſcribi-
tur clypeus paſtoralis, ca.6.Vbi irri-
16 det illos, qui fatue dicunt Vicarium
ſaltem præſente epiſcopo honorari
non debere ne duo videantur capi-
ta.Nam concordari poteſt, ut non de
beatur Vicario in præſentia epiſco-
pi tantus honor, ac reuerentia ſicut
17 epiſcopo tanquam minori lumini,
per luminare maius ſuperueniẽs ob-
ſcurato, vt in ſimili Foller.ſuper con
ſtit.regni.c.honorem, & latius Cara
uit.ritu 48.num.5.pulchre Afflict.ſu
per eiſdem cõſti.rub.de prob. exper.
Med.in conſt.vtilitati, nume.quinto.
Sic etiam intelligi, & declarari poſ-
ſunt dicta deciſ.in dicto c.ſane, cum
cæteris



cæteris ſuperius relatis. Non autem,
quod Vicarius non debeat honorari
etiam epiſcopo præſente ſi non ex
alio, ſaltem quia eſt iudex eccleſiaſti
18 cus ſpectabilis, & de medijs magi-
ſtratibus, cui propterea honor debe-
tur.c.vt debitus honor iudicib.defe-
ratur, vbi Canoniſtæ hoc not.ext.de
appel. Ant.de Pret.d.tract.de iuriſd.
epiſ.c.6.nu.46.poſt Spec.de iuriſdic.
om.iud.verſ.medij ſunt.
19 Quarto declaratur, vt non proce-
dat de conſuetudine, ſecundum quã
indiſtincte ſeruatur, quod Vicarius
gaudeat epiſcopi immunitate, ut te-
ſtatur Alex.in d. rub.nu.14.poſt Car
din.in clem.1.de off.vic.Fel.in d.cap.
cum olim, el 2.in princ.extra de offi.
deleg.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi præcedere debet Archi diaconum.*
*Ampliatur etiam ſi conſuetudo extaret in contrarium, nu. 5.*
*Contra, nu.6.*
*Ampliatur, nu.7. cum ſeq.*
*Declaratur, num.18.cum ſeq.vſque ad finem.*
*Conſuetudo, quod Archidiaconus præcedere debeat Vicarium epiſcopi, eſt deteſtabilis, nu.6.*
2 *Epiſcopus componere debet cõtrouerſias præcedentiæ omni appellatione remota.*
3 *Vicarius epiſcopi facit idem conciſtorium cum epiſcopo. Aſſociatur illi in iuriſdictione.*
*Repræſentat reuerentiam epiſcopalem.*
*Gradus medius non datur inter epiſcopum, & Vicarium.*
*Tribunal perſona caput corpus agens, & actio.*
*Epiſcopi dicuntur eſſe Vicarij.*
4 *Vicarius eſt honorandus ſicut epiſcopus in loco, ſeſſione, & in alijs.*
7 *Archidiaconi priuilegium obtinendi primam ſedem poſt epiſcopum non habet locum reſpectu Vicarij.*
8 *Vicarius epiſcopi præcedere debet omnes prælatos epiſcopo inferiores, & numero 10.*
*Contra, nu.9.*
11 *Vicarius epiſcopi præcedere debet Canonicum etiam epiſcopum.*
12 *Vicarius præfertur Archidiacono, etiam epiſcopo præſente, & nu.14.*
*Contra, nu.13.*
15 *Iudici debetur reuerentia tam in aſſurgendo, quam in ſalutando.*
16 *Officialis poteſt punire arbitrariè illũ, qui ei non exhibet reuerentiam.*
17 *Vicarius epiſcopi Canonicus ſtare debet in loco ſuo, nec præcedere antiquiores.*
21 *Archidiaconus Præpoſito præfertur, niſi repugnet illi conſuetudo.*

## QVAESTIO XXV.

Magna etiam cõtentio ex dignitate vicariatus in dies oriri ſolet tam in eccleſijs, quã etiam in proceſſionibus ſuper præcedentia Vicarij epiſcopalis, & Archidiaconi. Pro qua adeo ſtrenue pugnant hincinde Canoniſtę, vt negari non poſſit quin dubia ſi huiuſmodi quæſtio, ſicut exorditur Io.Picar.in reſponſo edito ad fauorem Archidiaconi Raguſiæ inter conſi.Menoc.volu.1. Quia alij, vt ipſe refert rem propriam egerunt, & alij videntur annuiſſe precibus eorum, qui ambulantes in vanitate ſenſus ſui, amant primas cathedras in ſynagogis. in hoc igitur conflictu duo egregia edidit reſponſa Iacob. Menoch.admirabilis tempeſtate noſtra, I.C. alterum ad fauorem memorati Archidiaconi Raguſiæ, quod eſt 51. volumine primo, cui etiam ſubſcripſerunt alij celebres. I.I.C.C. & alterum ad fauorem Decani eccleſiæ Bellunenſis, quod eſt 257. volumine tertio, quorum

omnium argumenta,rationes & au-
ctoritates prætereo, quia nouiſſime
etiam prodijt in lucẽ ſpecialis tracta-
tus de huiuſmodi præcedentia a Io.
Iac. Melillo de quo dicam inferius.

1 At Vicarium epiſcopi eſſe Archi-
diacono præferendum, probat late
Abb.ad fauorem Vicarij epiſcopi Bo
nonien.conſi.21.per totum,volum.1.
quem ſequitur Fel.in rub. nu. 10.ex-
tra de maior.& obed. Iaſ.in l. de qui-
bus,nume.69.ff.de leg. Boer. in trac.
de auc.magni conſ. nume. 77.in fine
Rebuf. in prac. benef. titu. de Vica.
epiſc. numero. 7. Caſſan. catal. glor.
mun.par.4.conſid.46.poſt Fel.in c.ſta
tuimus,extra de maior. & obed. Io.
de Arnono ſing.28. vbi appellat Ara
chidiaconos qui volunt præcedere
Vicarium Generalem epiſcopi teme
rarios & arrogantes Staphil. de lit.
gra.2. par. de modo & forma impetr.
ver.2.dubitatur,fol. 58. & in alia.im-
preſſ. 47. quem refert & ſequitur A.
M.Papaz.in apoſt.ad Rot deci.1.alias
47.tit.de offic.Vic.in no. Card.conſi.
33.in hac dubia.& conſi. 63.in eccle-
ſia.Domini.in c.ſi.de offi.leg.in ſexto
quos refert & ſequitur Pet. And.
Gambar. trac.de offic. & poteſt.leg.a
lat.lib.3.nu. 109.Ant.de Pret.qui fuit
Vicarius Archiepiſcopi Florentini
in trac.de Iuriſd.ep.c.6.nu.41.poſt Ia
cob.Cun.ſeniorem, & alios & in c.5.
in fine. Hãc etiam partẽ tenet Roc.
curt.de conſuet.cap.vlt.nu. 110.Hen
ric.Bott. in trac. de Syno. epiſ.par.3.
nume.20.Card.Iacobat.trac.de Con-
cil.pag.67.col.1.& pro hac parte con-
tra Archidiaconum Lunẽſis & Satra
nenſis eccleſiæ,reſpondit Bero. conſ.
22. per totum, volum. 1.ſic etiam ex
facto pro Vicario deciſum fuiſſe con
tra Decanum eccleſiæ Bellunenſis in
qua nec Archidiaconus, nec Archi-
presbiter aderat, refert Menoc.dica
conſ.257.nume.94.Paul.Fuſc.trac.de
viſit.& reg.eccleſ. c.2. nume.19.lib.1.
Cucc.inſt.Iur.can.titu.8.de Vic.epiſ.
nu.29.li. 2. & hęc eſt cõmunis opinio
vt teſtatur Io. Iac. Melill.in ſuo trac.
de Præced. Vica.c.1.& c.4.per totum.
Quæ fuit etiam obſeruata per domi-
nos de Rota Florentina in fauorem
Vicarij contra capitulum coram Re-
uerendiſſimo epiſcopo cum expenſa
rum reſtitutione, prout refert Ant.
de Pret.d.c. 2. in fine.Nec non hodie
contra Archidiaconum & Archipres
biterum in Grammathophilacio Ar
chiepiſcopali Iadere litteris publicis
relata & in Archiuio epiſcopali Ve-
glenſi, & denique in cõſtitutionibus,
& decreto Prouincialibus Iadere edi
tis aucto.apoſtolica confirmatis & de
mum aſſiſtente Reuerendiſſimo epi-
ſcopo Veronen. Viſitatore apoſtoli-
co fuit per ipſos Reuerendiſſimos
Patres ſtatutũ Generalem epiſcopi
Vicariũ Archidiacono ac cæteris di-
gnitatibus & Canonicis eſſe præfe-
rendum & principem locum in ec-
cleſia habere poſt epiſcopum & thu-
rificari pacemque ante alios oſculari
ſecundum Melill.dicto c. 4. & ab hac
ſententia non puto recedendum
tum quia communis eſt & ex facto
obſeruata vt ſuperius dictum fuit per
memoratos epiſcopos ad quos ſpe-
2 cta controuerſias præcedentię huiuſ-
modi componere omni appellatione
remota ex decreto Concil. Trid.c.14.
ſeſſ.25.de regular.& nõ ſolũ auctori-
tatib. verũ ẽt rationibus cõprobatur
Nam Vicarius epiſcopi facit idẽ cõci
3 ſtorium cũ epiſcopo,dicitur illi aſſo-
ciari in Iuriſd.repræſentare reueren
tiam epiſcopalem, nec datur medius
gradus in diœceſi inter epiſcopum &
Vicarium tanquam tribunal vnius ſit
tribunal alterius, perſona vnius ſit
perſona alterius, vnum ſit eorum ca-
put, vnum corpus,vnum agens &
vna actio, & ſit tanquam epiſcopus
4 honorandus in loco, ſeſſione & alijs
capitu. ſecundo,cum glo.de conſuet.
in ſexto, capitu.Romana, de app. eo.
lib. gloſ. in clementina ſecunda





vbi Doct.de reſcrip.cap. in noua,16.
quæſt.7.c.præcipimus,ibi ſicut illius
locum tenens honorabitur.Hoſtien.
in proœm. ſummæ, Gemin. in cap. ſi
contra,num.7.Franc.in 4.not.de off.
deleg.lib.6.Alber. in Dictionario in
ver. Vicarius ſeu vicem alterius ge-
rens,Rom.ſing.362. Ruin.conſ.148.
nu.1.par.1.Abb.d.conſi.21.nume.2.
& 3.Boer.dicto tract. de auct.magni
conſi.num.66.Caſſan.de glor.mundi
dicta par.4.conſid.46. Lancello.Inſt.
iur.cano.de off.Vic.in princ.Anton.
de Pret.d.c.6.num.44.cum ſeq.ſub-
dens, nu.46. quod ſicut Papa Chri-
ſtum repræſentat,& facit idem tribu
nal cum Chriſto, & omnibus poſt
Chriſtum honoratur,ita Vicarius re
præſentat epiſcopum.facit idem tri-
bunal cum epiſcopo, & omnib. poſt
epiſcopum præhonoratur ſi magna,
(vt ipſe inquit)paruis componendo,
& latius, capitulo ſeptimo, per to-
tum, vbi vnitatem epiſcopi, & Vi-
carij comprobat, cum alijs argu-
mentis pro hac parte relatis,per Be-
ro.d.conſi.22. Menoc.d.conſil.51.&
257.vol.3. Picar. poſt dictum conſil.
51.nu.11. cum ſeq.Melill.d.c. 1. & 5.
& Cucc.d.tit.8.de Vic. epiſ.num.29.
poſt Corrad. de off. & poteſt. Vicar.
nume.14.& alios ſuperius relatos,&
nume.30.vbi egregie confutat argu-
menta contraria, & ſtylum Cancella
rię,de quo reſcripta ſummi Pontifi-
cis directa ad Vicarium,& Archidia
conum, ſeu Archipresbiterum, vel
omnes ſimul,& coniunctim directa,
prius Archidiaconum,& Archipreſ-
biterum compellunt.

5 Ampliatur ſupradicta concluſio
etiam ſi conſuetudo,vel ſtatutum ex
taret in contrarium,Abb.dicto con-
ſilio 21.Iaſ.in dicta l.de quibus, nu-
me.69.Felin. in dicta rub. nume. o.
& in dicto cap.ſtatuimus, Caſſan. di-
cta conſiderat.46.Ioan. de Arno. di-
cto ſing 28.Roc.Curt. dicto tract.de
conſuetu. cap.vlt.nume.110.Henric.
Bott.de ſynodo epiſc.par.3. num.20.
Staphil.de lit.grat.& in tit.fol.58.Re
buff.in pract.benefic. titu. de Vicar.
epiſc. nume.7.Bero. dicto conſil 22.
nume.20.volumine primo, Melill.d.
c.5.nu.3.

6 Et quamuis cõtrariam partem de-
fendit Corn.conſi.193.num.14 cum
ſeq.volumine ſecundo, referens in
eccleſia Peruſina vigere conſuetudi
nem contra Vicarium, quem ſequi-
tur Menoc.dicto conſi.51.nume.52.
Picard. dicto conſi.52.nume.17.refe
rens in Burgundia, & in Ciuitate E-
duen. non tantum Archipresbite-
rum, & digniores, ſed etiam omnes
canonicos ſemper Vicarium præce-
dere,poſt Caſſan dicta conſidera.46.
& idem Menoc.dicto conſi.257. nu-
me.36.cum ſequen.qui hanc partem
acerrime tuetur, quando conſuetu-
do uiget cõtra Vicarium poſt Boer.
tract.de ordin.grad.vtr.for.par.1.nu-
mero 12.Vbi dicit,quod ſtante con-
ſuetudine præpoſitus præfertur Ar-
chidiacono etiam electo Vicario epi
ſcopi de mente Ioan. Andr.in capit.
penul.de offic.deleg. in ſexto,ubi di
cit ſe ita conſuluiſſe in eccleſia Tau-
rinenſi, firmat Rim.iun.conſi.151.nu
me.14.in ſecundo, Gemin.inter con
ſil. Purpu.540.numero primo,ſecun
do,decimo, & ſequen.vol.1.& ex fa-
cto Vicarium Illuſtriſſimi Patriar-
chiæ Venetiarum non anteferri Ar-
chipresbitero ſuæ cathedralis: Nec
Vicarium epiſcopi Patauini,nec Pe-
ruſinum, & Eugubinum præferri Ar
chipresbiteris, & Archidiaconis,re-
fert Menoc. d.cõſ.257. nu.45.46 52.
cum ſeq.& 67.Extendens huiuſmo-
di concluſionem,nu.30 & 78.in Ab-
bate quoad diuina poſt Abb.in c. ex
ore,not.4.de priuil.Dec.conſ.61.nu
me.1.Bott.de ſyno.par 1.nume.22. &
par.3.nu.15.Cucc.d.titu.8. de Vicar.
epiſ.nu.29.

Tamen præcedens opinio eſt ma-
iori Doctorum calculo fulcita,& cõ-

munis, deteſtabiliſque probatur iſta
conſuetudo tanquam ratione carẽs;
& ex quadam ambitione, & ſtultitia
inducta, contrariaque primo iuri di
uino, ſecundo ordini naturali, tertio
iuri Pontificio, quarto iuri Cæſareo,
vt probant Abb. Fel. Caſſan. Io. de Ar
no. Staphil. Rebuff. & Melill. in locis
ſuperius citatis.

7 Secũdo ampliatur etiam ſi Archi-
diaconus haberet priuilegium obti-
nendi primam ſedem poſt epiſcopũ,
Abb. d. conſi. 21. num. 5. Declarans il-
lud priuilegium reſpectu aliorum
clericorum non habentium iuriſdi-
ctionem in Archidiaconum, non au
tem reſpectu Vicarij, argu. c. ex ore,
vbi idem Abb. de priuil.

8 Tertio ampliatur, vt nõ ſolum de-
beat præcedere Archidiaconum, ue
rum etiam Abbates, Archipresbite-
ros, Canonicos, & alios Prælatos epi
ſcopo inferiores. Nam ſi prælatio iſta
non habet locum reſpectu Vicarij
epiſcopalis, ſed reſpectu clericorum
ſecundum Abb. in d. conſ. 21. num. 5.
Vicarius eſt præferendus Abbati eiſ
dem rationibus quibus Archidiaco-
no, quamuis Abbas immediate poſt
epiſcopum ſtare debeat, & alijs præ-
latis citra epiſcopum præferri. d. c. ex
ore, vbi Abb. nu. 3. ext. de priuil. Dec.
conſil. 161. cum relatis per Picard. d.
conſil. 52. & hanc partẽ ſecutus fuit
Mant. in tract. de Concil. nu. 121. Me
lill. d. c. 4. per totum, & c. 5. poſt Ant.
de Pret. d. c. 6. nu. 55. Pauin. tracta. de
poteſta. cap. ſede vac. 2. par. prin. q. 10.
nu. 17. dicens cõſultum fuiſſe pro Vi
cario Paduano contra Canonicos fir
mat contra Archipresbiterum Diu.
deciſ. Rot. manuſcr. 278. Et quamuis
9 Picar. ſentiat contrariũ in d. conſ. 52.
nu. 131. poſt Bott. in trac. de ſyno. par
te 3. nu. 15. & Menoc. d. conſ. 257. nu-
10 me. 30. & 78. Tamen præcedens opi-
nio videtur magis uera eiſdem ratio
nibus, quæ contra Archidiaconũ ſu-
perius relatę ſunt. Nã Vicarius om-
nib diœceſanis præfertur poſt epm
vt multis cõprobat Caſſa. de glo. mũ.
d. par. 4. conſid. 46. & Mel. d. c. 4. Cuc.
d. tit. de Vic. epiſ. nu. 29. 30. cum ſeq.

11 Quarto ampliatur etiam ſi Cano-
nicus eſſet epiſcopus, quia adhuc Vi
carius illi præferri debet, ea ratione,
quia ille epiſcopus non ambulat in
proceſſionibus, nec ſedet in choro,
vt epiſcopus, ſed ut canonicus, Ant.
de Pret. d. c. 6. nu. 55.

12 Quinto ampliatur etiam epiſcopo
pręſente, Ant. de Pret. d. c. 6. quem ſe
quitur Mel. in d. c. 4. nu. 2. & 5. & alias
in choro, & proceſſionib. pręſente ẽt
epiſcopo fuiſſe deciſum Vicariũ vni
uerſis canonicis, & Decano eccleſiæ
Bellunenſis, refert Meno. d. cõſ. 257.
nu. 94. vol. 3. Et quamuis ad fauorem
13 Decani pro quo cõſulebat huiuſmo
di concluſionem deſtruere conetur,
prout etiam in d. conſ. 51. nu. 46. cum
ſeq. & 56. & Picar. d. conſ. 52. nu. 69.
cum ſeq. & nu. 94. cum alijs ſequen.
14 Tamen dictis illorũ reſpondit Mel.
in d. c. 4. nu. 2. & 5. Quib. etiam addo
Vicariũ epĩ dici ſuperiorẽ, ſicut epũs
& ſpectabilem, atq; de medijs magi-
ſtratib. vt dixi ſup. q. 24. hoc eod. lib.
nu. 2. atq; ideo etiã præſente epõ ho
norandum. c. vt debitus honor iudici
bus deferatur, ubi Canoniſtę hoc no
tant, ext. de app. Ant. de Pret. d. trac.
de iuriſ. epiſ. c. 6. nu. 46. poſt Spec. de
15 iuriſd. om. iud. verſ. medij ſunt. & de
reuerẽtia, quæ iudicib. debetur tam
in aſſurgendo, quam etiã in ſalutan-
do late Caſſan. in catal. de glor. mun.
par. 1. conſid. 2. in fi. pulchre Carauit.
ritu. 6. nu. 10. cũ ſeq. Vbi etiam pro-
16 bat arbitrarie puniendos, qui nõ ex
hibent reuerentiã officialib. in aſſur-
gẽdo, & ſalutãdo, & præeminentiã vi
carij locũ habere tã epõ præſente, q̃
abſente cõtra Archidiaconũ probat
etiam Cucc. d. tit. de vic. epiſ. nu. 33.
cum ſeq. ſubdens ineptum eſſe illum
mihi antecellere, in quem ius dicere
poſſũ, ſeu adſit, ſeu abſit epiſcopus

17 Decla-



17 Declaratur, quando Vicarius epi-
ſcopi eſſet canonicus, quia tunc ſede
bit in loco ſuo, Fel. d. rub. nu. 4. in fi.
ext. de maior. & obed. Boer. tract. de
auc. magni conſil. num. 66. & de grad.
vtr. fo. nu. 20. Caſſan. d. 4. par. conſid.
45. Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſu 68.
nu 23. & d. conſil. 51. nu. 43. ubi Ga-
ſpar Fabia. in ſubſcrip. nu. 156. Barba.
tract. de præſt. Card. num. 32. in 1. q.
Capic. deciſ. 27. nu. 27. Pauin. de po-
teſta. cap. ſede vac. 2. par. princ. q 10.
ver. an autem vicarius capituli, Rim.
ſen. conſ. 93. nu. 31. Melill. d. c. 6. nu. 8.
vbi ſi Vicarius canonicus incedat in
apparatu clericali, cũ ſuperpelliceo,
& zamparda non præcedet alios anti
quiores, firmat Loffred. in paraphr.
feud. col. 4. verſic. nec obſtat ſextum.
Caputaq. deciſ. 306. nu. 2. par. 1. Diu.
in deciſ. Rotæ manuſcrip. 278.

18 Secundo declaratur, quando Vica
rius epiſcopi eſſet presbiter, & in or
dine ſacerdotali conſtitutus: tunc. n.
eſt præferendus Archidiacono, &
Archipresbitero etiam in his, quæ
ſunt ordinis, & ratione ordinis com-
petunt, vt reſp. Bero. conſi. 22. nu. 32.
& 39. & per totum conſilium.

Hæc tamen declaratio mihi vide-
tur periculoſa, q̃a licet Vicarius epi-
ſcopi, nõ ſit ſacerdos, gerit tamen vi-
ces epiſcopi, & eãdem pręrogatiuã,
ut ſcripſi ſupra, q. 24. Et ideo in his,
quę forum ſacerdotale non reſpiciũt
putarem adhuc Vicarium Archidia-
cono præferendum, cum rationes, &
argumenta ſuperius relata contra Ar
chidiaconum militent etiam ſi Vica
rius non ſit ſacerdos.

19 Subdeclaratur, quãdo extaret ſta-
tutum, quod in locum epiſcopi, Ar-
chidiaconus celebret ſolemnia, quia
tunc Archidiaconus in celebratione
præfertur Archipresbitero, & Vica-
rio epiſcopi, Dec. conſ. 664. Decian.
reſp. nu. 20. in 2.

20 Tertio declaratur, vt nõ procedat
in Vicario capituli ſede vacãte, quia
illi Archidiaconus eſt præferendus
ex dictis per Io. And. & Domin. in c.
fi. de off. lega. in 6. Vbi quando adeſt
cõſuetudo Præpoſitus pręfertur Ar-
chidiacono etiam ſi Archidiaconus
gerat epiſcopi vices ſede vacante, ſe-
quitur Fel. in rub. nu. 10. ext. de ma-
ior. & obed. referens ita conſuluiſſe
Io. And. in eccleſia Taurinẽ. pro Prę
poſito contra Archidiaconum, cum
apoſt. ibi in ver. præpoſito, nu. 4. in fi.
Boer. trac. de auc. magni conſ. nu 66.
& 70. & de ord. grad. vtr. fo. nume. 21.
Licet aliàs remota conſuetudine de
iure Archidiaconus præferri debeat
21 Prępoſito, ſecundum Rot. deci. 451.
in fi. in no. & Bal. conſ. 387. per totũ,
vol. 1. Boer. trac. de auc. magni conſi.
nu. 70. Meno. d. conſi. 51. nu. 51. vol. 1.
quidquid dixerit Pauin. in d. q. 10.
nume. 16.

22 Quarto declaratur, ut procedat,
quãdo Archidiaconus, & Archipreſ-
biter ſubditi ſunt Vicario: ſecus ſi ei
ſubditi non ſunt, vt ſi Vicarius Pa-
pienſis, & Archidiaconus Cremonẽ-
ſis aliena in dięceſi de loco priore cõ
tendunt, tunc enim præcederet Ar-
chidiaconus, non ſi uterque eidẽ epi
ſcopo ſubſit. ita ſcribit Cucc. d. tit. de
Vic. epiſ. tit. 8. nu. 35.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopalis dignitas eſt ſupra omnes alias quantumcunque potentes.*
2 *Imperator ſubeſt epiſcopo*
3 *Epiſcopus eſt conſtitutus ſupra omnes gradus.*
4 *Eſt caput ciuitatis, & diæceſis in ſpiritualibus.*
5 *Vicarius epiſcopi præcedere debet iudices, & magiſtratus ſeculares, & nume. 18. cum ſeq.*
*Declaratur, nu. 21. cum ſeq. & 24. cum ſeq. & 26. cum ſeq. & nu. 33.*
6 *Vicarius epiſcopi præcedere debet in eccleſia quamlibet aliam dignitatem primam poſt epiſcopum.*

 7 *Iuriſ-*

7 *Iuriſdictio eccleſiaſtica, vel ſpiritualis eſt maior temporali.*
8 *Iudex animarum eſt dignior iudice ſeculari, & nu. 13.*
9 *Iudices, & magiſtratus laici non clericis ſed laicis præferuntur.*
10 *Laici clericis ſunt inferiores.*
11 *Maior tanto quis eſt, quanto melioribus præeſt.*
12 *Sacerdotali poteſtati omnes homines a lege Chriſti ſubiecti ſunt.*
14 *Sacerdotes ſunt Patres, & Magiſtri Regum, & Principum.*
15 *Angeli Domini exercituum.*
16 *Si vinco vincentem te, vinco te.*
17 *Vicarius epiſcopi dicitur ſpectabilis, & de medijs magiſtratibus.*
19 *Priuare poteſt officijs ſeculares officiales in concernentibus fidem.*
22 *Aequiparatur legato proconſulis in temporalibus.*
*Contra, nu. eod.*
25 *Eccleſia quoad feudalia, quæ habet a Domino temporali, legibus eiſdem feudalibus ligatur.*
27 *Præſides Prouinciarum comparantur Archiepiſcopis, & Proconſulibus.*
28 *Gubernator vrbis præfertur Vicario, qui non ſit Cardinalis.*
29 *Gubernatores Ciuitatum gerunt vices Papæ.*
30 *Gubernator Peruſiæ eſt maior Vicario Epiſcopi.*
31 *Gubernator Beneuenti eſt maior Vicario Archiepiſcopi.*
*Contra, nu. 32.*

## QVAESTIO XXVI.

SEd adhuc in ambiguo verſamur
pro ſequendo Vicarij epiſcopalis
prærogatiuam, an etiam precedere
debeat Iudices, Pretores, Locatenẽ-
tes, Rectores Ciuitatum, Guberna
tores, & alios ſimiles Magiſtratus ſe-
culares? Nam ſi dignitatem epiſcopa
1 lem præ oculis habemus, quæ eſt ſu-
pra omnes alias quantumcunque po
tentes. c. ſolitæ, vbi Canoniſtæ, ext. de
maior. & obed glo. in c. decernimus,
de ſent. excom. in 6. Io. Hugo tracta.
de off. qua præla. 4. par. cap. qualis ſit.
2 fac. Imper. probans ex alijs Imperato
rem epiſcopo ſubeſſe, Conc. Triden.
c. 1. ſeſſ. 24. in decreto de reforma. &
ſeſſ. 25. cap. 17. poſt c. venerabilis, ex-
3 tra de præb. Vbi quod epiſcopus eſt
conſtitutus ſupra omnes gradus, &
4 eſt culmen dignitatis, & primus, &
caput in ſua diœceſi, Fel. rub. num. 9.
circa medium, ext. de maio. & obed.
Picar. inter conſi. Menoc. 52. nu. 118.
Abb. c. quoniam, nu. 2. ext. de off. or-
din. Illique primus locus primave ſe
des eſt tam in choro, quam in capitu
lo aſſignanda, & publicis actibus, ut
in dicto c. 1. & c. 17. & late Pau. Fuſc.
trac. de viſi. & reg. eccl. c. 15. nu. 4. li. 1.
5 Vicarius epiſcopi præcedere debet
ſicut epiſcopus ſupradictos, & alios
ſimiles magiſtratus ſeculares: Tum,
quia Vicarius iſte in honore præfe-
rendus eſt omnibus diœceſanis, &
honorandus ſicut epiſcopus, cuius
locum tenet, & ſpecialiter in eccle-
ſia præcedere quamlibet aliam digni
tatem primam poſt epiſcopum, c. præ
cipimus, diſtinct. 93. Hoſt. in ſummæ
6 procemio, Alberic. in Dictionario, in
ver. Vicarius ſeu vice alterius gerẽs,
Franc. Marc. q. Delphin. 45. & 619. nu
me. 3. par. 1. latius Ant. de Pret. in tra
cta. de iuriſd. epiſ. c. 6. nu. 46. Caſſan.
de gloria mundi, par. 4. conſider. 46.
& 50. & par. 7. conſider. 10. Melill. de
præced. Vicar. c. 4. & 5. nume. 3. Tum
7 etiam, quia Vicarius epiſcopi habet
iuriſdictionem eccleſiaſticam, quæ
maior eſt iuriſdictione temporali, di
cto cap. ſolitæ, vbi Canoniſtæ, & glo.
in dicto c. decernimus, & Doct. in c.
nouit, extra de iudic. c. cum ſit, extra
de æta. & qual. pulchre Boer. tract. de
auct. mag. conſi. nu. 44. Cephal. conſi-
8 lio 360. nume. 5. vol. 3. vbi quod iu-
dex animarum dignior eſt iudice ſe-
culari, & ſimpliciter iudicem eccle-





ſiaſticum eſſe maiorem iudice ſecu-
lari, not. glo. in cap. licet, de excep. in
ſexto, Lancellot. de attent. 2. par. cap.
20. de Attent. poſt inhibitionem, in
præf. quæſtio. nume. 78. Præeſt enim
Vicarius epiſcopi clericis, & ſacerdo
tibus canonicis, Archidiacono, Ar-
chipresbitero, Abbati, & alijs inferio
ribus prælatis, ut ſcribit late Anton.
de Pret. in dicto tract. de iuriſd. epiſ.
qui inſcribitur clypeus paſtoralis. c.
ſexto, a nume. 40. uſque ad finem, &
ſcripſi late in proxima quæſtione præ
9 cedenti. Laici vero iudices, & magi-
ſtratus non clericis, ſed ſecularibus
tantum præferuntur. capit. in noua;
verſ. indecorum, 16. quæſtio. 7. dicto
cap. ſolitæ, ubi Doct. de maior. & obe
dien. & in dicto cap. decernimus. Fol
ler. ſuper conſtit. regni, titu. de epiſc.
audien. cap. item ſtatuimus, 104. nu-
mero primo, cum ſequen. pulchre
Capic. deciſ. 27. nu. 23. & 28.
10 Qui clericis ſunt inferiores, dicto
cap. ſolitæ, cap. ſi quis, diſtin. 96. dicto
cap. cum ſit, de ætate, & qualitate.
11 Et quanto quis melioribus præeſt
tanto etiam maior eſt. §. nos igitur,
in Auct. de defen. ciui. Abb. conſ. 21.
nume. 10. vol. 1. Capic. dicta deci. 27.
nume. 23. Menoc. conſ. 51. nume. 10.
volum. 1.
12 Quinimo ſi lex Chriſti homines
omnes ſubiecit ſacerdotali poteſta-
ti, diſtin. 10. cap. ſuſcipitis, cum addu
ctis per Io. Hug. in dicto tract. de off.
quat. præla. par. 5. capit. de laicis erga
ſacerdotes, & ſunt ſacerdotes, tan-
13 quam iudices animarum digniores
iudicibus ſecularibus, dicto cap. cum
ſit. de æta. & qual. Cæphal. dicto con-
ſil. 360. nume. 5. vol. 3.
14 Nec non patres, & magiſtri regum
& principum, atque omnium fideliũ
ſic referente Gratiano ex epiſtola
Gregor. ad Herman. Metenſem epi-
15 ſcopum, & Angeli Domini exerci-
tuum, teſte Malath. c. & tamen ſubie
cti ſunt Vicario epiſcopi, ut ſuperius
dictum eſt, fortius erunt illi inferio-
res ſeculares magiſtratus per regu-
16 lam, ſi uinco vincentem te, ergo uin-
cam te, de qua tex. in cap. auctorita-
te, extra de conceſſ. præben. lib. ſex-
to, Abb. de Vicarij præcedentia lo-
quens in dicto conſi. 21. & ſeq. uol. 1.
Anton. de Pret. dicto cap. 6. num. 40.
17 Prout etiam, quia Vicarius epiſco-
pi dicitur ſpectabilis, & de medijs ma
giſtratibus, Specul. de iuriſdic. omn.
iud. verſ. medij ſunt, Anton. de Pret.
dicto cap. 6. nume. 46. Pauin. de pote.
capit. ſede vacan. 2. par. princip. q. 10.
num. 16. verſi. an autem Vicarius epi
ſcopi, Seyſel. in l. 1. nume. 15. ff. de offi.
18 eius. Vnde ratione medij ordinis
præcedet magiſtratus ordinis infe-
rioris, ſecundum regulam Docto. in
l. 1. ff. de offi. eius, de qua alte, Caſſan.
de gloria mun. par. 7. conſid. 1. & per
totam. Ratione autem dignitatis epi
ſcopalis, & iuriſdictionis ſpiritualis
præcedet ſicut epiſcopus alios ſecu-
lares magiſtratus ordinis maioris, vt
ſuperius dictum eſt. Et magis ad ter
minos noſtros, quod Vicarius epiſco
19 pi præſit quibuſcunque laicis officia
libus in concernentibus fidem ita, vt
illos priuare poſſit officijs, & inhabili
tare, dicit Frãc. in c. ut officium. §. de
nique, in vltimo not. poſt Gemi. ibi,
nume. 2. de hæret. in 6. & contra præ
tores ſiue Poteſtates reſpondit Bal.
20 pro Vicarijs epiſcoporum, conſil. 91.
nu. 1. vol. 1.
21 Declaratur ſupradicta concluſio
in his, quæ pertinent ad ſpiritualia,
non autem ad temporalia, Abb. in c.
conquerente, nume. 2. de off. ordin.
Marc. d. q. 147. nume. 4. cum ſeq par-
te prima, Caraui. ſuper ritu 52. nu. 6.
In his enim temporalibus vicarius
22 epiſcopi lagato proconſulis æqui-
paratur, ſecundum Bello. lib. 3. ſup-
put. cap. 10. quem taxat Hip. Rimi. in
rub. num. 15. ff. de offic. eius, ea ratio-
23 ne, quia tunc vicarius epiſcopi co-
gnitus non erat, ideo dicetur de me-

dijs magiſtratibus, & quoad tempo-
ralia præcedent eum magiſtratus
ſeculares ordinis maioris, vt ſupe-
rius dictum fuit.
24 Secundo declaratur, vt nõ habeat
locum in officialibus deputatis per
epiſcopum in ea terra, quæ tenere-
tur in feudum per eccleſiam a Re-
gia curia, vel ab alio Domino tempo
rali, quia tunc ſubſunt cuilibet Re-
gio officiali ſuperiori, Carauit. ſuper
ritu 52. nu. 6.
25 Ratio eſt, quia eccleſia quoad bo-
na feudalia, quę tenet a Rege alio-
ve Domino temporali ligatur legi-
bus feudalibus laicorum, & ſubeſt
Domino temporali, ca. verum, de fo-
ro competen. dicto cap. ſolitæ, verſi.
quod autem, de maior. & obe. Afflic.
in cap. primo, §. item ſi clericus, nu-
mero 25. & ſequen. de capitu. Conra.
Capic. d. deciſ. 27. nu. 28.
26 Tertio declaratur, ut non habeat
locum in Præſidibus, & Gubernato-
ribus Prouinciarum, & Ciuitatum
eccleſiæ ſubiectarum, qui immedia-
te creantur a ſummo Pontifice. Nam
iſti Præſides Prouinciarum compa-
27 rantur Archiepiſcopis, & Proconſu
libus, & maiores ſunt omnib. in Pro
uincijs poſt Papam, cap. cum venera-
bilis, de conſuetud. capit. mandata, &
vtrobique Canoniſtę, extra de præ-
ſumpt. l. 4. ff. de offic. Præſid. glo. in c.
Romana, in ver. canonica, de offic.
ordin. in 6. Franc. Marc. quæſtio. 617.
num. 2. par. 1. & aliàs Gubernatorem
28 Vrbis, Vicario, qui non ſit Cardina-
lis præferendum ſcribit Picar. inter
conſil. Menoch. 52. nume. 54. volu. 1.
Magna etenim eſt horum magiſtra-
tuum auctoritas dignitaſque, quia
fluunt immediate a ſummo Pontifi-
ce, vt probatur d. cap. cum venerabi-
lis, & d. c. mandata, cap. Abbate ſane,
de elect. in 6. Corn. conſi. 253. volu-
mine 3.
29 Geruntque vices Papæ, & ideo ſi-
cut Papa ſunt honorandi, Specul. de
leg. §. 1. in princ. Franc. Marc. quæſt.
Delphin. 36. nume. 4. par. 2. Et in ter-
minis pro Gubernatore Peruſiæ,
Abb. conſi. 25. ad fi. volum. 1. Dicens,
30 quod habet legati poteſtatem & eſt
maior Vicario epiſcopi, & quolibet
alio poſt Principem, & Gubernato-
31 rem Beneuenti maiorem eſſe Vica-
rio Archiepiſcopi, aſſerit Quint. Mã-
doſ. trac de inhib. quęſtio. 4. nume. 7.
& 8. quamuis rem propriam tunc
32 ageret, & dicat nihilominus Vicariũ
Archiepiſcopi Beneuenti tam in ci-
uilibus, quam in criminalibus cauſis
ſolitum eſſe Præſidi, quem Guberna
torem nuncupant, inhibere.
33 Quarto declaratur, vt non proce-
dat, quando epiſcopus eſſet præſens:
Tunc enim ſecularem magiſtratum
Vicario epiſcopi præferẽdum refert
Menoc. fuiſſe deciſum ab epiſcopo
Bellunenſi, conſil. 257. numero 94.
volum. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſeruatores, quando, & a quo depu-
tari ſoleant.*
2 *Forma deputandi conſeruatores, quæ?
remiſſiue.*
3 *Conſeruatorum facultas in quibuſdam
ſublata per Concil. Trid.*
4 *Vicarius epiſcopi conſeruator deputari
poteſt, & nu. 9.*
*Contra, nu 7. cum ſeq.*
*Ampliatur opinio affirmatiua, nu. 14.*
*Declaratur, nu. 15. & 16*
5 *Conſeruator deputari poteſt habens di-
gnitatem in eccleſia, & nu. 8.*
6 *Conſeruatorum poteſtas, qualis.*
10 *Dignitas nihil aliud eſt niſi quædã præ-
eminentia, vel quædam prærogatiua
in gradu.*
11 *Dignitas eccleſiaſtica, nil aliud eſt, niſi
rerum eccleſiaſticarum adminiſtra-
tio cum iuriſdictione.*
12 *Perſonatus eſt ſola præeminentia in ec-
cleſia ſine iuriſdictione.*
13 *Et dignitas largo modo.*
14 *Vicarius capituli ſede vacante conſer-
uator deputari poteſt.*

QVAE-



## QVAESTIO XXVII.

ET cum Romanus Pontifex vo-
lens eximere aliquos a poteſtate
Iudicis ordinarij & in ſuam tutelam
1 & cuſtodiam recipere conſueuerit
dare illis conſeruatores, vt legitur in
cap. 1. vbi Doc. & in ſpecie Anchar. in
princi. de off. deleg in 6. & conſi. 132.
col. 1. & 216. col. 2. ver. 4. Corn. conſi.
15. nu. 1. & 2. in 3. Ruin. conſi. 3. nu. 1.
2 in 4. Quorum deputandorum for-
mam ponit Quint. Mandoſ. in prax.
in forma ſig. prima par. & poteſtatem
3 in quibuſdam caſibus reſecauit Con
cil. Trid. c. 5. & 14. ſeſſ. 7. in decreto de
reform. & late de his ſcribit Paul. Fu-
ſc. trac. de viſit. & reg. eccl. c. 23. per to
tum, lib. 2. Quæro nunc ſequendo or
dinem eorum quæ pertinent ad di-
gnitatem Vicariatus, An Vicarius
epiſcopi deputari poſſit conſeruator.
Nam partem affirmatiuam tenet glo.
4 in clemen. ſecunda, in ver. delegatus
de reſcrip. quam ſequitur Io. de Li-
gnano, pro vt refert Card. nume. 22.
Anchar. col. 2. in princ. Imo. nume. 31.
in fine Abb. nume. 17. Io. Picard. con
ſi. 52. nume. 33. inter conſi. Menoc.
vol. 1. Pauin. de poteſt. capitu. ſede va
can. 2. par. princi. q. 10. nume. 6. & re-
miſſiue Nicol. Mil. in reper. in Vica-
rius epiſcopi. ea ratione quia habens
5 dignitatem in eccleſia cathedrali de-
putari poteſt conſeruator. c. fi. & ibi
Doct. de off. deleg. in ſexto. ſed Vica-
rius epiſcopi habet dignitatem, late
ſupra q. 22. & eandem habet in eccle
ſia cathedrali, cum non conſtet quod
illa dignitas ſit alterius eccleſiæ
quam cathedralis tamquam profluẽs
iure connexitatis ex dignitate epiſco
pi, arg. c. tranſlato, extra de conſtitu.
ergo poteſt eſſe conſeruator. & quia
6 poteſtas conſeruatorum non eſt or-
dinis Pontificalis, ſed fori iudicia-
lis & Iuriſdictionis contentioſę, vt
per Io. de Lig. quem refert Imo. in d.
clemen. ſecunda, numero tregeſimo
primo, poſt Anchar. col. 2. de reſcrip.
ſed iſta competunt Vicario epiſcopi
vt dicam late infra. q. 55. & 57. ergo e-
tiam poteſtas conſeruatorum.
7 Sed contrariam ſententiam ſequu
ti ſunt Paul. de Eleazar. poſt Anchar.
in d. cle. 2. Card. nume. 22. de reſcr. mo
ti ex tex. in dicto c. fi. de off. deleg. in
6. Vbi deputari non poteſt conſerua
8 tor niſi ſit epiſcopus vel eius ſupe-
rior vel habeat prælationem ſeu di-
gnitatem in eccleſijs cathedralibus,
vel collegiatis. ſed Vicarius epiſcopi
non habet in eccleſia cathedrali illã
dignitatẽ, cuius ratione deputatur
conſeruator, nempe pontificalem vt
ipſi volunt, quia quoad illam non ha-
bet idem conciſtorium cum epiſco-
pō, vt dixi ſupra q. 22. nu. 9. merito nõ
poteſt deputari conſeruator.
Non obſtat gloſ. ſupra allegata in
contrarium, quia dicit in fine, quod
eius dictum eget declaratione &
ideo non videtur in ea firmare pe-
dem, prout etiam non obſtat eius ra-
tio videlicet quod Vicarius habeat di
gnitatem in eccleſia cathedrali, quia
reſpondit Card. in d. clem. 2. num. 22.
Imola, num. 31. quod Vicarius habet
dignitatem profluentem ex Iuriſdi-
ctione epiſcopi, non autem ponti-
ficalem, vt etiam dixi d. q. 22. ſed epi-
ſcopus poteſt eſſe conſeruator, in d.
c. fi. non ratione iuriſdictionis, ſed ra
tione pontificalis dignitatis, vt ipſi di
cunt, arg. c. 1. de relig. domib. ergo Vi
carius non poteſt eſſe conſeruator
cum non habeat dignitatem pontifi-
calem. Ego tamẽ ſequor opinionẽ gl.
& aliorum qui illi adhęrent & ſen-
9 tio quod Vicarius epiſcopi poſſit de
putari conſeruator: & moueor ex
tex. in d. c fi. de offic. delega. in ſexto.
Vbi certum eſt quod habens perſo-
natum vel dignitatem in eccleſia
cathedrali deputari poteſt conſerua-
tor. Quod autem Vica. epiſcopi ha-
beat dignitatẽ in eccleſia cathedrali
pro-

·probatur tum ex ratione adducta ſu
pra per gloſ.in d.clem.2.Tum etiam
10 ꝗ adignitas nihil aliud eſt niſi q̃dā
præeminentia , vel quædam prærogatiua in gradu , ſecundum gloſ. in
c.quia nonnulli, in ver. dignitates,
extra de cler. non reſiden. Archid.
in c.1.col.1. de conſuetu. in 6. Hoſt.
in ſum.de præben.nume.2. Vant.de
null. ſent. tit.de null. ſent. ex defec.
iuriſd.deleg.num.70. Et cum Vicarius epiſcopi habeat in eccleſia cathedrali prærogatiuam , & præeminentiam,quia ne dum præeſt Canonicis , verum etiam Archidiacono
& alijs inferioribus Prælatis, vt ſcripſi ſupra q. 25. merito poteſt deputari conſeruator. Quinetiam cum
Vicarius epiſcopi habeat etiam iur ſdictionem rerum eccleſiaſticarũ,
c.Romana,vbi Canoniſtę,in prin.de
app.in 6.c.non putamus, cum glo.in
ver.videatur.vbi Arch.Franc. & alij,
de conſuet.in 6. & latius dicam , infra q.55.& 57. & adminiſtrationem,
c.petitio , & ibi Doct. extra de procur.c.in noua.ibi qui adminiſtrationibus aſſociantur. 16.q.7. c.cauſa,cũ
gloſ.in ver.habentibus , & ibi Doct.
de reſti. in integ. Certum etiam eſt
eundem in eccleſiaſtica dignitate
conſtitutũ. Nam dignitas eccleſiaſt.
11 nihil aliud eſt niſi rerum eccleſiaſticarum adminiſtratio, cum iuriſdictione,Io.And.Inno. Archid.& alij,
in c.1.num.2.& 6.de conſ.in 6. Abb.
in c.de multa, nume.21. verſ. prima
concluſio,extra de præben.Vant.de
null.ſent.ex defec. iuriſd. deleg. nume.70.Port.conſ.165.num.2. & ideo
conſeruator dari poterit.Tota difficultas eſt in reſpondendo ad rationem adductam per Card. in d.clem.
7.num.22.quæ poterit facillime confutari,ſi tex.in d.c.fi.p extraneos, &
ſubauditos intellectus nõ cauillabitur. Nam cardinalis ratio ea eſt ,
quia in Vicario non adeſt dignitas
Pontificalis quemadmodum in epiſcopo, & quod ratione ipſius Pontificalis dignitatis , quæ in epiſcopo reſidet, Conſeruatoris officium conſtituatur in ipſo . Quod in Vicario cadere non poteſt , quia caret huiuſmodi dignitate , & quoad illam non
facit idem conciſtorium cum epiſcopo. ſed ratio huiuſmodi facile poteſt
euitari, quia poſito etiam quod conſeruator deputetur rõne dignitatis
Pontificalis, tamen tex. in dicto c.fi.
non ſolum neceſſario non requirit
Pontificalẽ dignitatẽ ad deputandũ
Conſeruatorem , ſed immo requirit
ſolam dignitatẽ in ecceleſia cathedrali.Immo ſolum Perſonatum qui longe inferior eſt , cum dignitas ſit
largo modo vt infra dicam & ideo cũ
Vicarius epiſcopi habeat dignitatẽ
in eccleſia cathedrali ut ſuperius dixi,illa ſatis eſſe videtur ad officium
conſeruatoris conſequendum. Qui-
12 nimo ſi ſolus perſonatus eſt ſatis ſecundum tex.in d.c.fi. qui nihil aliud
eſt niſi ſola præeminentia in eccleſia
ſine iuriſdictione, cap. 1. ubi Docto.
& in ſpecie Arch.num. 2.de conſuet.
in 6.Rebuf.in prac.benefi.tit.benefi.
ſecul. quot. num.8.& eſt largo modo
13 dignitas, ſecundum Arch. in d. c.1.
col.1.a fortiori ſufficere debet dignitas Vicariatus,quæ continet Iuriſdictionem, auth.multo magis,de ſacro
ſan.ecc.

14 Ampliatur vt dari poſſit Conſeruator etiam vicarius capituli ſede vacãte, Pauin.trac.de pot.cap.ſede vac.2.
par.princ.q.10.nume. 6.& 16.poſt Io.
de Ligna. in d. clem. & ſi principalis
de reſcrip.

15 Declaratur vt habeat locum in Vicario Generali,ſecus in Vicario tantum in ſpiritualibus,vel Foraneo,Paui. dicta.q. 10. numero ſexto, in fine.

16 Subdeclaratur niſi adſit certa ſciẽtia Principis in litteris expreſſa,Paui.
d.nu.6.in fine per not. in c. cum nullus.§.1 de tempor.ord.in 6.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus committere poteſt eius Vicario ea quæ ſunt dignitatis epiſcopalis.*
2 *Vicario epiſcopi multa committi poſſũt, quæ alijs non poſſunt.*

## QVAESTIO XXVIII.

DIctum fuit alias ſuperius, quòd
regulariter epiſcopus non poteſt cõmittere eius Vicario, ea quæ
1 ſunt ordinis epiſcopalis . Succeſſiuè
quæro an illi committere poſſit ea
quæ ſunt dignitatis epiſcopalis. Reſpondeo quod ſic. Nam ea quæ ſunt
dignitatis epiſcopalis inferiori etiã
epiſcopo committi poſſunt, Abb. in
c.quanto,num.2. extra de conſ.in c.
accedentibus , num.2. & 3.extra de
exceſſ.prælat.Syl.in ſum.in ver. epiſcopus,num.9.Balb.de præſcr.1.par.
5.par.princip.num.5.& num.9.ad fi-
2 nem. & ideo multo magis Vicario
committi poſſunt, cui pleraq; committi poſſunt , quæ alijs non poſſunt
Fel.in c.quod ſedem,nume.2. ver.3.
caſus,extra de offi ord.Hippo. Riminal.in l.1.num.89.ff.de off. eius,poſt
alios ibi citatos.

*SVMMARIVM.*

1 *Doctoratus inſignia recipi non poſſunt, ſine Imperiali, vel Apoſtolica auctoritate.*
2 *Epiſcopi plerunque habent poteſtatem doctorandi, ex priuilegio.*
3 *Archidiaconi Bononienſi priuilegium doctorandi.*
4 *Doctorandi priuilegium competens epiſcopo non tranſit in Vicarium , niſi concedatur.*
*Declaratur,nu.8.& 9.*
5 *Specialia non veniunt in generali mandato Vicarij,nec priuilegia epiſcopi.*
6 *Doctorandi priuilegium competens epiſcopo non tranſit in capitulum ſede vacante.*
7 *Vicarius epiſcopi non omnia poteſt,quę capitulum.*
8 *Epiſcopus de iure communi habet poteſtatem Doctorandi,ſecundum Hoſt. opinionem.*
10 *Vicarius epiſcopi,tanquam ordinarius creare poteſt Notarios in ſua diœceſi .*

## QVAESTIO XXIX.

LIcet autem promoueri quis non
poſſit ad gradum doctoratus ſi-
1 ne Imperiali vel Apoſtolica aucto.ſecundum Bal. in §. hæc autem tria nume.4.& 5.in prima conſt. ff.vet. tria,
habent tamen plerique epiſcopi
2 poteſtatem doctorandi ſcholares ex
priuilegio vel iure aliquo ſpeciali
apoſtolico, ſecundum glo. in clem.2.
vbi Imo. Cardi. & Abb. numero 16.
de magiſt.Fel. in c. cum olim,numero ſeptimo, extra de maio. & obed.
qui dicit hanc eſſe communem opinionem , & eandem de conſuetudine ſeruari teſtatur Abb. in cap.tuæ,
num.3.in fine. de cler. non reſid.late Alex.conſ.110. num.2. vbi apoſt.
in ver.ſi alios refere , & de priuile-
3 gio epiſcopi, & Archidiaconi Bononienſis,in doctorando, Calde.conſi.
3.de priu.Pauin. de poteſt.cap. ſede
vacan.1.par.q.10.num.17.& de epiſcopo Vicarij Patauij, Decia. reſp.
14.nu .39.vol.1.

4 Ideo quæro,in propoſito,an iſtud
priuilegium tranſeat in Vicarium.
Reſpondeo, quod non niſi ſpecialiter ei concedatur.Nam ea quæ de iure ſpeciali competunt non veniunt
in generali mandato Vicarij, c.fi.vbi
5 Doct.de offi.Vic.in 6.Caſtrenſ.conſil.348.num.1.cum ſeq in 1.Relan.
conſi.75.

conſi. 75. nu. 20. in 3. Sicut nec illa
quę ex priuilegio competunt epi-
ſcopo, Rota deciſ. 47. in antiq. & de-
ciſ. 3. de offi. Vic. per Biſig. Put. de-
ciſ. 488. nu. 4. li. 2.

6 Prout etiam, quia priuilegium
doctorandi competens epiſcopo
non tranſit etiam in capitulum ſede
epiſcopali vacante, Card. in c. verum
in princ. vbi Abb. nu. 10. extra de fo-
ro compet. Domin. in c. 1. extra de
maio. & obed. Abb. in c. cum olim, in
fi. Fel. nu. 7. extra eodem. Alex. dicto
conſ. 110. nu. 2. & 3. cum ſeq. Rebuf.
prac. beneſi. tit. de deuolut. num. 69.
Ergo minus tranſire debet in Vica-
7 rium epiſcopi, qui non omnia poteſt
quæ capitulum, Innoc. in c. eam te,
nu. 6. & 7. extra de reſcrip. Dec. in c.
quoniam Ab. nu. 15. ver. & videmus,
extra de offi. deleg. Feder. conſi. 30.
nu. 3. Paui. de pot. cap. ſede vac. par.
1. q. 2. num. 2. & his rationibus atque
conſimilibus in Vicario capituli ſe-
dis epiſcopalis Piſanæ, quæ Paſtore
carebat, reſpondit Alex. d. conſi. 110.
per totum, & præſertim, num. 2. cum
ſeq. & nu. 15.

Declaratur, quando epiſcopus ha
beret poteſtatem ex priuilegio, ſe-
8 cus ſi iure communi ordinario, ſe-
cundum opinionem Hoſt. de qua
per gl. in cle. 2. de magiſt. Tunc enim
tranſiret in Vicarium, ſicut in capi-
tulum, vt ſcribit Pauin. d. tract. par. 1.
prin. q. 10. nu. 16. poſt Abb. in c. cum
olim, in vlt. q. extra de maior. & obe
dien. & in c. verum, extra de foro
compet.

9 Secundo declaratur, quando epi-
ſcopus eſſet abſens, quia tunc Vica-
rius ſupplere poteſt epiſcopi conſen
ſum, Archid. in c. Reatina, 63. diſtin.
Iaſ. in l. cum filiusfamilias, nu. 3. ff. ſi
cer. pet. Dec. in c. dilecti 2. nu. 2. ex-
tra de app. vbi apoſt. in ver. propter
abſentiam, probat late Rebuf. tract.
nomen. q. 14. nu. 60.

10 Tertio declaratur, vt licet non
poſſit creare Doctores præterquam
ex ſpeciali mondato, poterit tamen
creare Notarios tanquam ordina-
rius in ſua diœceſi, Hoſt. in c. cum P.
de fide inſtr. & in ſumma, eod. tit. §.
quibus. Cuius ſententiam commu-
niter teneri dicit Imo. in c. 1. de fide
inſt quem refert, & ſequitur pro capi
tulo ſede vacante tanquam ordina-
rio, Paui. de offi. & pot. cap. ſede vac.
q. 10. nu. 12.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopi, quando interſint electioni Archiepiſcopi, & ſtatutis Canonicorum.*

2 *Additi & principalis eadem diſpoſitio.*

*Declaratur, nu. 8. cum ſeq.*

3 *Capitulum ſede vacante ſuccedit epiſcopo in iuriſdictione, & facultate, interueniendi alicui electioni, de conſuetudine.*

*At contra, num. ſeq.*

4 *Vicarius epiſcopi, non habet auctoritatem interueniendi electioni & conſentiendi ſtatutis, in quibus epiſcopus interuenit, & conſentit de iure ſpeciali, & nu. 7.*

*Declaratur, nu. 13. cum ſeq.*

*Subdeclaratur, nu. 19. cum ſeq.*

5 *Specialia, & quæ ſunt contra ius commune non veniunt in generali mandato Vicariatus.*

6 *Collatio beneficiorum quamlibet aliam prouiſionem includit.*

10 *Epiſcopus, & capitulum non habent tantam communionem in his quæ de iure ſpeciali competunt, ſicut in his quæ de iure communi.*

11 *Epiſcopus, in his, quæ ſunt de iure communi dicitur ordinarius, in his autem quæ de iure ſpeciali, delegatus.*

12 *Vicarius, quando non faciat idem tribunal cum epiſcopo.*

13 *Vicarius poteſt conſenſum, & auctoritatem præſtare abſente epiſcopo, & num. ſeq.*

*Declaratur, nu. 19. cum ſeq.*

*Epi-*



14 *Epiſcopi abſentia extenditur Vicarij poteſtas, contra nu. 16.*

15 *Vicarius Cardinalis abſentis, habentis indultum præſentialitatis præſtat conſenſum.*

18 *Epiſcopus quando dicatur præſens.*

19 *Vicarius licet abſente epiſcopo præſtet conſenſum, non tamen præſtat conſilium.*

*Contra, nu. 20.*

22 *Vicarius abſente epiſcopo conſentire poteſt in caſibus tantum comprehenſis in generali mandato. At quod etiã in ſpeciale mandatum requirentibus, nu. 23.*

24 *Intellectus c. vnici. §. fi. ne ſede vacan. lib. 6. & nu. 17.*

## QVAESTIO XXX.

MVlti ſunt etiam Epiſcopi ha-
bentes iuriſdictionẽ, vel fa-
cultatẽ de iure aliquo ſpeciali vel
conſuetudine, interueniendi, & cõ-
1 ſentiendi alicui electioni vel ſtatu-
to, cap. Maſſana, cum glo. in ver. per
laicos, c. ſacroſancta, cap. cum eccle-
ſia, extra de elect. Prout de electio-
ne Archiepiſcopi eſt text. de elect.
Rom. conſ. 333. col. pe. & de ſtatutis
Canonicorum ſcribit Feder. conſi.
264. Fely. in c. ex parte, poſt numerũ
1. col. 3. verſ. an autem, de conſt.

2 Ideo quæro an huiuſmodi facul-
tas ſeu iuriſdictio tranſeat in Vica-
rium.

Et quidem poſſet prima vt aiunt
fronte dici quod ſic, quia ſicut ex
generali mãdato habet Vicarius epi
ſcopi ordinariam iuriſdictionem vt
dicam latius infra q. 55. Ita etiam vi-
detur habere iuriſdictionem additã
epiſcopi, cum idem iudicetur de
addito quod de principali. reg. acceſ
ſorium, de reg. iu. in 6. firmãt in hac
ſpecie Abb. Fel. & alij, in c. cũ olim,
10. q. nu. 5. ext. de maior. & ob. & tra
dit Rom. conſ. 345. nu. 17. cum ſeq &
hanc partem in capitulo ſede epiſco
pali vacante quod ſuccedat epiſcopo
in iuriſdictione quæ de conſuetudi-
ne competit et in facultate interue-
niendi alicui electioni tenuit Abb.
in dicto c. cum olim, num. 5.

Sed contrarium credo verius eſſe
3 Nam etiam in capitulo ſede vacan-
te hanc ſententiam veriorem dicit
Fel. in dicto c. cum olim, num. 5. refe
rens eandem firmari per Abb. ſibi cõ
trarium in c. ſcriptũ, de elect. nu. 10.
poſt gl. ibi, Hoſt. & alios, qui dicunt
communiter teneri quòd in his quæ
competunt Prælatis ratione cõſue-
tudinis, maxime contra ius inductę
vel iuris ſpecialis, capitulum ſede va
cante non ſuccedit, & idem Abb. nu.
9. & ſeq. poſt Butr. & Card. in c. verũ
extra de foro compet. & Domin. in
c. 1. ver. 11. de maior. & obed. in 6. er-
go etiam in illis Vic. non ſuccedet.
4 Quia Vic epiſcopi habet ordinariã
iuriſdictionem in his quæ competũt
5 epiſcopo de iure communi, ſecus de
iure ſpeciali vltra ius cõmune, quia
illa non veniunt in generali manda-
to, c. licet, vbi Doct. de off. Vic. in 6.
Dec. in c. quoniam Abbas, nu. 15. de
off. deleg. Fede. cõſ. 130. circa fi. Rui.
cõſ. 178. in prin. vol. 3. Rolan. conſi.
39. nu. 17. in 1. Port. conſ. 99. nu. 43.
prout etiam, quia ſicut Vicarius epi
ſcopi non poteſt conferre beneficia
ſine ſpeciali mandato; Ita nec elige-
re in eccleſia, cum ſub nomine colla
tionis beneficiorũ, quælibet alia pro
6 uiſio includatur, rub. vt eccleſiaſticũ
beneficium ſine dim. cõfer. Rebuf.
in pra. benef. ti. forma Vic. Arch. nu.
7 49. & hãc partẽ firmat expreſſe Arch.
in c. pe. per illũ tex. de elec. in 6. & in
cle. 1. de ꝓb. Fede. d. cõſ. 264 in prin.
quẽ refert, & ſeqtur Frã. in c. fi. col.
3. in 2. q poſt Io. An. ibi relatũ, de of.
Vic. in 6. Ro. ſing. 700. cũ addit. Nic.
Pignot. & cõtra Vicariũ epi Vincẽti
ni rñdit Io. Bap. Ferre. cõſ. 327. nu. 2.

Ad cõtraria rñſio patet ex ſupra-
dictis

diƈtis & ex traditis per Fel.in diƈto
c.cum olim,nu.5. Vbi dicit quod qñ
additũ non naſcitur eadem via, qua
principale, tunc non iudicatur idem
quod de ipſo principali: Pro vt etiã
quando eſt diuerſa ratio inter acceſ-
ſorium,& principale,ſecundum Hip
pol.ſi𝓏g.17.Iaſ.in l.ſi. §.fin.nu.9.ff.de
cond.indeb.Dec.in l.ſi paſcenda,nu.
14.C.de pac.Contar. in comment.l.
9 vnicæ,in 1.limi.nu.43.C.ſi à momẽt.
poſſ.fuer.app. Sicut non naſcitur ea-
dem via facultas ſeu iuriſdiƈtio, quæ
competit epiſcopo de conſuetudine
vel iure aliquo ſpeciali: Cum non
ſit tanta communio inter epiſcopũ,
& capitulum,in his,quæ ſunt de cõ-
ſuetudine, vel iure ſpeciali,ſicut ex-
10 tat in his,quę cõpetunt epiſcopo de
iure cõi, vt egregè declarat Abb.in
d.c.cum olim,col.antepen. ver.quin
to dubitatur,quod alijs ſimilib. com
probat Fel.ibi, ad finẽ d.nu.5. & idẽ
Abb.in c.verum,nu.9.extra de foro
compet.& diuerſa ratio eſt inter iu-
riſdiƈtionem,& facultatem,quę cõ-
petit de iure communi,& illam,quæ
11 de iure ſpeciali, cum in prima ſit or
dinarius,in 2. autẽ delegatus, Ioan.
And.in addi.ad Spec. tit.de offi.Vic.
Lap.in c.2.de offic. Vic. in 6. Fel.in
rub.nu.4.in 3.lim de offi.deleg. Ma-
ran.de ord.iud. d.par.4. diſt.5.princ.
nu.16.Rurſus in his, quæ competũt
12 epiſcopo iure ordinario,ſunt ipſe,&
Vicarius vnum,& idem: non autẽ in
his quę competunt epiſcopo de iure
ſpeciali, ſecundum Abb. in d.c.cum
olim, col.antep. ver.quinto dubitãt.

Declaratur,niſi epiſcopus eſſet ab
ſens,quia tunc ſufficit auƈtoritas,vel
13 conſenſus Vicarij,Iaſ.in l.cum filiuſ
familias,nu.3.ff.ſi cer.pet. vbi inquit
ſe conſuluiſſe,in caſu quo requireba
tur conſenſus epiſcopi qui aberat
ab epiſcopatu per theoricã Arch. d.
in c.Reatina eccleſia.63.diſt. Vbi di
cit quod ſi ex conſuetudine in ele-
ƈtu alicuius Prælati debet interueni
re conſenſus Regis vel Archiepiſco
pi aut epiſcopi, ſi contingat Regem
eſſe extra Regnum vel epiſcopum
extra epiſcopatũ, ſufficit habere cõ-
ſenſum Vicarij vel locum tenentis
poſt Cõpoſt. in c.quod ſicut.de elec.
qui refert ita obtinuiſſe in cauſa epi
ſcopi Cantuarien.vel Canonicorum
Rotens,quam ſententiã Archid. ſe-
quitur Ant.in d.c.quod ſicut, Bal.in
c.cum venerabilis,de conſuet. Dec.
in c.dileƈti,el 2. nu.2. ext. de app. ea
ratione ibi adduƈta quia propter ab
ſentiam epiſcopi confirmatur Vica-
rij poteſtas, c.cum nullus, §. 1.de
temp.ord.in 6.late Fel.in c.ex parte,
col.3. poſt numerum primum,verſi.
an autem,de conſt.Iaſ. in l.in prouin
ciali.§.ſi ego, num.6. ff. de no. ope.
nunc.Fran.Marc.q.Delph.619.nu.1.
& 2.par.1.& latè comprobat Rebuff.
traƈt.de nomin.q.14.num.60.Quint.
Mando. in comment.de reg. Cãcell.
reg.24. de male promotis q.6. num.
12.Dicens opinionẽ Archid.eſſe ve
riore & communẽ de mente Sarnẽ.
q.22.de Impetr.benef.vac.per obitũ
familiarium Cardinalium,& infert,
quod Vicarius Cardinalis abſentis
15 habentis indultum præſentialitatis
præſtabit.cõſenſum,& refert ita fuiſ
ſe in Rota iudicatum.

16 Sed contra hanc declarationẽ fa-
cit quia abſentia epiſcopi nõ ampliat
Vicarij facultatẽ,niſi in caſibus à iu-
re expreſſis ſecũdum Franc.c.2. col.
3.circa ſi.de offic. Vic. in 6. ſequitur
in hac ſpecie Io. Baptiſta Ferret. di-
ƈto conſi.327. num.6. Roma. ſingu.
700.cum apoſt.Nic.Pign. vbi ſequi-
tur Feder.d.conſ.264.

Verumtamen præcedens declara
tio ſuſtinetur ex ratione adduƈta
17 in d.c.cum nullus, §. 1. ibi epiſcopo
agẽte in remotis, vbi probatur quod
poteſtas Vicarij extenditur pro-
pter abſentiã Epiſcopi, quem citat
in propoſito Rebuff. diƈto traƈt. de
nominat. quæſt.14. numero 60. Vbi
etiam



etiam probat ad terminos noſtros ꝙ
18 epiſcopus dicitur præſens quando
eſt in Ciuitate vel in continentibus
ædificiis.

19 Subdeclaratur, vt non procedat
vbi conſilium requiritur, quia tunc
etiam abſente epiſcopo, Vicarius il-
lud non præſtat Feli.in d.c. ex parte,
diƈta colum.3. vbi ponit differentiã
inter conſilium & conſenſum ſequi-
tur Rebuf.in praƈt.benefi.tit. forma
Vic.archi. nu.95. Verum opinionem
20 Archid. ſuperius relatã indiſtinƈte
verã tam in conſilio quam conſenſu,
ſequitur Fel.in d.c.ex parte, colum.
3.in fine.ver.ex quibus ſequitur,poſt
Feder.d.conſi.264. Ideo in ſubdecla
ratio iſta non videtur recipienda.

21 Secundo ſubdeclaratur, vt nõ pro
cedat in conſenſu præſtando colla-
tioni beneficiorum, vt ſcribã infra
quæſt.71.

Tertio ſubdeclaratur, vt procedat
in caſibus, qui in generali mandato
22 Vicarij includuntur,quia tunc ratio
ne generalis Vicariatus poteſt epiſ-
copo abſente conſentire, vt declarat
Fel.in d.c.ex parte,col.3.poſt nume-
rum primum,ver. non obſtat diƈtum
c.vnicum, poſt Feder.d.cõſi.264.mo
tus ex diƈto c.vnico.§.fi.ne ſede vac.
in 6.Rebuf.in prac.benefi.tit. forma
Vic.arch.nu.96.

23 Hæc tamen reſtriƈtio mihi vide-
tur periculoſa, & potius deſtruere
opinionem Archidiaconi in d.c.Rea
tina,& aliorum, qui eandem ſequun
tur in locis ſuperius relatis. Quia ſi
abſente epiſcopo poſſet Vicarius cõ
ſentire in caſibus tantum compre-
henſis in generali mandato, nulla eſ
ſet differentia inter auƈtoritatem Vi
carij abſente epiſcopo, & eo præſen-
te, cum epiſcopo etiam præſente
poſſit Vicarius exercere ea quæ ve-
niunt in generali mandato Vicaria-
tus ex quo in illis habet eandem iu-
riſdiƈtionem & auƈtoritatem quam
epiſcopus,& omnia poſſit, ſicut epi-
ſcopus, Cardin. in clemen.1.q.17.de
ſcrip.Feli.in diƈto c.ex parte, colũ.3.
poſt numerum primum,ver.vnde co
gitabam. Et ideo ſi Vicarius nõ poſ-
ſet conſentire,niſi in iſtis per abſen-
tiam epiſcopi nulla Vicario daretur
facultas, & auƈtoritas contra omnes
ſupra allegatos in prima declaratio-
ne,dum volunt quod vbi ex conſue-
tudine epiſcopus debet conſentire,
eo abſente Vicarius ſupplet conſen
ſum tanquam epiſcopi abſentia, il-
lius poteſtas fuerit confirmata ſecũ-
dum Dec.in diƈto c.dileƈti. el 2. nu-
me.2.de appel.per tex.in c. cum nul
lus.§.1.de temp.ord. lib. 6. Nec ob-
ſtat tex.in diƈto c.vnico.§.fina. Quia
licet exprimat conſenſum epiſcopi,
nec eo abſente dicat quidquam de
conſenſu vicarii. Non tamen ſequi-
tur quod ſit excluſus conſenſus Vi-
carij, vt per allegatos in diƈta prima
declaratione.

24 Prout etiam Reſpondetur quòd
tex.in diƈto §. fina.loquitur de conſi
lio quod differt à conſenſu, ſecundũ
glo.in diƈto §.fina.in ver. cum conſi-
lio, vbi Doƈt. & late Fel.in diƈto cap.
ex parte,colum. 3. poſt numerũ pri-
mum,ver.an autem,& dixi etiam ſu-
pra,& ideo nõ eſt ita de vno ad aliud
inferẽdum,ſicut etiam & tertio Re-
ſpondetur quòd ille tex. loquitur de
conſenſu vel cõſilio ad collationem
beneficiorum,in quibus Vicarius ni
hil agere poteſt ex generali manda-
to propter ſpecialem prohibitionẽ,
de qua in c.fin.vbi Dec.de offic. Vic.
in 6.Et ita illum text.declarat Fel. in
diƈto c.ex parte.colum.3.poſt nume
rum primum, ver. ſecundo reſpon-
deo. Nec aliter loquitur Fed. d. con
ſi.264.quem ita Fel.ſaluat in d.col.3.
ver.& ita ſaluo Feder.

*SVMMARIVM.*

1 *Dignitatem nouam creare pertinet ad Papam.*

*Cane-*

2 *Canonici, quando poſſint in eorum eccleſia creare dignitatem non nouam, vt Archidiaconatum, & Archipreſbyteratum.*

4 *Vicarius epiſ. ſine ſpeciali mandato non poteſt interponere auctoritatem in creatione dignitatis.*

*Nec ius patronatus creare.*

*Contra, nu. 3.*

*Ampliatur, num. 5. cum ſequen. vſque ad ſinem.*

5 *Vicarius epiſcopi ſine ſpeciali mandato, non poteſt in laicum transferre ius patronatus.*

*Etiam epiſcopo abſente à Ciuitate, numero 6.*

*At contra, nu. 7. remiſſiue tamen.*

8 *Conſenſus tacitus epiſcopi non ſufficit in creatione iuris patronatus.*

9 *Mandatum Vicarij cum expreſſione aliquot ſpecialium non ſufficit in creatione iuris patronatus.*

## QVAESTIO XXXI.

ET quamuis creare dignitatem
omnino nouam pertineat ad Pa-
1 pam, c. 1. 22. diſt. Abb. in c. cum acceſ
ſiſſent, nu. 4. fol. nu. 14. extra de cõſt.
Poſſunt tamen Canonici creare in
ſua eccleſia dignitatem non nouam,
2 prout Archidiaconatum, vel Archi-
presbyteratum, modo auctoritas epi
ſcopi interueniat, & dos pro tali di-
gnitate conſtituatur, d. c. cum acceſ-
ſiſſent, vbi Canoniſtæ, & in ſpecie,
Abb. d. nu. 4. Fel. d. nu. 14. cum ſeq.
Dec. nu. 9. poſt Hoſt. Domi. Io. And.
& alios ibi relatos, & conſuluit Cor
ne. conſi. 193. nu. 19. in ſecundo.
3 Ideo quæro modo, an ſufficiat au
ctoritas Vicarij, & an habeat poteſta
tem creandi ius patronatus, à princi
pio ex cauſa dotis, cõſtructionis, vel
fundationis. Et pro Vicario epiſco-
pi Vincẽtini reſpondit Port. conſi.
99. nu. 43. ratione identitatis, quam
Vicarius habet cum epiſcopo, vt ſæ-
piſſime alias dictum fuit.
4 At quod Vicarius huiuſmodi au-
ctoritatem non poſſit interponere
ſine mandato ſpeciali probat Domi.
poſt Io. de Deo, in c. fi. de off. Vic. in
6. Fede. cõſ. 264. ſi Canonici, in prin.
Lap. alleg. vlt. quem refert Fel. in d.
c. cum acceſſiſſent, nu. 15. Dec. nu. 9.
& Calder. conſ. 3. de offi. Vic. & con-
tra Vicarium epiſcopi Vincentini
reſpondit Io. Bapt. Ferret. conſ. 324.
nu. 4. & latiſſimè, conſ. 343. nu. 3.
5 Ampliatur, vt nec etiam poſſit
transferre ius patronatus in laicum
titulo donationis ſine conſenſu epi-
ſcopi, Io. Bapt. Ferret. d. conſi. 327.
nu. 4. & d. conſ. 243. nu. 3. 4. 7. 8. cum
alijs ſeq. & per totum conſilium poſt
Calde. conſi. 1. de off. Vic. & conſ. 3.
eo. tit. & in Vicario epiſcopi Bono-
nien. Burſar. conſ. 310. nu. 27. & tra-
dit Din. deciſ. Rot. 147.
6 Ampliatur, etiam ſi epiſcopus eſ-
ſet abſens à Ciuitate, vel diœceſi, vt
reſpondit contra Vicarium epiſcopi
Vincentini Io. Bapt. Ferret. d. conſi.
327. nu. 6. ea ratione, quia abſentia
epiſcopi non ampliat facultatem Vi
carij niſi in caſibus à iure expreſſis
poſt Fran. in c. 2. col. 3. circa finem,
de offi. Vic. in 6.
7 Sed quod abſente epiſcopo Vica-
rius conſenſum præſtare poſſit, dixi
late ſupra prox. q. 9. præced. num. 13.
cum ſeq. vbi vide.
8 Tertio ampliatur, vt minus ſuffi-
ciat tacitus conſenſus epiſcopi. Io.
Bapt. Ferret. d. conſi. 343. nu. 3. poſt
Abb. in c. cura, in fine, extra de iure
patro. contra Card. ibi, & nu. ſeq. &
per totũ conſilium, & cõſ. 345. nu. 5.
9 Quarto ampliatur, etiam ſi Vica-
rius haberet mandatum, cum expreſ
ſione aliquot ſpecialium ſecuta clau
ſula generali, Ferre. d. cõſ. 327. nu. 7.

*SVMMARIVM:*

1 *Vicarius epiſcopi ſine mandato ſpeciali nouum beneficium in eccleſia creare non poteſt.*



## QVAESTIO XXXII.

1 MInus etiam creare poteſt Vica-
rius epiſcopi, nouum beneficiũ
in eccleſia, ſicut nec conferre ſine ſpe
ciali mandato, vt huiuſmodi argumen
to probat Io. Andr. in ca. fi. quem re-
fert & ſequitur ibi Franc. col. 2. in 2.
q. de off. Vic. in 6. Io. Bap. Ferrett. con
ſi. 327. nu. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in quibuſdam auctoritate ordi. & in quibuſdam, auctoritate delegata.*

2 *Caſus in quibus epiſcopus diſpenſare poteſt, remiſſiue.*

3 *Epiſcopus committere poteſt Vic. diſpenſationes quæ competunt epiſcopo ordinaria auctoritate.*

*Ampliatur, nu. 6.*

4 *Dignitatis epiſcopalis quæ ſunt vel Iuriſdictionis, Prælato inferiori committi poſſunt.*

5 *Epiſcopus poteſt quædam committere Vica. quæ alijs committi non poſſunt.*

6 *Epiſcopus non prohibetur delegare nudum miniſterium & factum diſpenſandi Vic. ſuo.*

7 *Vicarius epiſcopi cum inhabili non poteſt diſpenſare.*

## QVAESTIO XXXIII.

1 SEd quoniam epiſcopus in pluri-
bus diſpenſare poteſt ordinaria au
ctoritate, & in pluribus etiam aucto-
ritate delegata ſibi per ſummum Pon
tificem, vt de prima tradunt Doct. in
c. at ſi clerici §. fi. extra de iud. Aluar.
Pelarg. in lib. 1. de planctu ecc. articu.
2 50. Vbi ponit 113. caſus Specul. in titu.
de diſpenſatione. §. nunc de epiſcopo
rum, a nume. 1. vſque ad 22. vbi ponit
centum ſexaginta tres caſus Bertac.
de epiſc. tit. de auct. & poteſt, epiſ. cir-
ca ſpiritualia. vbi ponit centum & tri-
ginta tres caſus. Et de ſecunda Innoc.
Abb. Fel. & alij in c. fi. extra de off. de
leg. Rot. deciſ. 8. tit. de off. Vic. in vlti-
mis, Concil. Trid. c. 6. ſeſſ. 24. & cap. 5.
ſeſſ. 22. in decretis de reform. & latiſ-
ſime de poteſtate epiſcopi in diſpen-
ſando ſcribit Paul. Borgas. trac. de Ir-
regul. & diſpenſ. 3. par. tit. de diſp. epi-
ſco. per totum & poſt alios Cucc. Inſt.
iur. can. de epiſ. nu. 338. cum ſequen.
Quæro nunc ſequendo ordinem eo
rum quæ pertinent ad epiſcopalem
dignitatem, an epiſcopus committe-
re poſſit Vicario diſpenſationes in il
lis caſibus quibus iure ordinario di-
3 ſpenſare poteſt. & poſſe committere
probant Calder. conſi. 3. de offi. Vic.
gl. in c. quæ de cauſa, in ver. quicquid.
2. q. 4. Card. Alex. in capi. denique, co-
lum. 7. verſi. ſed iuxta hoc, quarta diſt.
Domin. conſi. 37. col. 3. Feli. in dicto
c. at ſi clerici. §. fi. nume. 21. extra de
iud. dum volunt quòd Vicarius epi-
ſcopi poſſit diſpenſare ex mandato
ſpeciali, firmat Concil. Trid. in c. 6. ſeſ.
24. Et quia ſi ea quæ ſunt dignitatis
epiſcopalis vel Iuriſdictionis poſſunt
4 committi Prælato inferiori, Abb. in
c. quanto, nume. 2. extra de conſ. in
c. accedentibus, extra de exceſſ. præ-
lat. & in terminis diſpenſationis, Fel.
in d. c. at ſi clerici §. fi. num. 11. de iud.
Syl. in ſum. in ver. epiſcopus, nume. 9.
multo magis poterunt Vicario com-
5 mitti, cui ab epiſcopo poſſunt illa
etiam committi, quæ alijs non poſ-
ſunt, ca. conſtitutus, extra de conceſſ.
præb. Feli. in c. quod ſedem, nume. 2.
verſicu. tertio eſt caſus, extra de offic.
ordina. Hipp. Rim. in l. prima, nume.
89. poſt Alciat. & Couar. ibi citatos
ff. de off. eius.
6 Ampliatur etiam ſi nudum mi-
niſterium & factum diſpenſandi
abſque cauſæ cognitione mandaret

quia cum illud epiſcopo non compe
tat ex cõmiſſione, ſed iure proprio
delegare non prohibetur, gl. in c. fin.
in ver. caſibus, & ibi Abb. extra de
off. ord. Fel in d. §. fi. nu. 8. ver. 2. limi-
tã, poſt Abb. ibi, & alios, extra de of-
7 fic. deleg. Cum inhabili tamen Vica-
rium epiſcopi diſpenſare non poſſe
deciſum fuit in Rota, teſte Gem. li.
1. deciſ. manuſcr. 26.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſationes commiſſas nullus preter legatum ſedis apoſtolicæ demandare poteſt.*
*Declaratur, nu. 4.*
2 *Seruire quis non poteſt per ſubſtitutum vbi electa eſt induſtria perſonæ.*
3 *Epiſcopus ſubdelegare poteſt eius Vicario diſpenſationes cum cauſæ cognitione.*
5 *Epiſcopus non poteſt Vicario ſubdelegare nudum factum diſpenſandi.*
*Nec diſpenſationes ſibi committendas. numero 6.*

## QVAESTIO XXXIIII.

SVcceſſiue quæro, an epiſcopus
committere poſſit Vicario diſpẽ-
ſationes ſibi mandatas à ſummo Põ
tifice. dubium faciebat tex. in c. fi. §.
fi. extra de off. deleg. vbi nullus præ-
1 ter legatum ſedis apoſtolicæ cui fue
rit commiſſum, diſpenſare poteſt,
alij diſpenſationes demandare, ea ra
tione, ſecundum Abb. ibi, nu. 2. poſt
2 alios, quia electa videtur induſtria
perſonæ, & quando per aliquem eſt
electa induſtria perſonæ, non po-
teſt quis ſeruire per ſubſtitutum, gl.
in l. quiſquis, la 1. C. de epiſ. & cler.
Alexan. conſi. 10. nu. 7. cum ſequent.
in quinto. Curt. ſen. conſi. 62. Craue.
conſi. 303. nu. 1. Rui. qui loquitur de
Vicario epiſcopi, conſi. 146. numero
primo, in 4. cum alijs per eum rela-
tis, Pauin. de pot. cap. ſede vacan. 2
par. princ. q. 10. num. 36. Menoch. de
arb. iud. lib. 1. q. 68. numero decimo,
& conſi. 69. num. 55. qui loquitur de
Vicario epiſcopi Veronenſis, & Ce
phal. conſilio 422. numero 72. cum
ſequen. vol. 3.

Sed contrarium tenent Hoſt. In-
noc. & Fel. in d. c. fi. nu. 8. ad fin. Rot.
deciſ. 8. epiſcopus conſtituit, ad fin.
3 in vlt. tit. de off. Vic. Vbi diſpenſatio
cũ cauſæ cognitione Vicario põt ab
epiſcopo cõmitti. ratio eſt, ſecundũ
Doc. in d. c. fi. §. fi. quia propter cauſæ
cognitionem annexam epiſcopus
cenſetur non nudus miniſter, nec
alias conſtat, quod ſit electa indu-
ſtria perſonæ, & ideo non prohibe-
tur, per Vicarium deſeruire, ſecun-
dum Rot. d. deciſ. 8. & Ruin. dicto
conſi. 148. nu. 1.

Ex quibus declarantur adducta
ſuperius in contrarium, vt locum ha
beant, quando nudum miniſterium
4 diſpenſandi, vel nudum factum eſt
commiſſum ſine cauſæ cognitione,
& ita declaratur tex. in d. c. fi. §. fin.
per Hoſt. & Innoc. ibi, circa finem,
& per Rot. in deciſ. ſuperius allega-
ta poſt Pau. de Eleaz. in cle. iudices,
extra de off. deleg.

Declaratur iſta concluſio, vt pro-
cedat, quando epiſcopo committi-
tur diſpenſatio requirens cauſæ co-
gnitionem, vel habens eam illi anne
xam, ſecus ſi nudum miniſteriũ, vel
5 nudum factum diſpenſandi commit
teretur, quod alias committi non po
teſt, d. c. fi. in fi. Rota d. deciſ. 8. in vl-
timis, in fi. Hoſt. & Inno. in d. c. fi. &
Fel. nu. 8.

Secundo declaratur, vt procedat
in diſpenſationibus epiſcopo com-
miſſis, non autem in cõmittẽdis,
6 quia illas Vic. epiſcopi committere
non poteſt, cum non dum ſibi com-
petant, Rot. d. deciſ. 8. nu. 2. cum ſeq.
Fel. in dicto c. fi. nu. 8. verſ. & nota il
lam deciſionem.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſatio eſt iuriſdictionis.*
2 *Vicarius epiſcopi exercere poteſt ea quę ſunt iuriſdictionis ſine ſpeciali mandato.*
3 *Vicarius ſine ſpeciali mandato epiſcopi diſpenſare non poteſt.*
4 *Diſpenſatio habet inſtar reſtitutionis in integrum.*
*Reſtitutio in integrum ex generali mandato, non delegatur.*
5 *Specialia non veniunt in generali mandato Vicariatus.*
*Nec illa quæ ſapiunt liberalitatem.*
6 *Vicarius capituli ſede vacante ſine ſpeciali mandato diſpenſare non poteſt.*
7 *Vicarius qui palam, & publicè facit diſpenſationes preſumitur habere auctoritatem.*

## QVAESTIO XXXV.

SEd an Vicarius generalis epiſco-
pi ex generali mandato diſpenſa
re poſſit in caſibus, in quibus epiſco
pus diſpẽſat, an vero requiratur ſpe-
ciale mandatum. Pro affirmatiua fa-
ciebat, quia diſpenſatio eſt iuriſdi-
1 ctionis, Dec. in c. at ſi clerici. §. de
adulterijs, nu. 21. poſt Card. ibi, in 4.
not. de iud. ea vero quæ ſunt iuriſdi-
2 ctionis, poteſt Vicarius exercere abſ
que ſpeciali mandato, c. fi. vbi Doct.
de of. Vic. in 6. Feder. conſ. 130. cir-
ca finem, ſequitur Fel. in c. eam te,
nu. 17. in prin. extra de reſcrip. Dec.
in c. quoniam Abbas, nu. 15. extra de
off. deleg. Ant. de Pret. in tract. de iu
riſd. epiſ. c. 6. nu. 46. Port. Imo. conſ.
99. nu. 43. & in Vicario capituli ſede
vacante, Rebuf. in pract. benef. tit. de
deuolut. nu. 63.

Sed verius eſt quod Vicarius ſine
3 ſpeciali mandato epiſcopi diſpenſa-
re non poſſit, Calder. conſi. 3. titu. de
offi. Vic. poſt glo. in c. quæ de cauſa,
in ver. quidquid, 2. q. 4. Card. Alex. in
c. denique, col. 7. verſ. ſed iuxta hoc,
4. diſt. Fel. in dicto c. at ſi clerici. §. fi.
num. 21. Pau. de Caſt. conſi. 348. nu
me. 1. Rebuf. ſibi parum conſtans, in
prac. benef. tit. forma Vic. Arch. nu.
44. Pau. Borgaſ. tract. de irreg. & di-
ſpen. pag. 7. c. fi. nu. 22. Cucc. Inſt. iur.
can. de Vic. epiſ. nu. 62. & 111. ſecun-
dum gl. in d. c. quæ de cauſa. Diſpenſa
4 tio habet inſtar reſtitutionis in in-
tegrum. At reſtitutio in integrum,
non delegatur ex generali mãdato.
l. illud, ff. de minor. gl. in l. 1. C. etiam
per procuratorem in integ. reſtitu.
pet. poſ. & eſt communis opinio, te-
ſte Rolan. conſi. 75 in princ. vol. 2.
Ergo nec etiam diſpenſatio. Et quia
in generali mandato Vicariatus epi
5 ſcopi non veniunt ſpecialia, d. c. ſi. de
offi. Vic. in 6. nec ea quæ ſapiunt libe
ralitatem, Caſtren. d. conſi. 348. Ro-
lan. dicto conſ. 75. num. 20. in 3. ergo
nec diſpenſatio quæ ſpeciali gratia,
vel liberalitate prouenit, c. fina. de
tranſact. & tradit Caſtren. dicto con
ſilio 348.

6 Ampliatur etiam in Vicario capi
tuli ſede vacante Pauin. tract. de po-
teſt. cap. ſede vacan. 2. par. princ. q. 10.
nume. 17.

7 Declaratur, quod ſi Vicarius pa-
lam, & publicè faciat diſpenſationes
præſumatur habere auctoritatem re
ſpectu diſpenſandi, Baldus inter de-
ciſ. Ror. manuſcr. alleg. 42. numero
ſecundo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius ex ſpeciali mandato ad diſpẽſandum, diſpenſare non poterit in illis caſibus ſpecialiter epiſcopo demãdatis per ſummum Pontificem.*
*Ampliatur, nu. 4.*
2 *Intentio committentis ad epiſcopum refertur, & vltra intentionem committentis actus non valet.*

H 2 Vi-

3 *Vicarius non poteſt cognoſcere cauſam ſpecialiter epiſcopo delegatam, ſine noua epiſcopi commiſsione.*
5 *Iuriſdictio quæ nondum competit committi non poteſt.*
6 *Epiſcopus, in quibus caſibus hodie diſpenſare poſsit ex decreto Concil. Triden.*

## QVAESTIO XXXVI.

SEd quid ſi Vicarius epiſcopi habeat ſpeciale mandatum ad diſpẽſandum? An poterit diſpenſare etiã in illis caſibus ſpecialiter epiſcopo demandatis per ſummum Pontificem? Reſpondeo, quod non, Fel. in c.
1 at ſi clerici. §. fi. nu. 21. excra de iud.
poſt Rot. deciſ. 9. alias 845. tit. de of.
Vic. in antiq. & deciſ. 3. tit. eodem, in
antiquioribus Biſig. alias deciſ. 9. in
antiq. ſecundum nouam impreſſionem, Quintil. Mandoſ. in comment.
reg. cancel. reg. 3. reſeruat. q. 7. nu. 16.
par. 1. Cucc. Inſt. iur. can. de Vic. nu.
111. Ea ratione, quia committentis
2 intentio ad epiſcopum refertur, &
vltra intentionem non valet actus
diſpenſationis, l. non omnis, ff. ſi cer.
pet. c. cum intentionis, extra de priuileg. Rot. deciſ. 431. in no. Crauet.
conſi. 251. no. 4. ver. 2. etiam, & 292.
nu. 4. & 312. nu. 3. & 317. in fi. Prout
3 etiam, quia Vicarius non poteſt cognoſcere cauſam ſpecialiter epiſcopo delegatam, Rota d. deciſ. 9. Fel. in
d. §. fi. nu. 2. Fede. de Sen. conſ. 130. in
fine, Dec. in c. quoniam Abbas, num.
15. extra de offi. deleg. Et ideo cum
noua ſit epiſcopi iuriſdictio, noua
etiam erit opus commiſſione, ſecundum prædictos.
4 Ampliatur etiam ſi mandatum ſe extẽderet ad cauſas epiſcopo delegandas, Rot. d. deciſ. 9. Fel. in c. paſtoralis, §. quoniam, num. 1. ver. & adde.
de reſcri. Ea ratione quia iuriſdictio
quę nondum competit, committi nõ
5 poteſt, Rot. in præallegata deciſ. nu.
2. & deciſ. 6. de off. deleg. in nouiſ. Biſig. deciſ. 3. de offi. Vic. in antiquioribus Rotæ, Fel. in d. §. quoniam, nu. 1.
ver. adde, & in c. eam te, nu. 17. circa
prin. extra de offi. deleg. Mandoſ. d.
q. 7. nu. 19. cum ſeq. iterum Fel. c. fi.
nu 16. extta de conſt. Vbi quod non
poterit habilitare ſpurium aliquem
ex diſpenſatione apoſtolica nouiter
epiſcopo competẽte de iure ſpeciali.
6 Hodie autem ex decreto ſacri Concil. Trid. in c. 6. ſeſſ. 24. deputari ſolet ab epiſcopo ſpecialis Vicarius ad diſpenſandum in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, & ad abſoluendum gratis in foro conſcientiæ quoſcunq; ſibi ſubditos à quibuſcũque caſibus etiam ſedi apoſtolicę reſeruatis, impoſita ſalutari pęnitentia præterquã in crimine hæreſis, refert Viui. opin. 255. in fi. lib. 2. com. opi.

### SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio dicitur iuris relaxatio.*
2 *Differt à remiſsione pœna.*
*Iudici facilius eſt remittere pęnam quã diſpenſare.*
3 *Officialis epiſcopi, non poteſt commutare pœnam depoſitionis, vel priuationis à beneficio in pœnam pecuniariam niſi habeat poteſtatem diſpenſandi etiam ſuper crimine.*
*Declaratur, nu. 13. 14. 15. 16. cum ſeq.*
4 *Epiſcopus diſpenſare non poteſt ſuper omnibus criminibus, & regulariter diſpenſare non poteſt ſuper criminibus maioribus adulterio.*
5 *Caſus in quibus epiſcopus diſpenſare non poteſt, remiſsiue.*
6 *Epiſcopus ſine cauſa diſpenſare non poteſt.*
7 *Nec pœnam minuere.*
*Nec commutare in aliam.*





*Nec recipere compoſitiones.*
8 *Caſus in quibus epiſcopus poteſt commutare pęnam, & nu. ſeq.*
10 *Diſpenſandi poteſtas ſuper crimine non venit in generali poteſtate diſpenſandi conceſſa.*
*Nec etiam comprehendit poteſtatem cõmutandi pœnas vel faciendi compoſitiones.*
11 *Regula c. cui licet, de reg. iur. in ſexto, declaratur duobus modis, & numero 12.*
15 *Compoſitionum praxis, quæ fit per officiales remiſsiue.*

## QVAESTIO XXXVII.

RVrſus quæro, an Vicarius epiſcopi vigore etiam ſpecialis mandati, ad diſpenſandum commutare poſſit pœnam corporalem in pecuniariam. Et quod poſſit, ea ratione comprobari videtur, quia diſpenſa-
1 tio dicitur iuris relaxatio, ſecundũ
gl. in c. . . . §. niſi, 7. q. 1. Dec. in c. de
cauſis, nu. 20. ext. de of. deleg. & ideo
continere videtur pęnæ remiſſionẽ.
& quamuis inter iſta differentiã cõ-
2 ſtituant Doc. cõiter, in d. c. de cauſis,
vbi Dec. nu. 20. tamen ſecundum eũ
facilius iudici permittitur remittere
pœnã quam diſpenſare. Et ideo ſicut
Vicarius, ex ſpeciali mandato poteſt
diſpenſare, ita etiam & fortius poterit remittere pęnam, arg. c. cui licet,
de reg. iur. in 6.

Sed contrariam ſententiam conſulendo probat Caſtren. in cõſ. 348.
3 nu. 1. cum ſeq. in 1. Dicens officialẽ
epiſcopi nõ poſſe commutare pœnã
depoſitionis, vel priuationis, ad beneficia in pęnam pecuniariam niſi habeat poteſtatem diſpenſandi etiam
ſuper crimine, ſequitur Rebuff. in
prac. benef. tit. forma Vic. Arch. nu.
153. & 154. poſt Bertach. de epiſ. par.
5. lib. 4. tit. de auct. epiſ. circa iud. nu.
53. & in 6. par. tit. de Vic. epiſ. nu. 11.
in fi. Iul. Clar. in prac. crim. §. fi. q. 57.
verſ. dictum eſt, in fine, Pau. Borgaſ.
tract. de irreg. & diſpenſ. par. 7. c. fin.
4 nu. 22. & 23. Ea ratione, quia epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper omnibus criminibus, Roma. conſi. 325.
Dec. capit. at ſi clerici. §. de adulterijs, nu. 10. extra de iud. dum volunt,
quod epiſcopus regulariter ſuper criminibus maioribus adulterio diſpẽſare non poteſt, & ibi plures caſus re-
5 cenſentur, in quibus epiſcopus diſpenſare prohibetur. Nec poteſt epi-
6 ſcopus ſine cauſa diſpenſare, gl. in c.
ſi quis ſine excommunicatione, diſt.
50. in gl. magna, circa medium. Oldr.
conſ. 326. col. pe. Roma. dicto conſi.
325. Vbi Mandoſ. in apoſt. Soc. in c.
ad audientiam, colum. pen. extra de
homicid. Abb. & Dec. in d. c. at ſi clerici. §. de adulterijs, nume. 20. Concil. Triden. cap. 18. ſeſſ. 25 in decreto
7 de reform. Prout nec pęnam ſine
cauſa minuere, vel in aliam commutare minuſque recipere compoſitiones ſuper omnibus criminibus, vt fuſe tradit Caſtren. dicto conſi. 348.
nu. 1. poſt tex. in c. licet, cum gloſ. &
Canoniſtæ, extra de pęn. Fel. in cap.
qualiter, & quando, el 2. § ad corrigendos, nu. 30. cum plurib. ſequen.
recenſet cauſas pęnas mutandi, &
8 tex. in c. irrefragabili. §. fi. vbi gloſ. &
Abb. extra de off. ord. c. vt clericorũ,
§. Prælati vero, & ibi Doc. & præſertim Abb. num. 10. extra de vita & honeſt. cleric. cum adductis in propoſito per Clar. in prac. cri. §. fina. q. 85.
verſ. vlterius quæro, & verſ. non omnia, Menoc. de arb. iud. lib. 1. q. 96. nu.
decimo, cum ſequent. ſed tunc cum
crimina leuia ſunt vel extraordina-
9 ria, in quibus eſt locus pęnæ arbitrariæ, vel quando poteſt in illis diſpenſare, vel ſaltem ceſſat omnis ſuſpitio auaritiæ, & mouetur ex cauſa correctionis, vt quando applicatur pęna loco pio, vel aliæ cauſæ abſunt, de quibus Doctores, in

locis præcitatis, & præſertim Caſtrẽſ.
dicto conſi.348. glo. & Abb. in dicto
c. licet, & in d. §. Prælati, numero de-
cimo, Feli. in dicto. §. ad corrigendos
nume.33. Et ideo in generali poteſta
10 te diſpenſandi non comprehenditur
poteſtas diſpenſandi ſuper crimine,
& commutandi pœnam, vel faciendi
compoſitiones, arg. c. pẹn. & fi. de offi.
Vic. in 6. & tradit Caſtrenſis, dicto
conſi.148. col.1.

Non obſtant contraria ſuperius
adducta: Quia reſponſum fuit extare
differentiam inter relaxationem pæ-
næ ſeu remiſſionem & diſpenſatio-
nem, vt tradunt communiter Doct.
in dicto cap. de cauſis, vbi Dec. nume.
20. & ad regulam c. cui licet, dicitur
11 quòd non militat in materia diſpen-
tionis, quæ ſi permiſſa eſt in vno caſu
non extenditur ad alium longe mi-
norem, c. fi. extra de poſt. præla. Hoſt.
in c. poſtulaſti, extra de reſcrip. Abb.
& alij in d. §. de adulterijs, vbi Dec.
12 nume.10. verſicu. ſucceſſiue, fidem fa-
ciens de communi. Pro ut etiam re-
ſponderi poteſt regulam d. c. cui licet
procedere vbi plus & minus ſunt eiuſ
dem ſpeciei: ſecus, ſi diuerſæ, ſecun-
dum Dy. in dicto c. cui licet. ſed in
propoſito differunt diſpenſatio &
remiſſio pœnæ, ergo ceſſat argu-
mentum.

Declaratur ſupradicta concluſio
vt non procedat in criminibus leui-
13 bus & extraordinarijs, in quibus im-
ponitur pœna Iudicis arbitrio: tunc
enim Vicarius epiſcopi facere poteſt
compoſitiones iuxta facti qualita-
tem: ſecus in criminibus grauibus, vt
in illis in quibus taxata eſt pœna à iu
re & in quibus agitur de pœna depo
14 ſitionis ab ordine vel priuationis à
beneficio vt probat Caſtrenſ. dicto
conſi.348. colum. 1. Bertac. de epiſc.
lib.4. par.5. tit. de pot. epiſ. circa Iud.
num.36. in fi. & par.6. tit. de Vic. epiſ.
nume. 11. in fi. Diaz. prac. cri. cano.
c.3. nume.6. in fi. Cucc. inſt. iur. cano.
16 titu. de Vic. epiſ. nume. 109. Practi-
cam autem compoſitionum quæ fiũt
per officiales ſuper delicto docet Ca-
rauit. ſuper ritu magnę cur. 276. nu-
me. 3. & 4. vbi probat fieri debere
quando conſtat de delicto per teſtes
vel per confeſſionem inquiſiti & la-
tius ſuper ritu 272. per totum.

Secundo declaratur vt fieri poſſit
diſpenſatio ante latam ſententiam ab
16 epiſcopo vel eius Vicario, non au-
tem poſt, Cucc. Inſt. iur. cano. de epiſ.
nume. 306. poſt Canoniſt. in c. quali-
ter, vbi Feli. nume. 129. extra de accuſ.
17 Subdeclaratur niſi in ſententia
fuerit reſeruatum ius mutandæ pœ-
næ aut conceſſa reſtitutio aduerſus
ſententiam aut aliqua iuſta cauſa im
pellat Iudicem, Cucc. d. titu. de epiſ.
nume. 308.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ſine mandato ſpeciali non poteſt facere gratiam.*
2 *Sed expedire poteſt ea quæ ſunt iuſtitiæ & neceſſitatis.*
*Ampliatur nu.4.*
3 *Vicarius non eſt adeundus in his quæ ſunt gratiæ, ſed epiſcopus.*
5 *Niſi in quibuſdam ex mandato ſpeciali.*

## QVAESTIO XXXVIII.

EX quibus etiam infertur, Vica-
rium epiſcopi ſine ſpeciali manda
1 to non poſſe indulgere delinquenti-
bus, & vt vulgo dici ſolet (teſte Oſa-
ſco. deciſ. Ped. 101. in fine) gratiam
facere, quod etiam magis in ſpecie fir
mat Rebuf. in prac. benef. titu. forma
Vica arch. numero 176. & ſequen. &
ante illum Cardi. in clementi. vnica
nume. 19. Abb. numero 18. de offic.
Vic. Io. de Selua in trac. de benef. par.
2. q.14. numero ſeptimo, dicens quod
Vicarius epiſcopi expedire poteſt ea
2 quæ ſunt iuſtitiæ & neceſſitatis, non
autem



autem ea quæ ſunt merę gratiæ, Io.
Picard. inter conſ. Menoc. 52. nu.75.
vol.1. & in Vicario Imperiali, Felyn.
in c. cum te, nu.14. & 15. extra de re
iud. & poſt Bal. Caſtren. & Anchar.
Senat. Pedemont. d. deciſ. 101. num.
3. Ea ratione, quia in generali man-
dato epiſcopi non veniunt ea quæ
ſapiunt liberalitatem, & gratiam, ſed
quæ ſapiunt iuſtitiam, ſecundum al-
legatos, ſupra, & Caſtren. conſi.348.
nu.1. in 1. Afflic. ſuper conſt. regni,
tit. quæ ſint regalia, in ver. pęnarum,
nu.17. Senat. Pede. d. deciſ. 101. nu.6.
poſt alios ibi citatos.

3 In his enim, quæ ſunt gratiæ epi-
ſcopus adeundus eſt, non autem Vi-
carius, gl.1. in c. ſi epiſcopus, de pęn.
& remiſ. in 6.

4 Ampliatur, etiam ſi epiſcopus nõ
ſit in diœceſi, Abb. in d. clem. vnica,
num.18. Picard d. conſi.52. num.75.
poſt Guliel. in præallegata clemen-
tina.

5 Declaratur, vt Vicarius epiſcopi
poſſit facere gratiam ex mandato
ſpeciali in illis caſibus, in quibus epi
ſcopo permiſſum eſt diſpenſare, &
remittere pœnam, vt dixi ſupra, in
prox. q. præcedenti, vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius non poteſt cognoſcere de validitate, vel inualiditate diſpenſationis ab epiſcopo factæ.*
2 *Inferior non poteſt impedire poteſtatem ſuperioris.*

## QVAESTIO XXXIX.

VBi autem epiſcopus, aliquem
diſpenſauerit, non poſſe eius
1 Vicarium cognoſcere de huiuſmodi
diſpenſationis validitate, vel inuali-
ditate, reſpondit Purpurat. conſ.381.
nu.4. vol.1.
2 Non poteſt enim inferior impedi
re poteſtatem ſuperioris, cle. ne Ro
mani, de elec. c. inferior, 31. diſt. cum
adductis per Aufre. ad deci. Tolo. 486.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus intra ſuum epiſcopatum quales concedere poſſit indulgentias.*
2 *Inferior ab epiſcopo indulgentias ex ſpeciali mandato concedere poteſt.*
3 *Vicarius epiſcopi, ex mandato ſpeciali indulgentias concedere poteſt.*
*Ampliatur, nu.4.*
*Declaratur, nu.7. & 9.*
5 *Cardinales Diaconi habentes iuriſdictionem, quales dare poſſint indulgentias.*
6 *Epiſcopus electus, & confirmatus concedere poteſt indulgentias, licet non ſit conſecratus, neque ſacerdos.*
8 *Indulgentiæ quæ ſunt de foro pęnitentię non poſſunt concedi ab alio quam à ſacerdote.*
9 *Vicarius epiſcopi indulgentias concedere non poteſt ex ſolo generali mandato, niſi adſit ſpeciale.*
10 *Indulgentiæ dicuntur eſſe de maioribus epiſcoporum.*

## QVAESTIO XL.

INdulgentias etiam concedere po
teſt epiſcopus libere intra ſuum
epiſcopatum, ita tamen quod non
1 excedant vnum annum, in dedicatio
ne baſilicæ etiam ſi à pluribus epi-
ſcopis dedicetur, & 40 dies in anni-
uerſario dedicationis tempore iux-
ta formam concilij generalis, vt le-
gitur, in c. cum ex eo. c. noſtro, &
vtrobique Canoniſtæ, extra de pœ-
nis. ſcribit Nauar. in coment. de Io-
bel. & indulg. num.3. Ideo ſequendo
ordinem eorum, quæ pertinent ad
epiſcopi dignitatem.

Quæro an Vicarius epiſcopi con
cedere poſſit hmõi indulgentias,

& poſſe cum mandato ſpeciali ea ra-
tione probatur, quia concedere indul
gentias non eſt ordinis epiſcopalis
ſed dignitatis vel Iuriſdictionis: &
ideo huiuſmodi facultas concedi po
teſt inferiori ab epiſcopo. c. acceden-
2 tibus, & ibi Abb. nume. 2. extra de ex-
ceſſ. prælat. & in capi. cum olim, in fi-
ne, extra de maior. & obed. poſt di-
uum Tho. ibi relatum, & in c. dilectus
in fi. extra de offi. ord. cum cæteris ad-
ductis per Pauin. de off. & pot. capi.
ſede vacan. prima par. princi. Nauar.
in cõment. de Iobel. & indulg. ca. 31.
nume. ſeptimo & octauo, Fran. Marc.
q. Delph. vlti. par. 2. Sylueſt. in ſumma
in ver. Indulgentias, nume. 11. Ol-
dra. conſi. 73. nume. 7. & 8. & in ſpecie
3 quòd Vicarius epiſcopi ex ſpeciali
mandato indulgentias concedere poſ
ſit, voluit Card. in d. c. noſtro, ad fi. ex-
tra de pœnit. & remiſ. quem refert &
ſequitur Fel. in ſermone de Indulg. in
fi. vltimæ col. ver. & ſcias. & idem Car
di. in cle. 1. nume. 19. vbi apoſt. in a de
off. Vica. Paul. Borgaſ. trac. de irreg.
par. 3. titu. de Indulg. epiſc. nume. 2. &
par. 7. cap. fi. nume. 23. Turrecrema. a
Borgaſ. nõ citatus in §. itẽ in Leuitico
nume. 42. de pœnit. diſti. 1. Nauar. in
cõment. de Iobel. & Indulg. §. in Leui
tico. c. ſi quis, de pœnit. diſt. 1. cap. 31.
nume. 7.
4 Ampliatur etiam vbi Vicarius epi
ſcopi non eſſet ſacerdos: Nam etiam
clerici & Diaconi poſſunt illas tan-
quam dignitatis epiſcopalis exerce-
re, Oldrad. dicto conſi. 73. numero
octauo, dicens, iſtud eſſe de mente
omnium Doct. Nauar. dicto c. 31. nu-
me. 7. & ante illum Pauin. dicto trac.
de pot. cap. ſede vac. prima parte prin
5 ci. q. 4. nume. 4. Dicens Cardinales,
Diaconos & ſic non ſacerdotes, dare
has indulgentias, dummodo habeant
Iuriſdictionem, ſequendo Diuum
Tho. in quarto ſent. diſtin. 2. quæſt. 3.
arti. 3.
6 Et quia epiſcopus electus & con-
firmatus licet non ſit conſecratus ne
que adhuc ſacerdos ſeu Præsbiter
poteſt concedere indulgentias, Di-
uus Tho. in quarto ſent. diſtin. 23. art.
ſecundo, Abb. in cap. ſuffraganeis ex-
tra de elect. in dicto c. accedentibus
numero quarto, extra de exceſſ. præ-
lat. Anchar. in reg. ea quæ, & i reg. pec
catum, in tertia opp. de reg. iur. in 6.
cum alijs congeſtis à Fel. in ſermone
de indulg. col. fi. verſi. & non omitto,
& eſt communis opinio, vt teſtatur
Abb. in dicto c. accedentibus, nume.
4. & Feli. in loco ſupra allegato, ea ra-
tione ſecundum Abb. & Nauar. in lo-
cis ſupra citatis, quia huiuſmodi fa-
cultas prouenit ex diſpenſatione bo-
norum eccleſiæ & ſic ex Iuriſdictio-
ne: ergo epiſcopi illas concedere poſ-
ſunt, cum habeant Iuriſdictionem, li-
cet non ſint conſecrati neque ſacer-
dotes. & ideo ſicut videmus, epiſco-
pus licet non ſit ſacerdos poteſt con-
cedere indulgentias, eodem modo
poterit Vicarius concedere, vt tradit
Syllueſt. in ſumma in verſi. Indulgen-
tia, nu. 29.
7 Declaratur, vt procedat in illis in-
dulgentijs generalibus quæ ſunt & di
gnitatis epiſcopalis & inſimul de le-
ge iuriſdictionis, ſecus in ſpecialibus
quæ ſunt de foro pœnitentiæ & dan-
tur à Præsbiteris quibus commiſſum
eſt ſecundum varios modos prouide-
re peccatori: Nam iſtæ non poſſunt
8 concedi niſi à Præsbiteris, vt declarat
Archidia. in capitu. fina. colum. prima
in principio, de pœnit. & remiſ. in ſex-
to, Abb. in dicto c. accedentibus, in fi.
extra de exceſſ. Prælat. Oldrad. dicto
conſi. 73. numero ſeptimo, ea ratione
ſecundum Doct. præallegatos, quia
huiuſmodi ſpeciales indulgẽtiæ ſunt
ordinis præsbiteralis, cum alius non
habeat claues niſi Præsbiter, capitu.
multiplex, & capitu. verbum, de pœ-
niten. diſtin. 1.
9 Secundo declaratur vt Vicarius
epiſcopi concedere poſſit memora-
tas



tas indulgentias, quando habet ſpe-
ciale mandatum epiſcopi ita, vt gene
rale mandatum non ſufficiat, Turre
crema. in d. §. itẽ in Leuitico, nu. 42.
de pœnit. diſtinc. 1. Card. in c. noſtro,
ad fi. extra de pœnit. & remiſſ. quem
refert, & ſequitur Felin. in dicto ſer-
mone de indulg. in fi. vlt. col. verſ. &
ſcias, poſt Hoſt. in ſum. de conſecr.
eccleſ. vel alt. Domin. conſi. 38. col. 3.
Rebuff. in prac. benef. tit. forma Vic.
Archid. nu. 172. Card. S. Six. in §. item
in Leuitico. c. ſi quis, de pęnit. diſt. 1.
artic. 5. quem refert, & ſequitur Na-
uar. in comment. de Iobel. & indulg.
cap. 31. nu. 6.
10 Ea ratione ſecundum prædictos,
quia indulgentiæ ſunt de maioribus
& ideo requirunt ſpeciale mandatũ,
cap. cum ex eo, & cap. noſtro, & vtro-
bique Canoniſtæ, extra de pœnit. &
remiſſ. ca. fi. vbi glo. & Doct. de offic.
Vic. in 6.

*SVMMARIVM.*

*1 Clericus ſine litteris commendatitijs or-
dinari non poteſt.*
*2 Vicarius epiſcopi concedere poteſt litte-
ras commendatitias, ſiue dimiſſorias
ad ordines etiam ſacros.*
*At contra, nu. 3.*
*Ampliatur, nu. 4. 6. cum ſeq.*
*Declaratur, nu. 8. 9. cum ſequen. vſque
ad finem.*
*5 Vicarius capituli ſede vacante maio-
rem poteſtatem non habet Vicario epi
ſcopi.*
*6 Vicarius Papæ litteras commendatitias
ad ordines dare non poteſt.*
*At contra, nu. 7.*
*Vicarij Apoſtolici in epiſcopalibus depu
tati propter inhabilitatem epiſcopo-
rum litteras commendatitias conce-
dere poſſint.*
*9 Vicarius epiſcopi habens generale man
datum cum expreſſione aliquot ſpe-
cialium ſecuta clauſula generali di-
miſſorias concedere poteſt.*
*Declaratur, nu. 10. & 12.*
*At contra, nu. 11.*
*13 Archidiaconus abſente epiſcopo dimiſ-
ſorias concedere non poteſt.*
*14 Argumentum a poteſtate Archidiaco-
ni ad poteſtatem Vicarij epiſcopi, va
let.*

# QVAESTIO XLI.

Litteræ etiam commendatitiæ ad
ordines omnes etiam ſacros per-
tinent ad epiſcopalem dignitatem,
vt dixi ſupra, quæſt. 3. Et ſine illis cle
rici ad illos ordines ſe promoueri fa
1 cere non poſſunt, capitu. tuæ frater-
nitatis, extra de cler. peregr. cap. ex-
traneo, diſtinctio. 71. cum ſequen. &
in conſtitutione Pij Secundi in libro
Cancellar. Apoſtolicæ, de reſcrip. de
qua Quintil. Mandoſ. in regu. 24. de
male promotis, & per Concil. Trid.
cap. 16. ſeſſ. 23. in decreto de refor-
matione.
Ideo quæro ſecundum ordinem,
an huiuſmodi litteras commendati-
tias vicarius epiſcopi concedere poſ
ſit, & an ſatisfactum ſit conſtitutioni
prædictæ, & regulæ Cancellariæ, ſu-
2 per quo partem affirmatiuam tenet
Domin. in cap. ſin. de offic. Vicar. in
ſexto, ſicut refert Feli. in cap. ex par-
te, columna 3. verſ vnde cogitabam,
extra de conſtit. Ioan. de Selua in tra
cta. de benef. par. 2. q. 14. nume. 7. Re-
buff. in pract. benefic. titu. de litt. di-
miſſ. nu. 6.
3 Sed pro negatiua eſt tex. in capit.
cum nullus, §. inferiores, & ibi gl. in
ver. non extendat, & Doct. de tem-
por. ordin. in ſexto, firmat Hoſtien.
Bellame. & Ioan. and. in capitu. tua
nobis, in fine, extra de offic. Vicar.
Abb. in capitu. ſignificaſti, poſt alios
antiquiores, extra de offic. Archid.
Pauin. de poteſtate capituli ſede va-
cante, parte ſecunda, quæſtione de-
cima, columna quarta, nume. 16 &
late

late diſſerendo hanc partem compro
bat Mandoſ.in reg.Cancell.24.tit.3.
de male promotis, q.6. nume.8.in fi.
cum ſeq. Vbi diluit omnia argumen
ta, quæ ante pro affirmatiua parte
præmiſerat ea ratione, quia ſolius
epiſcopi eſt dare huiuſmodi dimiſſo-
rias, & ad officium Vicarij huiuſmo-
di facultas nõ extenditur, dicto §.in
feriores, & not. Abb. in dicto cap.ſi-
gnificaſti, in princ. Cucc. Inſtitu.iur.
cano.de Vicar.epiſc.nume.110. cum
adductis per Mandoſ. d.q. nu.8. cum
ſequen.

4 Ampliatur etiam in Vicario capi-
tuli ſede vacante, Paui.in dicta q.10.
colum.6.num.16.ea ratione, quia in
5 Vicarium, vel officialem capituli ſe-
de vacante non tranſit maior pote-
ſtas, quam in Vicarium epiſcopi, Mã.
doſ. dicta quæſtione ſexta, numero
decimo.

6 Secundo ampliatur etiam in Vica
rio Papæ, teſte Pauin. d.q.10.nume-
ro 36.

7 At contrarium defendit Mandoſ.
in dicta quæſt.6.num.13. vbi dicit in
Vicario Papæ in Vrbe hoc eſſe extra
dubium, & idem comprobat in Vica
rijs epiſcoporum per Papam deputa
tis propter eorundem epiſcoporum
inhabilitatem, vt Mandoſ. dicta quę-
ſtio. ſexta, late deducit, & compro-
bat, nu.13.

8 Declaratur, vt non procedat, quan
do Vicarius haberet mandatum ſpe
ciale ab epiſcopo: tunc enim com-
mendatitias litteras concedere po-
teſt.glo.in dicto §.inferiores, in uer.
non extendat, & tradunt Hoſtien.
Bellamera, & Abb.in dicto cap.ſigni
ficaſti, Rebuff.in pract.benef.tit.for-
ma Vicar.Arch. num.47. Rolan.con
ſil.4.nu.19.in 1.Mandoſ.d.quæſtio.6.
nume.10.

Secundo declaratur, quando Vica
rio cõmiſſi fuiſſent aliqui caſus ſpe-
9 ciales cũ generali clauſula, quia tunc
illas concedere poſſet ad inſtar pro-
curatoris, qui vigore huiuſmodi clau
ſulę ſubſequentis poſt caſus ſpecia-
les expreſſos omnia poteſt, quæ etiã
requirunt ſpeciale mandatum, c.qui
ad agendum, & ibi Doct.de procura.
in ſexto, & in cap.penul.in ver. com-
mittatur, de off. Vicar.in ſexto, Ioan.
And.in dicto cap.tua, in fi.extra eod.
Abb.poſt Hoſtien.in dicto cap. ſigni
ficaſti, & comprobat late Mandoſ.di-
cta quæſtio.6.nume.14.poſt alios ibi
relatos. Et idem dicendum eſt, quan
do de facultate Vicarij conſtaret ex
publica voce, & fama, Creſcen.deciſ.
Rot. manuſcrip.179. libro primo.

10 Subdeclaratur, vt procedat, quan-
do epiſcopus eſt abſens. Nã ipſo prę-
ſente, qui ſic generaliter cõmiſit, nõ
debet Vicarius expedire litteras ſi-
ne eius cõſcientia, Hoſtien.& Abb.
in dicto cap.ſignificaſti, in 2.not. Ro
lan.dicto conſi.4.num.19. poſt Ioan.
And.in dicto cap.cum nullus, §.infe-
riores, in glo.in ver.remotis, in fi.de
temp.ord.in 6.Cucc. Inſtit iur.cano.
de Vic.epiſ.nu.110.

Hæc tamen ſubdeclaratio pericu-
loſa mihi videtur. Nam epiſcopo ab-
11 ſente Vicarius poteſt concedere cõ
mendatitias abſque ſpeciali manda-
to, vt probatur in dicto §. inferiores,
in ver.epiſcopo autem, & ibi Peruſ.
in 4.notab Lancellot. Inſti.iur. can.
§.pari ratione, titu. qui promou.non
poſſ.Franc.Marc.quæſt. Delphi.619.
nume.3.par.2. Rolan.dicto conſil.4.
nume. 19. & comprobat Mandoſ. in
reg.Cancellar.241. de male promo-
tis, quæſt.6.nume.12. poſt Archid.in
ca. Reatina, poſt medium, diſtin.63.
cuius dictum aſſerit communiter re
ceptum. Et ſi mandatum de quo ſu-
pra locum haberet tantummodo ab
ſente epiſcopo, redderetur fruſtrato
rium, & nihil prodeſſet, nec uim ha-
beret ſpecialis mandati, quemadmo
dum ſupra diximus habere ex dicto
capit. qui ad agendum, cum not. per
Doct.in dicto cap.penul.de offi. Vic.
in 6.



in 6. & in dicto cap.ſignificaſti. Nam
abſente epiſcopo Vicarius has litte-
ras concedere poteſt abſque ſpeciali
mandato, vt probatur in d.§.inferio-
res. Et ideo dum dicit Rolan. d.con-
ſil.4. nume. 19. ex intentione Ioan.
Andr. in loco ſupra citato, quod ho-
die Vicarij ex mandato expreſſo epi
ſcoporum poſſunt huiuſmodi litte-
ras concedere etiam epiſcopis præ-
ſentibus, nõ videtur requirere aliam
epiſcopi ſcientiam.

12 Sed tamen reſponderi poteſt, non
eſſe vſquequaque tutum, quod Vica
rius epiſcopi poſſit abſque ſpeciali
mandato dimiſſorias concedere epi-
ſcopo abſente.

13 Nam Archidiaconus, qui abſente
epiſcopo eſt eius Vicarius ipſo iure,
cap.1.vbi glo. & Butr.cap.ad hęc, §.
ſecundum, & §.item epiſtola, ext.de
offic.Arch. non poteſt huiuſmodi lit
teras concedere abſente epiſcopo ſe
cundum glo.in dicto cap.ſignificaſti,
in ver.litteras, in fi. & ibi Hoſtien. &
Abb.in 2.not. Et ideo tutius eſſe in
litteris Vicariatus exprimere ſpecia
lem poteſtatem concedendi litteras
dimiſſorias, admonet Rebuf.in prac.
benefic.titu.forma Vicar. Arch. nu-
14 me.48.valet enim argumentum a po
teſtate Archidiaconi ad Vicariũ epi-
ſcopi, ſecundum Marian. Socin. in c.
*ſicut vnire*, nume.45.extra de exceſ.
præla.poſt Innocen. & Ioan.And.in
cap.ad hæc, in ver.ardua, extra de of-
fic.Archid.

15 Vltimo declaratur, niſi iſte Vica-
rius generalis non habẽs ſpecialem
facultatem concedendi licentiam or
dinandi ſiue dimiſſorias ſucceſſiſſet
aliquibus prioribus Vicarijs eam ha
bere, & licentias huiuſmodi conce-
dere ſolitis, quia tunc illas concede-
re poſſet iuſta ductus credulitate, ut
late comprobat Mandoſ. dicta q. 6.
nume.15.

*S V M M A R I V M.*

1 *Notarius epiſcopatus pro mercede ordi-
nationis non poteſt aliquid accipere
a clerico.*

*Declaratur, nu.2.& 4.*

3 *Miniſtri epiſcopi nihil accipere poßunt
etiam ſponte oblatum pro dimiſſorijs,
aut pro teſtimonialibus, nec pro ſi-
gillo.*

## QVAESTIO XLII.

NVnquid autem notarius epiſco-
patus pro mercede ordinatio-
nis aliquid accipere poſſit a clerico
1 ordinato? & non poſſe probat tex. in
cap.1.ubi glo.& Canoniſtæ, extra de
ætate, & qualitate, Bertach. de epiſc.
libro 4.par.8.titu. de cauſa mater.de
grad. nume. 41. ſecundum magnam
impreſſionem.

2 Quod tamen verum eſſe dicit ubi
notarius eſſet de publico ſalariatus.
3 Hodie autem ex decreto Concil.Tri
den.miniſtri epiſcopi nihil pro litte
ris dimiſſorijs, aut teſtimonialib.nec
pro ſigillo, nec alia quacunq; de cau-
ſa etiam ſponte oblatũ accipere poſ-
4 ſunt: notarij vero in ijs tantum locis,
in quibus non viget laudabilis con-
ſuetudo nihil accipiendi pro litteris
dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, de-
cimam tantum unius aurei partem
accipere poſſunt, dummodo eis nul-
lum ſalarium ſit conſtitutum pro of-
ficio exercendo, vt in ca.1.ſeſſ.21. in
decreto de refor.

*S V M M A R I V M.*

1 *Inferior ab epiſcopo cauſas matrimonia
les cognoſcere non poteſt.*

2 *Epiſcopus poteſt committere eius Vica-
rio cauſas matrimoniales, & nu-
mero 4.*

*Declaratur, nu.9.15.18.22.24.25.*

3 *Coi-*

3 *Coeundi im potentia, qualiter probetur in practica.*
5 *Cognitor cauſarum matrimonialium canonum ſcientiam habere debet, & iuriſdictionem.*
6 *Cauſæ matrimoniales dicuntur eſſe dignitatis epiſcopalis.*
7 *Epiſcopus committere poteſt cauſas matrimoniales diſlutiendas, & decidendas Doctoribus non Vicarijs.*
8 *Dictio aliorum, denotat ſimilitudinem.*
10 *Cauſa matrimonij eſt grauis.*
*Declaratur, numero 15. cum ſequentibus.*
11 *In cauſis grauibus, & arduis cenſetur electa induſtria perſonæ.*
12 *Vices ſuas non poteſt alteri quis mandare cuius perſonæ eſt electa induſtria, & nu. 19.*
13 *Curia non ſolet committere cauſas matrimoniales, niſi epiſcopis.*
*At contra, nu. 17.*
14 *Stylus curiæ habetur pro lege.*
20 *Forma breuis Papæ in delegandis cauſis epiſcopis, & illorum Vicarijs.*
21 *Actus non extenditur vltra agentis intentionem.*
23 *Dictio, niſi, facit exceptionem a caſu præcedenti.*
26 *Habilitatus reſpectu vnius impedimẽti non cenſetur habilitatus reſpectu alterius.*
27 *Epiſcopus mandare non poteſt eius Vicario facultatem concedendi licentiam contrahendi matrimonium ſine denunciationibus præcedentibus.*
*At contra, nu. 28.*
29 *Vicarius non cenſetur excluſus facta mentione de epiſcopo, ſed continetur ſub epiſcopi mentione.*
30 *Examen teſtium cauſæ matrimonialis poteſt ſubdelegari etiam per viam nudi articuli.*
31 *Articulus cauſæ poteſt ſubdelegari, quãuis cauſa principalis ſubdelegari non poſſit, & nu. ſeq.*

## QVAESTIO XLIII.

SIcut etiam pertinent ad epiſcopalem dignitatẽ cauſę matrimoniales, vt ſuperius dictum fuit hoc eodem libro, quæſt. 3. Ideo quæro, an epiſcopus illas cõmittere poſſit eius Vicario. Dubium faciebat, quia cognitio huiuſmodi cauſarum ſpectat ad epiſcopalem dignitatem. Adeo,
1 vt nullus inferior ab ipſo illas cognoſcere poſſit, cap. accedentibus, cum gl. in ver. dignitatis, & ibi Abb. & alij, extra de exceſſ. prælat. & idem Abb. in cap. 1. nume. 11. extra de conſang. & affin & in cap. ex litteris, nume. 1. extra de reſt. in integ. Roman. conſi. 289. Concil Triden. ſeſſ. 24. capitu. 20. ver. ad hæc in decreto, de reformat. Vbi huiuſmodi cauſæ relinquuntur tantum examini epiſcopi, & iuriſdictioni, & non inferiori, cum adductis per Dec. in capit. propoſuiſti, extra de probat. Pauin. de off. & poteſt. cap. ſede vac. 1. par. princ. q. 10. nu. 6. cum ſeq. Laur. de Pin. conſi. 71. nu. 1. inter conſi. matr. vol. 1. Menoc. conſi. 17. nu. 7. vol. 1.
2 Sed contrariam partẽ tenent Anchar. in ca. litteræ, not. 1. extra de frig. & malef. qui etiam, nu. 5. refert practicam probandi impotentiã coeundi factam per Vicarium epiſcopi Venetijs, qui virum, quem dicebant impotentem recludi fecit in una ca-
3 mera cum vna meretrice, & diu cum ea degẽs nihil egit, & idem Anchar. in c. accepiſti, nu. 6. poſt Vinc. extra de frig. & malef. Abb. in c. ex litteris, nu. 4. ext. de cognat. ſpir. Bertach. de epiſc. lib. 4. par. 7. q. 20. & Rebuff. in prac. benef. tit. for. Vic. Arch. nu. 155. & huiuſmodi cauſas matrimoniales
4 a Vicarijs epiſcoporum cognoſci refert Ang. de Caſt. inter cõſi. matr. 27. in princ. & conſilio trigeſimoſecundo, in principio, & conſilio trigeſimoquarto, nu. 3. & 6 Alex. de Neuo, cõſ. 39. in prin. Ang. de Vbal. cõſ. 44.

in



in princip. & conſil. 47. in princip. Io. Bap. de Roſell. conſi. 54. num. 2. inter eadem conſilia. & in generali mandato Vicariatus comprehendi cauſas matrimoniales, docet Cucc. Inſtit. de epiſc. nume. 123. tit. 6. lib. 2. poſt alios ibi citatos. Probatur hęc ſententia ea ratione: Nam ad cognoſcendum cauſas matrimoniales duo in Iudice re-
5 quiruntur, videlicet ſcientia canonũ, & quod habeat poteſtatem ſeu Iuriſdictionem ordinariam, vel delegatã. c. 1. cum glo. in ver. poteſtatem. extra de conſang. & aff. Martin. de Garat. conſi. 15. nume. 2. inter conſ. matr. volum. 1. & Iac. Leonis. conſ. 47. numero 34. inter eadem conſil. Sed Vicarius epiſcopi debet habere canonum ſciẽtiam, ſecundum Concil. Trid. c. 16. ſeſ. 24. in decreto de reform. & late ſcripſi ſupra lib. 1. q. 36. & eſt Iudex ordinarius, vt dicam infra q. 55. merito cauſas matrimoniales cognoſcere poteſt.

Secundo adducitur hæc ratio: Epiſcopus committere poteſt Vicario ea quæ ſunt dignitatis epiſcopalis, vt dictum fuit ſupra q. 28. ergo etiam illi
6 committere poterit cauſas matrimoniales, cum ſint dignitatis epiſcopalis d. c. accedentibus, cum no. ibi per glo. & Doct. extra de exceſſ. prælat.

Sed quod epiſcopus committere poſſit cauſas matrimoniales diſcutiẽdas & decidendas Doctoribus etiam
7 qui non ſunt eius Vicarij, ex Alex. cõſi. 149. vol. 3. firmat Laur. de Pin. conſ. 71. nu. 2. inter conſ. matr. ergo fortius committere poterit eius Vicario cui etiam committi poſſunt quæ alijs nõ poſſunt, ſecundum Feli. in c. quod ſedem, nu. 2. ad finem, extra de off. ordi. Hipp. Riminal. in l. 1. nu. 89. ff. de off. eius poſt Alciat. & alios ibi relatos.

Non obſtant modo adducta ſuperius in contrarium: Quia fateor cauſas matrimoniales pertinere ad epiſcopalem dignitatem, & quòd nullus inferior epiſcopo poſſit illas cognoſcere, vt ſupra dictum fuit, ſed de alijs eſt intelligendum quam de Vicarijs vt probatur in d. c. 20. ſeſſ. 24. apud cõcil. Triden. Vbi cauſæ matrimoniales examini tantum epiſcopi relinquuntur, excluſis tantum Archidiacono & alijs inferioribus Prælatis propter illam dictionem aliorum, in tex. appoſitam, quæ denotat ſimilitudinem
8 ſecundum glo. cum Dec. in l. 3. num. 33. C. de ſeruis fug. Cephal conſi. 53. nu. 66. vol. 1. & conſ. 134. nu. 19. & cõſi. 204. nu. 49. in 2. Port. Imol. conſ. 165. nu. 19. Menoc. de recup. poſſ. remed. 9. q. 33. nu. 256.

Declaratur vt epiſcopus committe-
9 re poſſit Vicario cauſas illas matrimoniales quæ ſpectant ad epiſcopum iure ordinario, ſicut loquitur tex. in d. c. accedentibus, cum Doct. ibi, & Concil. Trid. in d. c. 20. cum alijs ſuperius adductis. non autem cauſas ſibi delegatas à ſummo Pont. quę ſubdelegari non poſſunt Abb. poſt Io. And. in c. ſi pro debilitate, nu. 4. Felin. nu. 4. extra de off. deleg. ea ratione quia cauſa ma-
10 trimonij eſt grauis, glo. in c. mulieris extra de iureiur. Soc. iun. conſi. 86. nume. 6. in 2. Crauet. conſ. 281. col. 3. verſi. reſpondi, Grat. conſ. 75. nu. 22. Rub. conſ. 73. nu. 2. Paul. Merenda conſ. 86. nu. 2. & 3 inter conſ. matr. & cauſę graues ſubdelegari non poſſunt, d. c. ſi ꝑ debilitate, in fi. & ibi Doc. Prout etiã quia cum delegantur cauſe graues &
11 ardue, cenſetur electa induſtria perſonæ. c. is qui de off. delega. in 6. Alex. in l. 1. in prin. Iaſ. nume. 6. Seiſell. in 3. no. Niger nume. 31. in fine. ff. de off. eius Crauet. conſi. 303. colum. 2. verſicu. quarto in rebus, Menoc. de arbi. Iud. lib. 1. q. 54. nu. 7. & 11. & li. 2. caſu 205.
12 ſed quando eſt electa induſtria perſonę, non poteſt quis mandare alteri vices ſuas. capi. ſi. §. is cui. vbi Doc. extra de off. deleg. Alex. conſi. 10. lib. primo Crauet. dicto conſi. 303. numero primo, Menoc. dicta quæſtio. 54. numero 7. & q. 68. nume. decimo. & in ſpecie

de

de Vicario epiſcopi Ruin.conſi.148.
nu.1.in 4.Menoc.cõſi.69. nume. 55.
in primo,Cephal. conſil. 442.nu.72.
cum ſequen.in 3.ergo nec etiam po-
terit ſubdelegare cauſas matrimonia
les,quę graues,& arduę sũt, ex Dec.
Crauet.Menoc.& aliis ſuperius cita-
13 tis. Sicut etiam,& 3. quia Curia nõ
conſueuit committere cauſas matri-
moniales niſi epiſcopis, vt teſtatur
Abb.in dicto c.ſi pro debilitate, nu-
me.4.Dec.in c.propoſuiſti,in princi.
de probat.Grauat.conſi.82. nume.7.
inter conſi.matr. Igitur nec delega-
tus eas poterit ſubdelegare, præſer-
tim illi,qui epiſcopus non eſt. Quia
14 ſtilus curię pro lege habetur, & eſt
obſeruandus,Rolan.poſt alios, con-
ſi.70.nume.12.volu.1.Menoc. de re-
cup.poſſ. in primo reſponſo cauſę Fi
narien.nume.19. Redoan.de ſpol. q.
7.nu.18. & hanc partem quod epiſ-
copus Vicario ſubdelegare non poſ-
ſit cauſas matrimoniales, conſulen-
do tenet Menoc.conſi.17.per totum
volu.1.

15 Contra tamen hanc declaratio-
nem facere videntur dicta Dec.in di
cto c.ſi pro debilitate, nume.4. Vbi
dicit,quod licet cauſa matrimonialis
dicatur grauis: Non tamen eſt adeo
grauis quominus ſubdelegari poſſit
ſaltem epiſcopo,ea ratione, quia nõ
ſufficit cauſas ſimpliciter eſſe graues
ad hoc, vt non poſſint ſubdelegari,
ſed ita graues eſſe debẽt, vt ſine præ
ſentia delegati terminari nõ poſſint
dicto cap.ſi pro debilitate, ſed cauſæ
matrimoniales non ſunt, ita graues
cum hoc totum reſideat in arbitrio
16 iudicis, ſecundum Dec. ibi nume.5.
poſt Butr. & alios in dicto cap. fin. §.
is autem,de offic. deleg. cum addu-
ctis per Grauat.conſil.81. nume. 17.
inter conſi. matr. Menoc.dicto caſu
205.lib.2.merito poterunt ſubdele-
gari. Et ad ſtylum curiæ, reſpondit
Dec.in dicto c.propoſuiſti, in princ.
quòd cauſa matrimonialis etiã aliis
17 quam epiſcopis delegatur, vt patet
in dicto cap.propoſuiſti, & in cap. ex
6 municatione quæ exercetur officio
iudicis nobili, ad publicam vtilita-
tem, non ſi ad priuatum fauorem in
caſu quo delegatus vult excommuni-
care impedientem iuriſdictionem
quia tunc eſſet mixti imperij, Meno-
chi. aliorum auctoritate adductus in
trac.de arbi.Iud. lib.2.caſu. 438.in fi.
cent.2.

Sicut etiam habet Vicarius epiſco
pi modicã coerctionem,prout de Ar-
chidiacono qui abſente epiſcopo eſt
eius Vicarius ipſo iure, probatur in
capitulo primo extra de offic. cuſto.
Abb.in c.ad hæc numero primo,verſi.
quarto quæro poſt Innocen.ibi,extra
de offi. Archi.& in capitulo primo in
fine,vbi etiam Hoſtien.eodem titulo
& de omnibus Magiſtratibus eſt
textus in l. magiſtratibus ff. de
iuriſ-

iuriſd.om.iud.§.audient,in Auth. de
defenſor. Ciuit. Quæ modica coer-
ctio eſt meri Imperij,Bar. Alex. Iaſ.
& alij,in d.l.Imperium, nu.5. vbi la-
te Hippol.Rim.num.451.ff.de iuriſ.
om.iud.Quam tamen declarat idem
Rim.ibi,nu.255.niſi exerceatur ve-
8 lut acceſſoria ad mixtum Imperium
vel iuriſdictionem, quia tunc com-
prehendetur ſub mixto Imperio,vel
ſimplici iuriſdictione ſecundum ca-
ſuum contingentiam. Pro vt etiam
cognoſcere poteſt Vicarius epiſco-
pi cauſas ciuiles beneficiales,ſenten
9 tiam ſuam exequi,reſtituere in inte
grum,præſentatos inſtituere, & ce-
tera huiuſmodi, quæ ſunt mixti Im
perij, ſecundum Doct. in d.l.Impe-
rium,Specu. d.tit.de iuriſd. om.iud.
num.29.&30.Abb. in c.ſi quis con-
tra,nu.29.in 1. lect. & in 2. num.34.
extra de foro compet. In iſtis ete-
nim Vicarius epiſcopi dicitur habe-
re merum, & mixtum Imperium ac
iuriſdictionem,vt reſpondit Bal.con
ſil.478.nu.15.in 4.

10 Non autem habet eos gradus me
ri, & mixti Imperij, quæ non tran-
ſeunt in ipſum ſine mandato ſpecia-
li,niſi adſit mandatũ ſpeciale. Quod
probatur, nam inquiſitio criminum
11 depoſitiones,degradationes clerico
rum conſecrationes, & ea quæ ſunt
ordinis epiſcopalis,meri Imperij sũt
Specul.d.tit.de iuriſ.om.iud. nu.28.
Abb.in d.c.quod ſedẽ, nu.8.late Ber
tach.in tract.de epiſ.lib. 4. tit.de vi-
ta epiſ.num.15.ad fin. & non poſſunt
exerceri à Vicario ſine mandato ſpe
ciali, vt dixi ſupra hoc eod. lib. q.6.

Sicut etiam non poteſt Vicarius
epiſcopi abſque ſpeciali mandato
12 omnia quæ ſunt mixti Imperij. Nã
ſuſpendere perpetuo,conferre bene
ficia, & cetera, quæ animaduerſionẽ
non tangunt,ſunt mixti Imperij, ſe-
cundum Specul. d.tit. de iuriſd. om.
iud.nu.29. Abb. in d.c.quod ſedem.
Et tamen Vicarius epiſcopi non po
teſt perpetuo ſuſpẽdere nec confer-
re beneficia abſque ſpeciali manda-
to, ideo illa mixti Imperij tantum
tranſibunt in Vicarium epiſcopi,
quæ non requirunt ſpeciale manda-
tũ, reliqua vero nõ trãsferentur niſi
cum mandato ſpeciali. Et eodem mo
13 do, quæ ſunt iuriſdictionis, ſi non
exigant ſpeciale mandatum, vſque
transferentur in eundem Vicarium,
non autem illa quæ requirunt ſpe-
ciale mandatum niſi ab epiſcopo cõ-
mittantur ſpecialiter,vt dicam infra
q.proxima ſeq.nu.7.cum ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius generalis epiſcopi habet eandem iuriſdictionem quam epiſcopus.*
2 *Tribunal Epiſcopi & perſona, dicitur tribunal,& perſona Vicarij.*
3 *Vnitas magna inter epiſcopum, & eius Vicarium exiſtit quoad iudicium officium, perſonam, & auctoritatem.*
4 *Vicarius dicitur aſſociatus epiſcopo in iuriſdictione, & ſuperior ſicut epiſcopus.*
5 *Et regulariter omnia poteſt, quæ epiſcopus.*
*Ampliantur,nu.6.*
*Declarantur,nu.7.*
*Subdeclarantur,nu.8.*
*Declarantur,nu.11.*
*Subdeclarantur,nu.15.*
9 *Ordinariæ iuriſdictionis natura eſt cognoſcere omnes cauſas territorij, & illas ſub ſua poteſtate complecti.*
*Declaratur, nu.10.*
12 *Vicarius non poteſt concurrere cum epiſcopo ſuo.*
13 *Nec in omnibus eſt ſuperior ſicut epiſcopus.*
14 *Nec in omnibus datur paritas inter epiſcopum,& Vicarium.*
15 *Vicarius eſt regulariter in cauſis adeundus.*

*Epi-*



16 *Epiſcopo tam præſente quam abſente ad eius Vicarium recurri poteſt.*

# QVAESTIO LVII.

NOn ſolum autem Vicarius epi
dicitũ hẽre iuriſdõnẽ ordinariã
vt ſuperius dictum fuit; verum etiã
eandem quam habet epiſcopus, idẽ
1 conciſtorium, & auditorium, c.Ro-
mana vbi Canoniſtæ, in prin.de app.
in 6.c.non putamus,cum glo. in ver.
videatur, vbi Arch.nu.2.Anchar.nu.
2.Gemin.num.1.&7.Franc.col.1.de
conſ. in 6.c.1. vbi etiam Canoniſtæ,
de offic. vic.in 6. Bertach. de epiſ.6.
par.lib.4.tit.de vic.epiſ.nu.3. & par.
5.lib.eod. tit. de pot. epiſ. circa iud.
num. 92. Didac. Couar. de pract. q.
c.4. numero quarto. tribunal enim
vnius dicitur tribunal alterius, per-
ſona vnius dicitur perſona alterius,
2 idem iudex, vnum officium; idem
3 iudicium, & idem effectus auctorita
te epiſcopi,& Vicarij miniſterio,di-
cto c. non putamus, cum glo. & d.c.
Romana.gl.in clem.vbi Doct. de re-
ſcrip.Rota deciſ.8.de offi. vic.in vlti
mis,Ruin.conſ.148.num.1.3. & ſeq.
vol.4.Nicol.Mill.in ver. vicarius epi
ſcopi,Capr.concluſ.& reg.33.nu.17.
in 1.Anto. de Præt. tract. de iuriſd.
epiſ.qui inſcribitur,Clypeus Paſto-
ralis,c.7.per totum. Vbi latiſſime cõ
probat magnam vnitatem inter epi-
ſcopum,& eius Vicarium, pulchre
Brugen. enchir. par. aut ſimil.iur.in
ver.iudicium,Foller.in prac.cri.can.
prima par.moral. nu.121. Et dicitur
4 Vicarius aſſociatus epiſcopo in iu-
riſdictione, c.in noua actione, vbi
Archid.17.q.6. Abb. conſi.21. nu.2.
par.1. Menoch. conſi.51. num.eod.
vol.j. Et ſuperior eſt ſicut epiſcopus,
Archid.in d.c.Romana,col.1.in fi.in
ver.curiam, de appel.in 6.& regula-
5 riter omnia poteſt, quæ poteſt epi-
ſcopus,l.fi. C.de offi. eius qui vic.al-
ter.ger. Hoſt.Io. And. & Arch. in d.
c.fi.de offi. Vic. in 6.gloſ. in c.tua,in
ver. Vicarij, extra eodem, Card. in
clem.1. q.17. de reſcript. Fel.in c.ex
parte,col.3.poſt nu.1.verſ. vnde co-
gitabam, extra de conſt. Rolan.cõſ.
86.nu.33.in primo, & eſt communis
opinio, vt teſtatur Marant. de ord.
iud.4.par.in 5.diſt. princ. nume. 20.
Quint. Mandoſ. reg. cancel. 24. de
male promot. q.6. nu.3. poſt Corn.
conſ.181. num. 39. in 2. Grat. reſp.
2.nu.88.in primo.

6 Ampliatur etiam ſi Vicarius non
eſſet creatus ab epiſcopo, ſed ab
eius ſuperiore inuito epiſcopo,
quia habet etiam eandem iuriſdi-
ctionem, cum non minus intelli-
gatur repræſentare ipſum epiſcopũ
Ruin.d,conſi.148.nu.5. Dicens Vica
rium in hoc caſu magis repreſenta-
re illum cuius nices gerit,per not.
per Bar. in l.filius. ff de legat. latius
Picard. inter conſi. Menoch.52. nu.
116.vol.1.poſt Alciat. in rub. de offic.
ord.nume.25. & alios ibi cumulatos
Seyſel.in rub.num.13.ff.de off.eius.

Declaratur prædicta concluſio
quoad illa quæ competunt de iuriſ-
7 dictione ordinaria,quia eadem con-
ceſſa dicuntur per epiſcopum eius
Vicario generali, non autem, quæ
competunt de iuriſdictione delega-
ta,Fel.in c.eam te,nu.17.in prin.ex-
tra de reſcr.Dec.in c.quoniam Abb.
nu.15. extra de offi. deleg. Feder.de
Sen.conſi.130. circa finem,Anto.de
Præt. tract.de iuriſd. epiſ.c.6.nu.46.
Rolan.conſ.39.num.18.vol.., Port.
conſ.99.nu.43.Cucc.Inſt. iur.cano.
de Vic. epiſ. nu 67. ea ratione, quia
epiſcopus,& Vicarius non ſunt vnũ
& idem in his quæ competunt epi-
ſcopo de iure ſpeciali,Abb.in c.cum
olim,col.antep.verſ. quinto dubita-
tur,extra de maior.& obed.

8 Subdeclaratur,vt non comprehen
dantur etiam in iuriſdictione ordi-
naria

naria cauſæ ſpeciales, vt criminales
& collationes beneficiorum, quæ
Vicarius exercere non poteſt ratio-
ne ordinariæ iuriſdictionis ſine mã-
dato ſpeciali, c.2.& c.fi.vbi Doct. de
off. Vic.in 6.& alia etiam, de quibus
Doct. in dicto c.fin. & nos dicemus
locis ſuis.

Nec prædicta refragant̃ ordinariȩ
iuriſdictioni, cuius natura eſt cogno
ſcere omnes cauſas territorij, & il-
9 las ſub ſua poteſtate complecti, vt
multis comprobat Vant. de null.tit.
de null.ſent. ex defec. iuriſd. nu.32.
poſt Spec.de iuriſd.om.iud. in prin.
Nam etiam poteſtas ordinaria limi-
tatur, & circunſcribitur ratione cau
ſarum, vel rerum litigatorum, & tem
10 porum, vt ſuſe ſcribit Vanta. d.nu.
33.Et ideo licet ſit ordinaria iuriſ-
dictio vicarij, tamen ex eo non ve-
niunt in illa cauſæ ſpeciales, quia ad
illas ſpecialiter reſtringitur iuriſdi-
ctio ordinaria, dicto c.2.& c.fi. & ibi
Doct.de offi.Vic.in 6. & c.ſtatutum
de præb.eod.lib. 6.

Secundo declaratur maius eſſe
Imperium epiſcopi, quam eius vica-
rij, maioremque poteſtatem, epiſco-
pum habere, maius priuilegium ac
firmiorem iuriſdictionem Vicario,
Gemin.in c.licet, nu.6.in ſi. de offic.
vic.in 6.Bald. & Iaſ. in l.ſed ſi hac.§.
ſemper, in fi. ff. de in ius voc. Fel. in
c.cum olim, el 2.in prin. extra de of.
deleg.Dec.in c.ſanè, el 2 col.3.de of.
deleg.Alciat.in rub.nu.25. extra de
off. ord. Io. Picard. inter conſ. Me-
noch.52.nu.118. cum ſeq.vol.1. Ber
tach.de epiſ.lib.3.par.6. titu.de Vic.
epiſ.nu.3. & par.5. nume.32. Franc.
Marc.q.421.nu.3.& 4. par.1. Foller.
in prac.cri. cano. dicta 1. par. moral.
numero 121.
12 Nec poteſt Vicarius concurrere
cum epiſcopo ſuo, Capra reg.33. nu.
17.par. 1. Nec in omnibus eſt ſupe-
13 rior, ſicut epiſcopus, Archi.in dicto
c.Romana, col.1. in ver. curiam. de
14 app.in 6.Nec iſta paritas locum ha-
bet in omnibus generaliter, Gemin.
c conſ.114.Brugen.enchir. par. aut ſi-
mil.iur.in verſi.indiciũ, circa mediũ.
Quint. Mandoſ. in reg. Cancell.24.
de male promot.q.5. nu.9. & ibi Iaſ.
dicto §. Prætor ait, in fi.Subdeclara-
15 tur, quod licet maiorem epiſcopus
habeat poteſtatem & maius Impe-
rium, Vicarius tamen eſt regulariter
adeundus, vt probatur in c.3. extra
de inſtit.c.2.de regul. c.1.de fer.c.2.
de off. Vicar.Boer.deciſ.347.num.6.
Dicens quod epiſcopo præſente re-
16 curri poteſt in omnibus ad Vicariũ
ſicut epiſcopo abſente, poſt Io. And.
in add.ad Specu.tit.de off. Vic.& Do
min.in c.licet, de off.Vic.in 6. Berta.
de epiſ.lib.4.par.5.tit.de poteſt.epiſ.
circa iud.num.92.
17 Tertio declaratur, vt non proce-
dat in Vicario foraneo epiſcopi, glo.
in cle.2.in ver.foraneo, vbi Card.nu.
24.Imola nu.32.de reſcr.Franc.in c.
non putamus, de conſuet. li.6. Abb.
in capitulo, ſi quis contra, numero
trigeſimo, cum ſequen. extra de fo-
ro competen.

*SVMMARIVM.*

1 *Archiepiſcopus eſt ordinarius omnium epiſcoporum ſuæ prouinciæ.*
2 *Vicarius archiepiſcopi non habet iuriſdictionem in epiſcopos ſuffraganeos.*
*Declaratur, nu.3.*
*Subdeclaratur, nu.6.7.& ſeq.*
4 *Senatores præſente Principe nõ poſſunt condere ſtatuta niſi à Principe confirmentur.*
5 *Luminare maius per luminare minus ſuperueniens obſcuratur.*
7 *Epiſcopi hodie non poſſunt in criminalibus conueniri niſi ob cauſam depoſitionis, & priuationis à ſolo ſummo Pontifice terminandam.*





## QVAESTIO LVIII.

RVrſus Quæro, an Vicarius Ar-
chiepiſcopi iuriſdictionem ha-
beat in epiſcopos ſuffraganeos? Du-
bium faciebat. Quia Archiepiſcopus
eſt iudex ordinarius omnium epiſco
porum ſuæ Prouinciæ & epiſcopi ei-
dem ſubiecti ſunt lege metropolita-
na, c.paſtoralis, vbi hoc no.Abb.nu.2.
de off.ord. ergo eodem modo erit iu
dex Vicarius qui gerit vices Archie
piſcopi, vt per glo.in c.Romana.§.offi
ciales, ver.non attentent, de offic.or-
di.in 6.
2 Sed contrarium decidit tex.in di-
cto §.officiales autem, & ibi Io.And.
& alij Canoniſtæ, propter reueren-
tiam Pontificalis officij, idem Io.An.
in cap.licet, de offi. Vica.in ſexto, Ab
bas in cap. ſi quis contra, in prima le
ctu.& in 2. nu. 29. & nu.34. extra de
foro comp.Bertac.de epiſ.par. 7.li.4.
titu.de Vica.epiſco.q.10.vbi ampliat
nume. 8. etiam in delegato ſequitur
Rebuf.in practi.benef.titu.forma Vi
ca.archie.numero 164.Fran.Marc.q.
483.nume.2.par. 1. pulchre, Iaſ.l.ſed
ſi hac.§.Prætor, in fi. ff.de in ius voc.
Dicens quòd Vicarius non exercet
iuriſdictionem in perſonas Illuſtres
ſicut epiſcopus, poſt Rom.l.ſi vero
§.de viro, 4.fall.ff.ſol.ma.& Vicarium
Archiepiſcopi nullam exercere iuriſ
dictionem in epiſcopos ſuffraganeos
firmat Cucc.Inſti.iur.can. de vic.epi
ſco.nu.123.
3 Declaratur, quando Archiepiſco-
pus eſſet prȩſens in prouincia vel cir
ca illam, non autem ſi abſens: tunc
enim vicarius Archiepiſcopi habet
iuriſdictionẽ in illos in quos etiam
poteſt interdicti, ſuſpenſionis vel ex-
communicationis proferre ſenten-
tiam, dicto §.officiales, & ibi Canoni
ſtȩ.Abb.Bertac.Rebuf.& Marc. in lo
cis præcitatis, glo.in §.Archiepiſcopi
in verſi.ſuffraganeos, Inſti.iur. cano.
Lancellott.de epiſ. & ſum. Pon.Fol-
ler.pract.cri.cano. 1. par. moral. nu-
me.123.& pro Vicario Archiepiſcopi
Aquileienſis reſpondit Picard. inter
conſi.Menoc.52.nume. 187.volum.1.
Cucc.Inſt.iur.cano. de conſec.epiſc.
numero.6.lib.4.vbi declarat, quando
epiſcopus ſuffraganeus nondum eſ-
ſet conſecratus, quia tunc in illum
poterit exercere cenſuras etiam Ar-
chiepiſcopo prȩſente, & iterum in ti
tu.de Vic.epiſ.nu.123.Rebuf.in rep.
c.poſtulaſti.extra, de cler. excom.mi.
4 nu.341.tomo.4. Quibus addo opti-
mum ſimile de ſenatoribus, qui præ-
ſente Principe non poſſunt condere
ſtatuta niſi à Principe confirmentur
Bal.in l.humanum, numero ſecundo
C.de leg. cum ſimilibus alijs addu-
ctis per Aufreſ.ad Tolor.deciſ.48.&
in Regno, capitulo, honorem, titulo
de magiſt.& Iuſt.vbi Federicus Im-
5 perator edixit, Iuſtitiarios regionum
ſilere debere quouſque in eodem lo
co Magiſter Iuſtitiarius vna cum iu-
dicibus ſuis curiam Regiam tenue-
rit vt pote minori lumine per lumi-
nare maius ſuperueniens obſcurato
qua de re plura ibi ſimilia congeſſit
Foller.nume. 3. & 6.& latiore folio
Carauit.in cõment.ſuper Rit.magnȩ
curiȩ Vica.ritu 47.nume.5.vſque ad
finem.

Subdeclaratur vt procedat in ciui
6 libus cauſis tãtum, de quibus Archie
piſcopi cognoſcunt, vt per Abb. in di
cto c paſtoralis, nu.2.

Nõ autem in criminalibus, in qui
bus epiſcopi non poſſunt hodie con-
ueniri, citari aut moneri ſiue ex offi-
cio procedatur, ſiue per denunciatio
nem vel accuſationem, niſi ob cau-
ſam ex qua venirent deponendi aut
priuandi, & tunc etiam a ſolo ſummo
7 Pontifice terminandam, capitulo ſe-
cundo, de tranſlat.epiſ.Abb.in d.c.pa
ſtoralis, nu.2.cum quo eſt communis
opinio ſecundum Anan.in c. excom
municamus, el 1.§.volumus, num.5.

de hæret. Clar. in prac. cri. §. fi. q. 35.
Concil. Triden. c. 6. ſeſſ. 13. & c. 8. &
ſeſſ. 24. c. 2. in decreto, de reformat.

Secundo declaratur, valere ſentē-
tiam Vicarij Archiepiſcopi ſuffraga-
8 neos excommunicantis, ſuſpenden-
tis, & interdicentis, Foller. prac. cri.
cano. 1. par. moral. nu. 123. poſt gl. in
c. 1. ver. attento, de off. ord. in 6. quæ
ſubdit Vicarium tunc eſſe punien-
dum, firmat Bertac. trac. de epiſ. par.
7. lib. 4. poſt Canoniſt. d. §. officiales,
Cucc. d. titu. de Vic. epiſ. nu. 124. qui
tamen ſub dubio loquitur, & Arch.
& Io. Monac. in d. §. officiales, citat in
diuerſam ſententiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Archiepiſcopus, vel eius vicarius non ha-
bet iuriſdictionem in vicarios ſuffra-
ganeorum.*
2 *Archiepiſcopi cognoſcunt cauſas ciuiles
ſuffraganeorum ſuorum.*
3 *Archiepiſcopi, vel eius Vicarij, non poſ-
ſunt punire Vicarios, & officiales ſuf
fraganeorum ſuorum, niſi prout pu-
nire poteſt alios ſubditos epiſcopis, &
num. ſeq.*
4 *Subditi ſuffraganeorum epiſcoporum,
non conueniuntur coram Archiepiſco
po, nec ab eo puniuntur niſi in quibuſ
dam.*
5 *Vicarius vel officialis epiſcopi quando
aliquid faceret, vt priuatus, non pu-
nitur ab Archiepiſcopo, ſecus ſi pecca
ret in ijs quæ ſunt iuriſdictionis.*
6 *Archiepiſcopus excommunicare poteſt
Vicarium epiſcopi ſuffraganei ex
cauſa.*
7 *Et conſuetudine ſpeciali.*

# QVAESTIO LIX.

POteſt etiam in dubium reuoca-
ri, an Archiepiſcopus, vel eius of
ficialis habeat iuriſdictionem in Vi-
carios officiales epiſcoporum ſuffra
ganeorum eadem ratione, quod Ar-
chiepiſcopus dicatur ordinarius iu-
dex omnium epiſcoporum ſuæ pro-
uinciæ illis ſubiectorum lege Metro
politana, vt ex Abb. in c. paſtoralis,
nu. 2. extra de off. ord. & alijs ſcriptū
fuit, ſupra proxima q. præcedenti, &
per conſequens etiam eius Vicarius
qui facit idem tribunal cum ipſo, vt
in hac ſpecie conſiderat Archid. in
c. Romana. §. nec etiam, vbi Innoc. in
fine, de foro compet. lib. 6.

Sed quod non habeat iuriſdictio-
1 nem, in Vicarios, ſicut etiam non ha
bet in ſubditos ſuffraganeorum pro
bat tex. in d. c. Romana. §. nec etiam,
& §. fi. vbi Inn. hoc tradit in fi. & Ar-
chid. cum aliis Canoniſt. de foro
compet. lib. 6. gl. in c. 1. in ver. rationa
bilis, vbi etiam Archid. in princ. Ge-
min. nu. 6. de off. Vic. eo. lib. 6. c. pa-
ſtoralis, vbi Abb. & alii, extra de of-
fic. ord.

Et ideo non poterit Archiepiſco
pus in illos eccleſiaſticam exercere
cenſuram, eo quia vocati querelanti
bus coram eo reſpondere recuſent,
d. c. Romana. §. fi. & ibi Doct. & in d.
cap. 1. vbi Archid. in princ. & Gemi.
numero 6.

Nec dicatur quod habeat iuriſdi-
ctionem in epiſcopos, quorum idē
eſt cum Vicariis auditorium, tum
quia iuriſdictio archiepiſcoporum,
ceſſat in epiſcopos hodie in cauſis
criminalibus. Cum non poſſint epi-
ſcopi citari aut moneri ſiue ex offi-
cio procedatur ſiue per inquiſitionē
ſeu denunciationem, vel accuſatio-
nem niſi ob cauſam ob quā venirent
deponendi, aut priuandi, ſecundum
Concil. Trid. c. 6. ſeſſ. 13. & huiuſmo-
di cauſæ, à ſolo Papa terminantur,
c. 2. de translat. epiſ. Abb. in d. c. pa-
ſtoralis, nume. ſecundo, & eſt com-
munis opinio, vt refert Clar. in prac.
crimi. §. fina. q. 35. verſ. vlterius quæ-
ro Concil. Tridenti. cap. 8. ſeſſ. 13.
&



& c. 6. ſeſſ. 24. in decreto, de reforma.

Et ideo procederet argumentum
tantummodo in ciuilibus cauſis epi
ſcoporum, de quibus Archiepiſcopi
2 cognoſcunt, vt per Abb. in d. c. paſto
ralis, nu. 2. Non autem in criminali-
bus, vt ſupra dictum fuit, in q. proxi-
ma præcedenti. Tum etiam quia ve-
rum eſt illud argumentum vbi pec-
caret Vicarius in ijs quæ ſunt iuriſ-
dictionis non ſi tanquam priuatus
aliquid faceret, vel poſſideret, quia
tunc Archiepiſcopus non poſſet il-
3 lum punire, niſi prout punire poteſt
alios ſubditos epiſcopis, vt declarat,
gloſ. in d. c. 1. in ver. rationabili, de
off. vic. in 6. ex not. in dicto c. paſto-
ralis, de offic. ord. & probare viden-
tur Innocen. & Archid. in dicto c.
Romana, §. fin. de foro compet. lib. 6.
Et ideo ſicut illi ſubditi non puniun
tur, nec conueniuntur coram Ar-
4 hiepiſcopo niſi in caſibus, de quib.
gloſ. in dicto cap. paſtoralis, in ver.
exceptis, & ibi Canoniſtæ, ita nec
conueniri nec puniri poſſunt Vica-
rij epiſcoporum. Atque ita ſecun-
dum prædicta, declaratur concluſio
ſupra firmata, vt vera ſit quando Vi-
carius, vel officialis epiſcopi, aliquid
faceret, vel poſſideret, vt priuatus,
vel ſi delinqueret, vt priuatus, quia
tunc Archiepiſcopus non eſt iudex
competens illius niſi in caſibus. In
quibus eſt competens aliorum epi-
5 ſcopis ſubditorum: Non autem,
quando Vicarius peccaret in ijs quæ
ſunt iuriſdictionis, quia tunc Ar-
chiepiſcopus poteſt illum punire, &
in eundem eccleſiaſticam exercere
cenſuram, d. c. 1. vbi glo. in ver. ex ra-
tionabili, & ibi Archid. & alij ſupe-
rius relati.

Secundo declaratur, niſi cauſa ra-
6 tionabilis adſit, quia tunc Archiepi-
ſcopus, poteſt excommunicare Vi-
carium, vel officialem epiſcopi ſuf-
fraganei, tex. in d. c. 1. cum gl. in ver.
rationabili vbi etiam Canoniſtæ, &
tradit Archid. in c. 1. in ver. iuriſdi-
ctione, de offi. ord. lib. 6. Cauſas au-
tem rationabiles excommunicandi
Vicarium recenſet gloſ. in dicto c. 1.
& ibi Archid. in princ. & in fine, &
Gemin numero 6. in princ. videlicet
quando Vicarius impedit cauſam
appellationis delatam ad Archiepi-
ſcopum, vel ſi deliquit circa offi-
cium commiſſum ſi peccaret in ijs
quæ ſunt iuriſdictionis, ſi vteretur
iuriſdictione epiſcopi ſui excommu
nicati, ſi non ſeruat ſedis apoſtolicæ
priuilegia, & ſit criminoſus, & incor
rigibilis, & idem Archid. in d. c. 1. in
princ. de offi. ord. in 6. cum alijs ſu-
pra relatis.

7 Tertio declaratur, niſi ſpecialis
adſit conſuetudo. d. c. Romana, in
prin. vbi Doct. de offi. ord. in 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Prauentio locum habet in cauſis ſubdito
rum Prælatis epiſcopo ſubiectis, inter
Vicarium epiſcopi, & ipſos Prælatos,
niſi obſtet conſuetudo.*

# QVAESTIO LX.

QVid dicendum de ſubiectis
Prælatorum, qui epiſcopo ſub-
ſunt: Nunquid Vicarius epi-
ſcopi habeat in illos iuriſdictionem?
& habere tam in ciuilib. cauſis, quā
in criminalibus iuriſdictionem, ita
1 vt ſit locus præuentioni inter Præla-
tos, & Vicarium epiſcopi tradit Io.
And. in c. tua nobis, col. 2. extra de
offi. Vic. firmat Abb. in c. cum ab ec-
cleſiarum, num. 9. extra de offic. ord.
Vbi declarat niſi aliud ſuadeat con-
ſuetudo.

*SVMMARIVM.*

1 *Plures Vicarij ſi fuerint ab epiſcopo de-
putati ſimpliciter, an vnus ſine alio*

 *pro-*

*procedere poſſit ſeparatim diuerſæ referuntur Doctorum ſententiæ, nume.1.2.cum ſeq.*

3 *Communis quod quilibet poſſit procedere ſeparatim.*

*Ampliatur, nu.4.*

*Contra, nu.6.*

*Auctor ſequitur communem, num.12. cum ſeq.*

*Ampliatur, nu.16.& 17.*

*Declaratur, nu.18. & 20. 21. 22. 23. vſque ad 34.*

5 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum equiparatur ordinario.*

*Contra, nu.9.*

*Differt tamen in multis ab ordinario, num.10.*

7 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis deputati in aliqua prouincia, vel Ciuitate, vel caſtro, dicuntur delegati ad vniuerſitatem cauſorum.*

*Contra, nu.13.*

8 *Ordinarius habet iuriſdictionẽ iure proprio, delegatus, alieno.*

11 *Argumentum ab æquiparatis non procedit niſi quando exequatio eſt vniuerſalis, & per modum regulæ.*

12 *Et fit equiparatio in materia de qua agitur.*

14 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ dicitur, qui eſt conſtitutus ad vniuerſas cauſas alicuius loci.*

15 *Delegatus ad certum genus cauſarum dicitur, qui eſt conſtitutus, ad omnes cauſas puta mutui, vel ad quaſdam cauſas in genere diſtinctas.*

19 *Vicarij epiſcoporum ſunt iudices ordinarij.*

31 *Delegati ad certum genus cauſarum ſunt ſimplices delegãti.*

## QVAESTIO LXI.

QVid autem ſi plures vicarij fuerint ab epiſcopo conſtituti ſimpliciter, ſecũdum ea quæ ſcripſi ſupra, li.1.q.50. An vnuſquiſq; illorum habeat iuriſdictionem in ſoli
dum, & exercitium ita, vt vnus ſine
alio procedere poſſit ſeparatim. gl. in
c. prudentiã, in ver. teneatur, extra
1 de of. & poteſt. iud. deleg. tenet quod
vnus ex ordinarijs poſſit altero abſente exercere iuriſdictionem. Sed
Hoſt. relatus ibi per Abb. nume.10.
ſentit quod omnes ſimul debent cõuenire niſi lex vel conſuetudo ſeu
Princeps, qui dedit iuriſdictionem
illam inſolidum ei dediſſet Gemin.
in c. ſi duo, de procur. in 6. refert illum Fran. Marc. q. Delphin. 617. in fi.
2 Sed contrariam ſententiam, quod
quilibet tanquam in ſolidum habẽs
exercitium iuriſdictionis poſſit, procedere ſeparatim in ſpecie Vicariorum epiſcopalium, tenet Bar. in l.1.
nu.7. & Bal. ibi. ff. de off. conſ. Ancha.
in c. licet, num.3. Gemi. nu.13 Fran.
col.2. verſ. ſed quid ſi duo ſunt conſtituti, de offi. vic. in 6. Abb. & Felyn.
in c. prudentiam. ille, num.11. iſte,
num.1. Imo. nu.14. extra de off. deleg. Pauin. de pot. cap. ſede vacan. 2.
par. princ. q.10. nu.9. Io. de Selua, in
tract. de benef. par 2. q.14. num.11.
Rebuf. in prac. benef. titu. forma vic.
nu.203. & in tract. nominat. q.14. numero 62. Franc. Marc. q. Delph. 997.
in princ. Vant. de null. ſent. ex defec. iuriſd. ord. nu.176. Et generaliter in quibuſcunque ordinarijs ſimpliciter creatis quod habeant iuriſdictionem, & exercitium iuriſdictionis inſolidum, ita quod ſeparatim
quilibet ſine alio procedere poſſit
firmat gl. in l. vni. in ver. ſi vni, circa medium, vbi Bar. nume. 1.2. & 3.
Alexan. nume.7. Iaſ. num.4. in fine.
ff. de re iud. Iaſ. in l. duo iudices, numero 12. ff. eod. gloſ. in cap. vt officium, in prin. in ver. ſeparatim, de hæret. in ſexto, Abb. Fel. & alij, in dicto capitu. prudentiam, in princip.
Tanc. dicto titu. null. ſentent. ex def.
iuriſd. ord. iud. numero 176. Roma.
conſilio 242. numero primo, Maran. de ord. iud. quarta parte, in 5.
diſt.



diſt. princi. numero 31. Capra, reg. &
concluſ. 27. nume. 1. vſque ad 5. Lancellot. in §. item mandari, Inſt. iur. cano. de iud. Rim. iun. rub. numero 92.
ff. de offic. eius, Carauit. qui de Auditoribus loquitur in coment. ſuper Ritibus mag. cur. Vica. Ritu 53. numero
2. & hanc opinionem dicit commu-
3 niorem atque veriorem Abb in dicto
c. prudentiam, nume.10. in fine, Rim.
in dicta rub. nume.92. Pro qua adducitur tex. in l.1. ff. de offi. conſ. Vbi ex
duobus conſulibus ſeparatim quilibet manumittere poteſt, & in l. Imperator. ff. ad municip. Vbi vnus magiſtratuum qui nominatus eſt, poteſt
conueniri quemadmodum fideiuſſor, & in l. tutores, l. decreto. ff. de adminiſt. tut. l. fi. C. de auct. præſt. Vbi
pluribus tutoribus ſimpliciter datis
cuilibet in ſolidum videtur data poteſtas. & quamuis ſupradictæ leges loquantur de iuriſdictione voluntaria
idem tamen intelligunt de iuriſdictione contentioſa, Iaſ. in d. l. ſi vni, nume.
4. in fine, Alex. nume.5. Vant. in dicto
titu. de null. ex def. iuriſd. ord. nume.
177. & de tutoribus ad Vicarios epiſcoporum nonnumquam argumentatur Rebuff. in practi. benef. titu. de
Vic. epiſ. nume. 26. ſexto citatur tex.
in l.1. §. ſi plures, & ibi late Barto. ff. de
exercit. Vbi pluribus inſtitoribus ſeu
magiſtris prepoſitis quilibet poteſt in
ſolidum conueniri.

Vltimo preter ſcribentes poteſt adduci tex. in c. ſi duo. §. ſanè, cum glo. in
ver. non in ſolidum, de procur. in ſexto. Vbi licet ex procuratoribus conſtitutis ſine adiectione ſolidi, vnus ſine
altero admitti non poſſit tamen in negocijs ſpiritualibus ſpecialiter obſeruatur vt ſi plures procuratores fuerint non inſolidum deputati, præualeat idoneus ac ſi inſolidum eſſet electus, ex quo fit quòd in ſpiritualibus
procuratoribus conſtitutis non inſolidum ex gratia idem ſeruatur quod
in illis inſolidum conſtitutis, ſed Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus dicitur etiam procurator epiſcopi, in c.
petitio vbi Abb. extra de procurat. ergo etiam in ipſo locum habebit diſpoſitio d. §. ſanè, vt abſque adiectione
clauſulæ, inſolidum, ſit conſtitutus &
conſequenter ſine alio procedere
poſſit.

Non obſtant glo. & Hoſt. ſuperius
in contrarium relati quia præter iam
dicta ex quibus remanent confutati:
tamen ſaluatur glo. per Abb. in d. c.
prudentiam, nume.11. Vbi cauſa cœpta foret coram vno ex ordinarijs, quia
poſtea non poterit coram alijs promoueri & finiri niſi primo impedito,
quod voluit etiam Iaſ. in d. l. ſi vni, nume.5. in fine, Vant. dicto titu. de null.
ex def. iuriſd. ord. nume.177. & de Vicario epiſcopi Barto. in d. l. vnica, nume.7. ff. de off. conſ. quem reaſſumit
Abb. in dicto c. prudentiam, nume.11.
ſecus ſi non eſſet incœpta cauſa, quia
tunc quilibet eorum poterit ſeparatim procedere tãquam inſolidum ſingulis iuriſdictionis exercitio conceſſo.
4 Ampliatur primo vt locum habeat
etiam in delegatis ab epiſcopo ad vniuerſitatem cauſarum & conſequenter in foraneis Vicarijs epiſcopi ſecũdum Abb. in c. ſi quis contra clericum
col.20. nume.35. extra de foro comper. Abb. & Felin. in dicto c. cauſam, el
primo, ille nume.7. iſte nume 8. Natta
ad Alexan. conſi.12. nume.3. in 6.

Nam iſti delegati ad vniuerſitatem
cauſarũ ſimpliciter conſtituti habent
iuriſdictionem & eius exercitium tanquam ordinarij inſolidum, ita quod
vnus abſque alio ſeparatim procedere poteſt, glo. in d. l. ſi vni, & ibi Barto.
nume.3. Alex. & Iaſ. nume.6. Barto. in
repe. d. l.1. §. ſi plures, col.2. ff. de exerc.
Bal. in l. fi. C. de auct. præſt. Feli. in dicto c. cauſam, el primo, nume. 8. circa
medium, ſuper glo. in ver. vnus, & ibi
Dec. nume.9. Maran. de ord. Iud. in 4.
par. 5. diſtin. princi. nume.31. in fine,

Vant.de null.& def.iuriſd.num. 178.
Rim.iun.in rub. nu.96.ff.de off. eius
poſt Calefat. nu. 33. & hæc eſt com-
munis opinio, vt teſtantur Ale-
xan.Iaſ.Dec.Maran.Vant. & Capra,
locis iam relatis.

Adducitur pro hac communi ſen-
tẽtia tex.in d.l.1.§.ſi plures.ff.de exer
cit. Vbi pluribus magiſtris conſtitu-
tis ſeu exercitoribus ad vniuerſalem
adminiſtrationem, in dubio quilibet
cenſetur inſolidum conſtitutus, &
quilibet poteſt adminiſtrare ſepara-
tim. Ergo huiuſmodi exemplo idem
dicendum erit in pluribus delegatis
ad vniuerſitatem cauſarum, vt quili-
bet poſſit procedere ſeparatim tam-
quam inſolidum conſtitutus.

Secundo mouentur Doctores hac
ratione, ſcilicet; delegatus ad vniuer-
ſitatem cauſarum ęquiparantur ordi
nario, glo.in dicto c. cum cauſam, in
ver.delegatus, extra de appella.in c.
ſtatutum. §.inſuper, in ver. modera-
tus, de reſcrip. Vbi vocat iſtos Ordi-
narios gloſ. vltima in l.a iudice, ubi
Iaſ.nu.8.verſ.2.fallit.C.de iud.Bald.
in l.ſi vt proponis.la 1.col.2. C.quo-
modo & quando iud. Bar. in l. more
col.2. ff.de iur.om. iud. Abb. in.c.cũ
Bertoldus, col.1.verſ.ego ad hoc alle
go, de re iud. Imo. in c.ſciſcitatus, in
fine, de reſcr.Fel. in c.cauſam, el 1.in
glo.in ver.vtriuſ.nu.8.extra de off.de
leg. Vant. de tit.de null. ſent. & de-
fect.iuriſd. nu.178. & tit. coram quo
nullitas, nu.17. Menoc. de arb.iud.li.
1.q.67.nu.31.ergo ſicut pluribus or-
dinariis ſimpliciter conſtitutis quili-
bet procedere poteſt ſeparatim tam-
quam inſolidum conſtitutis vt ſupra
dixi, eodem modo delegatus ad vni-
uerſitatem cauſarum. ſed contrariã
ſententiã in hac ampliatione & quod
6 iſti delegati ad vniuerſitatem cauſa-
rum ſeu foranei Vicarii epiſcoporũ
ſimpliciter conſtituti habeant ſingu
li exercitium iuriſdictionis, pro par
te, non inſolidum & quod vnus ſine
alio non poſſit procedere ſeparatim
tenuerunt Imola in c.1.de off.deleg.
quem refert & ſequitur Iaſ. in dicta
l.ſi vni, nu. 8. Abb. in dicto c.cauſam
quæ, el.1.nu.7. Bened.de Vad.in add.
ad Fel. in dicto c. cauſam, ſuper glo.
in ver. vnius, in litera, C, dicens opi-
nionem Abb. ſibi videri veriorem
Capra in regu. 27. numero 23. cum
ſequen.

Mouentur iſti ad hoc dicendum
primo ex tex.in c.vt officium, iuncta
gl.in ver.ſeparatim, de heret.i 6.Vbi
inquiſitores hęreticę prauitatis, qui
deputati in aliqua prouincia, vel Ci-
uitate vel caſtro dicuntur delegati
ad vniuerſitatem cauſarum ſecundũ
Abb.in dicto c.cauſam, nu.7. Alex.&
Iaſ.in d.l.ſi vni, iſte nu.8.ille num.6.
Dec.in c.cauſam, de app.Alc. in rub.
nu. 21. de off. ord. Menoch. de arb.
iud.lib.1.q.54.nu.41. ſpeciali fauore
fidei procedere poſſunt ſeparatim.
ergo regula eſt, vt debeant ſimul de-
legati ad vniuerſitatem cauſarum
conuenire arguendo à ſpeciali.

Tertio loco dicunt iſti, quod ra-
tio quare vnus ex ordinarijs poteſt
à principio tanquam inſolidum con
ſtitutus procedere ſeparatim, vt dixi
ſupra in principio huius q. non aũt
vnus ex pluribus delegatis ad vnam
cauſam, d.l.duo, ff.de re iud.d. c.pru-
dentiam, vbi Doct. extra de off. dele.
8 & paulo infra dicam, illa eſt, quia or
dinarius dicitur habere iuriſdictio-
nem iure proprio, ſed delegati hẽnt
illam iure alieno, l.1. §. qui mandatã,
vbi Doct.& l.ſi Pretor, ff de off.eius,
l.more, ff.de iuriſd. omn. iu. ſed iſta
ratio militat etiam in delegatis ad
vniuerſitatem cauſarũ, vt ipſi volunt
merito eadẽ adeſſe debet diſpoſitio,
c.translato, extra de conſt. l.illud, ff.
ad leg.Aquil.cum ſimil.

Non obſtãte modo, quæ ſuperius
pro parte affirmatiua ſcripta ſunt.
Et primo non obſtat text. in dicta l.
prima, §. ſi plures, quia vt inquit.
Abb.



Abb.in dicto cap.cauſam, nume.7.lo
quitur de alia materia quàm delega-
torum, firmat Iaſ. in d. l. ſi vni.nu.8.
Nã tex. in dicto §.ſi plures, loquitur
de exercitoribus quorum officiũ eſt
auctoritate & vtilitate priuatum, vt
per eundem Abb. in dicto cap. pru-
dentiam.nume.10. Et ideo de vno
ad aliud ita diuerſum non eſt arguẽ-
dum.l.naturaliter.§.nihil commune.
ff.de acquir.poſſ.l.Papinianus exuli.
ff. de minor. Secundo reſpondit
Dec.in dicto capit. cauſam. nume.9.
quòd ille text.loquitur de habenti-
bus poteſtatem ordinariam, de men
te Bart.ibi, & ideo ceſſat argumen-
tum ad caſum noſtrum. Minus ob-
ſtat ſi dicatur Delegatum ad Vni-
uerſitatem cauſarum æquiparari or-
dinario, & eſſe ad inſtar ordinarii
per auctoritates ſuperius adductas,
quia contrarium tenent Abb. in cap.
relatum.nu.7. extra de offic. delega.
9 Alexan.in l.more.nume.26.vbi Dec.
nume.42.ff.de iuriſd.omn.iudi. & in
dicto c. cum cauſam, in fine, de app.
Iaſ.in d.l.ſi vni, num.8. & ſeq.ff. de re
iud. Vel ſaltem negari non põt quin
10 delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ
in multis differat ab ordinario, vt
quamplurimis exemplis oſtẽdit Iaſ.
in dicta l.ſi vni. nume. 8. & 9. & alij
Doctores ſuperius relati. Et in ſpe-
cie delegatorum ad vniuerſitatẽ cau
ſarum epiſcopi ſiue Foraneorum Vi
cariorum, ponit differentiam Abb.
in c.relatum, nu.8.extra de offi.dele.
Bart.in l.1.in fin.ff. quis & a quo per
tex.in c.Romana.de app.in 6.c.2.vbi
Archid.de conſuet.in 6. Alex. conſi.
82.nu.3.vbi Natt.in apoſt.ver.3. vo-
lu.3.& dixi etiam ſupra. Et ideo non
procedit argumentum ab ęquipara-
tis, quia exęquatio non eſt vniuerſa-
lis, & per modum regulæ, prout re-
11 quiritur ad hoc, vt diſpoſitũ in vno
ex æquiparatis locum habeat in alio
ſecundum Dec.in c.translato, nu.3.
extra de conſt.& communiter Doct.
in l.1.ff.de lega.1. Tertio iſta æqui-
paratio delegati ad vniuerſitatẽ cau-
ſarum, & ordinarii non reperitur ſpe
cialiter facta in exercitio iuriſdictio
nis inſolidum de quo eſt quæſtio no
ſtra, ſed Doctores, qui ſupra dixerũt
iſtos delegatos poſſe ſeparatim pro-
cedere tanquam habentes inſolidũ
exercitium iuriſdictionis adduxerũt
pro ratione argumentum ab æquipa
ratis non ſpecialiter in materia iſta,
de qua agimus, ſed in aliis, vt eſt vide
re ſupra in locis præallegatis, quo ca
ſu non procedit argumentum, quia
æquiparatio debet eſſe in materia,
12 de qua agitur, non in alia ad hoc, vt
ualeat huiuſmodi argumẽtum, Dec.
in d c.translato, nu.3. extra de conſt.
Atque ita videmus opinionem com
munem nullo loco eſſe munitã quin
expugnari poſſit & confutari. Verũ-
tamen nefas eſſet ab ipſa recedere
propter auctoritatem tantorum Pa-
trum in locis ſuperius relatis.

Et adducta ſupra in contrariã par
tem tolli poſſe videntur hoc modo.
Et primo vltra reſponſiones quas Fe
lin.adfert in d.c.cauſã, nu.8. & Deci.
nu.10.ad finem, ad tex.in d.c. ut offi
cium, iuncta glo.in ver. ſeparatim in
quo ſumunt argumentum a ſpeciali
fauore fidei quod inquiſitores hære-
ticæ prauitatis tanquam delegati ad
vniuerſitatem cauſarũ habeant exer
citiũ iuriſdictionis inſolidũ, ita quod
unus ſine alio procedere poteſt. Re
ſpondeo præter Doctores negan-
do huiuſmodi inquiſitores eſſe de-
legatos ad vniuerſitatem cauſarum,
quia ſunt potius delegati ad cer-
13 tum genus cauſarum non autem
ad vniuerſitatem, & hoc probatur.
Nam delegatus ad Vniuerſitatem
cauſarum ille dicitur, qui eſt conſti-
14 tutus ad vniuerſas cauſas alicuius
loci, ſecundum Bart. in l. prima. in
fine.ff. quis & à quo. Alexand. con-
ſil. 12.numero 3. in ſexto, Iaſ. in l.
a iudice, numero 8.C. de iudic. cum

alijs ſupra adductis, quæſt. 3. lib. pri-
mo. Et iſta vniuerſitas delegati com-
prehendere poteſt tanquam vnum to
tum multa corpora, vt in l. hæreditas
ff. de verb. ſig. l. peculium, la quarta ff.
de pecul. l. quod dicitur ff. de impenſ.
in reb. dota. fac. Docto. in rub. ff. ſol.
matr. & tradit Alexan. in l. prima, nu-
mero ſeptimo ff. de offic. eius.

15 Sed delegatus ad certum genus
cauſarum eſt ille, qui eſt conſtitutus
ad omnes cauſas, puta mutui vel
adquaſdam cauſas in genere diſtin-
ctas ſecundum Caſtreſ. in l. a Iudice
nume. 3. vbi Salic. col. 2. in fi. verſicu.
quæro ad declarationem, C. de iud.
Franc. in ca. cum cauſam col. fi. de ap-
pellat. Barto. in l. more, nume. 14. ff. de
iuriſdi. om. iu. Alexan. in l. 1. numero
76. & 78. vbi ponit horum delegato-
rum differentias ff. de off. eius.

Cum igitur inquiſitores hæreticæ
prauitatis & ſic cauſas in genere di-
ſtinctas, non autem vniuerſas cauſas
alias diuerſas comprehendentes vt
habent illi qui delegati ſunt ad vni-
uerſitatem cauſarum alicuius loci,
vt patet ex iuribus ſuperius addu-
ctis, merito dicuntur delegati potius
ad certum genus cauſarum quam ad
vniuerſitatem, & hanc opinionem te
nuerunt Gemin. in capi. ne aliquid, &
in dicto capitu. per hoc, de hæreti. in
6. Caccialup. in l. more q. 19. ff. de iur
om. iud. Et ideo videmus illos acce-
dere ad naturam ſimplicis delegati
quemadmodum delegati ad certum
genus.

Vltimo non obſtat ratio ſuperius
allegata, quòd ideo delegatus ad vni-
uerſitatem cauſarum non poſſit pro-
cedere ſeparatim tanquam non ha-
bens in ſolidum exercitium iuriſdi-
ctionis, quia iuriſdictionem habet iu
re alieno ſicut ſimplex delegatus
non iure proprio ſicut ordinarius:
Nam reſpondetur negando iſtam eſ-
ſe ueram rationem, ſed quod ea eſt,
quia delegata vniuerſitate cauſarum
pluribus cenſetur commiſſum in ſo-
lidum exercitium iuriſdictionis per
iura ſuperius allegata. & hanc reſpon-
ſionem dat Felin. in dicto capitu. cau
ſam, numero octauo, ad finem, extra
de offi. delega. Atque ita conſtat am-
pliationem ſupradictam remanere in
robore ſuo.

16 Secundo ampliatur vt iſti Vicarij
habeant iuriſdictionem & exerci-
tium iuriſdictionis, inſolidum tam
voluntariam quam contentioſam, vt
in ordinarijs tradit glo. in dicta l. ſi
vni, vbi Alex. nume. 5. Iaſ. nume. 4. &
in Vicarijs Vant. de null. titu. de null.
ſent. ex defec. iuriſdi. numero 117. &
hæc eſt communis opinio, vt teſtatur
Alexan. & Iaſ. in locis adductis, quid
quid dixerit in contrarium Io. And.
in add. ad Specul. titu. de ſent. prolat.
§. ſequitur, verſicu. quid ſi duo, cuius
ſententiam impugnant Alex. in d. l. ſi
vni, nu. 5.

17 Tertio ampliatur ſiue ſint conſtitu
ti in ſpiritualibus, ſiue in temporali-
bus, glo. in dicto c. prudentiam, extra
de offi. deleg. & eſt communis opinio
teſte Capra, dicta reg. 27. nume. quar-
to, poſt Ioan. And. & alios in dicto c.
prudentiam.

18 Declaratur ſupradicta concluſio
vt procedat quando iuriſdictio ſiue
poteſtas, conceſſa fuit vicarijs vt ſin-
gulis, ſecus ſi vt vniuerſis ac ſimul &
complexiuè, ſicut fit cum verba dele-
gationis vel reſcripti ſeu compromiſ-
ſi vel ſtatuti reperiuntur directa vni-
uerſitati ſeu dignitati Vicariorum,
ſeu pluribus tanquam vniuerſis, non
autem ſimpliciter, Franc. in dicto c. li
cet, columna ſecunda, verſi. ſed quid ſi
duo, poſt Anchar. numero decimoter
tio Gemin. numero decimoterio, Vã
ti. dicto titu. de null. ex def. iur. ord.
numero 175. & 176. in fine. Nam tunc
vnus ſine alio procedere non poteſt.
ſic in pluribus ordinarijs declarat Bar
to. in dicta. l. ſi vni, numero primo, Ale
xan. numero ſeptimo, Iaſ. numero
quarto



quarto, Fel. in dicto c. cauſam, numero
octauo, ad finem, Pauin. de pot. capit.
ſede vac. 2. par. prin. q. 10. numero no
no. Vant. dicto titu. de null. ex defec.
iuriſdi. ord. numero 175. & ſequen. &
Capra d. regu. 27. numero quinto. Et
ideo idem dicendum eſt de Vicarijs
19 epiſcoporum, tum quia ordinarij ſunt
capitulo, Romana, vbi Innocen. de ap
pel. in ſexto, glo. in c. 2. in uer. ordina-
riam, & ibi Hoſt. in ſumma, numero ſe
cundo, de offi. Vica. in ſexto. Archidi.
in capitulo ſecundo, de conſuetu. lib.
ſexto, Abb. in capitulo, decernimus,
numero 12. de iud. Alexan. in rub. nu
me. 17. ff. de offi. eius, & eſt communis
opinio vt teſtantur Docto. in dicta
rub. Couar. lib. tertio var. reſolu. c. 20.
nume. 4.

Tum etiam quia concluſionem ſu
pra firmatam in ordinarijs deduxi-
mus etiam in ſpecie Vicariorum epi-
ſcopalium, & Barto. in dicta l. prima
numero ſeptimo & ibi Bald. ff. de offi.
conſ. Abb. & Felin. in dicto c. pruden
tiam, ille numero 11. iſte numero pri-
mo, & Vant. in loco præallegato, nu-
mero 176. ergo etiam exceptio ſeu li
mitatio concluſionis ordinariorum
militare debet in ipſis Vicarijs cum
eadem ratio vigeat. l. illud. ff. ad l. A-
quil. c. tranſlato, vbi Dec. nume. 3. ex
tra de conſt.

Secundo declaratur niſi vnus ex vî
20 carijs ſolus cœpiſſet de cauſa cogno-
ſcere, quia tunc coram alio pars non
debet proſequi cauſam, cum ſit locus
præuentioni. Barto. in dicta l. prima
numero ſeptimo, & ibi Bald. ff. de off.
conſul. Abb. in dicto cap. prudentiam
numero 11. Imola numero 14. Anchar.
in dicto cap. licet, numero tertio, Ge-
min. nume. 13. Franc. dicta columna
ſecunda verſi. ſed quid ſi duo, poſt La
pum ibi citatum, Lancellot. inſti. iur.
cano. titu. de Iud. §. porrò & idem
Franc. in capitulo, cum plures, in ter-
tio nota. de officio delega. in ſexto
Ioan. de Selua tracta. de benef. parte
ſecũda, q. 14. numero vndecimo, Fran
ci. Marc. q. Delph. 997. numero primo
Rebuf. tract. nominat. quæſt. decima
quarta, numero 62. Vant. dicto titu.
de null. ex def. iuriſdi. numero 176. &
ideo quilibet procedere non po-
teſt, probat admodum tex. in dicto ca
pitulo, cum plures, de offic. delega. in
ſexto. Vbi pluribus inſolidum delega
tis quilibet procedere poteſt, niſi
vnus inchoauerit.

21 Subdeclaratur niſi primus vicarius
eſſet iuſta de cauſa impeditus, quia
tunc cauſa poteſt coram alio promo-
ueri & ſi coram illo cæpta ſit, Barto.
Bal. Abb. Anchar. Gemin. Imola Fran.
Rebuff. & alij proxime citati in lo-
cis adductis per textu in dicta l. ſi
uni. ff. de re iudica. ubi Iaſ. numero
quinto.

Tertio declaratur niſi ab initio ta-
les Iudices cauſam aliquam inſimul
22 cognoſcere cæpiſſent. Quia tunc
etiam in ſolidum deputati debent in
ſimul eandem terminare, non autem
ſeparatim, glo. in dicta l. ſi uni ubi, Bar
to. in princ. Alex. nume. 17. Iaſ. nume.
5. glo. in capitu. cum plures, in uerſic.
uno eorum, de offic. delega. in ſexto
Rom. conſi. 92. in princip. Vant. dicto
titu. de null. ex def. iuriſd. Capra dicta
reg. 27. nuumero ſeptimo, Rimin. iun.
in dicta rub. numero 94. ff. de officio
eius. Et quamuis iſti ſpecialiter non
loquantur de Vicarijs, cum tamen
de ordinarijs faciant mentionem, illi
comprehenduntur, ut ſuperius di-
ctum eſt.

23 Extende huiuſmodi declaratio-
nem etiam ſi unus iſtorum iurat ſibi
de cauſa non liquere.

Nam adhuc alter non poteſt fer-
re ſententiam. tex. eſt in dicta l. ſi uni
à contrario ſenſu, ubi numero 17. Ale
xan. poſt Imol. firmat ita in ordina-
rijs & delegatis ad uniuerſitatem cau
ſarum.

Subdeclaratur, niſi ferenda eſſet
ſententia pro cauſa fauorabili, puta
libe-

libertate, teſtamento, vel pro reo,
quia tunc iurãte altero ſibi de cauſa
non liquere, poteſt alter ferre ſentẽ
tiam, Bart.in d.l.ſi vni, num.2.Iaſ.nu
mero quinto, Felin.in dicto cap.pru
dentiam, numero nono, extra eod.
Rim.in dicta rub. nume.94.ff.de off.
eius.

Secundo ſubdeclaratur, niſi vnus
24 iſtorum eſſet impeditus, quia tunc
per alterum poterit ſententia expe-
diri, probatur in l.1.ff.de offic. conſ.
Vbi vno ex conſulibus impedito, al-
ter qui nõ poterat manumittere nõ
prohibetur propter alterius impedi
mentum, & in cap.cum plures, de of-
fic.deleg.in ſexto. Vbi propter impe
dimentum vnius ex delegatis inſoli
dum conſtitutis alter negocium ex-
pedire poteſt, qui alioquin circum-
ſcripto impedimento non poterat,
ex quo illud inchoauerat, firmat Ale
xan.in dicta l.ſi vni, numero 17. Vãt.
dicto tit.de null.ex defec. iuriſd.nu-
mero 180. Capra, dicta regu.27.nu-
mero 7.

25 Idem erit ſi alter procedere nol-
let, aut malitioſe ſe occultaret: Quia
tũc alter procedere poterit, qui alio-
quin non poterat ſecundum text.in
dicto cap.cum plures, cum gl.in ver.
recuſaret, vbi Doct.Lancellot.in di-
cto § item mandari, & in §.porro, In-
ſti.iur.can.de iud.

26 Tertio ſubdeclaratur, vbi eſſet ſen
tentia diffinitiua, vel habens vim dif
finitiuę, quia tunc ſi omnes cęperũt
ſimul cognoſcere debẽt inſimul om
nes iudicare, ſecus ſi eſſet mera in-
terlocutoria, Bar.in dicta l.ſi vni, nu-
mero quarto, Iaſ. nume. vndecimo.
Ea ratione fortaſſe, quia per meram
interlocutoriam non finitur iuriſdi-
ctio, nec eius officium, ſecundũ Bar.
& Iaſ.in locis præcitatis. Quemad-
modum per diffinitiuam, vel haben-
tem vim diffinitiuę. l. iudex poſtea-
quam. l. quod iuſſit, cum materia, ff.
de re iud. Quando autem per aliquẽ
actum iuriſdictio iudicum ordinario
rum, vel delegatorum ad vniuerſita-
tem cauſarum finitur, tunc ipſi non
poſſunt illam ſeparatim exercere, ſe
cundum Abb. in dicto cap. pruden-
tiam, nu.14.

27 Quarto ſubdeclaratur, quod licet
omnes debeant inſimul eandem cau
ſam terminare, tamẽ ſi iſto caſu vnus
ſolus ferret ſententiam illa non re-
putaretur nulla ex defectu poteſta-
tis, cum ſibi competat inſolidum, Ro
ta deciſio.2.nume.8.titu.de arbit. in
antiq. Vant. de null. ex defec.iuriſd.
ord.nu. 177.in fi.

28 Quarto principaliter declaratur
ſupradicta concluſio, vt quilibet iſto
rum Vicariorum procedere poſſit ſe
paratim vti deputatorum inſolidum.
In actibus quibus iuriſdictio eorum
vel officium non finitur ſecus ſi per
actus eorũ iuriſdictio finiretur, quia
tunc ſeparatim non poſſunt illam
exercere, Abb. in dicto cap.pruden-
tiam, nume.14.Barto.in dicta l.ſi vni,
nume.4. Iaſ. in fine, Capra dicta re-
gu.27. num.8. Vbi dat exemplum in
meris interlocutorijs, & diffiniti-
uis, vt ſupra dixi in tertia ſublimi-
tatione.

29 Quinto fallit, quando ſtatutum,
vel cõſuetudo diceret, quod omnes
concorditer iudicarent, quia tunc
vnus ſine alio procedere non poteſt
Bal.in dicta l. prima, ff.de offic.conſ.
Felin. in dicto cap. prudentiam, nu-
mero primo.

30 Sexto fallit ſupradicta concluſio
in Vicarijs foraneis epiſcopi non ta-
men delegatis ad vniuerſitatem cau
ſarum, vt ſuperius diximus, ſed ad
certos, vel ſpeciales actus, qui dicun-
tur delegati ad certum genus cauſa-
rum, & Vicarij ſpeciales, ut ſuperius
dictum fuit libro primo, quæſtio.13.
& 22. Nam credo, quod iſti ſimplici-
ter conſtituti non habeant inſolidũ
exercitium iuriſdictionis ſicut alij
vicarij foranei, aliàs dicti delegati ad
vniuer-



vniuerſitatem cauſarum, ea ratione
quia iſti Vicarij foranei delegati ad
31 certum genus ſunt ſimplices delega
ti, & idem videatur de iſtis delega-
tis, quod de particularibus, Alexan.
in dicta l.prima, nume.76.& 77. cum
ſeq.ff.de off.eius, & dictum fuit ſup.
in hac q. in primo reſponſo ad con-
traria adducta. Sed delegatis ſimpli-
citer datis vnus ſine alio procedere
non poteſt, cum non habeant exer-
citium iuriſdictionis inſolidum, cap.
cauſam matrimonij, vbi Doct.c.pru-
dentiam, § primo, extra de off. dele-
ga.vbi Abb.nume.13.Felin.nume.8.
cap. vno delegatorum, extra eodem:
Bart.in l.prima, §.ſi plures.ff.de exer
cit.& in dicta l. ſi vni, num.3.Iaſ.nu-
me.7. Alciat.nume.8.Maran.de ord.
iud.in 4.par. in 5.diſtin.princ.nu.31.
Capra, reg.27.nume.19. Riminal. in
dicta rub.nume.95.ff.de off.eius.Er-
go eodem modo iſti Vicarij foranei,
rationem ponit glo.in dicto cap.pru
dentiam, & ibi Abb.nume.13.Felin.
nume.8.quia plures delegati ab uno
dati ſuper eodem articulo repræſen
tant perſonam vnius in vnica iuriſdi
ctione, & ideo non poſſunt ſepara-
tim procedere. Niſi tamen iſti dele-
32 gati eſſent cum clauſula, vos omnes,
vel duo, aut vnus veſtrum, quia tunc
cenſetur delegatio cuique facta in-
ſolidum, & locus eſt præoccupatio-
ni, cap.cum plures, de offic.deleg.in
ſexto, cap.prudentiam, in princ. ext.
eo.& ibi Doct.& in dicta l.ſi vni, Ma
ran.in loco præcitato, Capra dicta re
33 gu.27. nume.20. Idem ſi adiecta eſ-
ſet clauſula, quod ſi vnus intereſſe
nequeat alter exequatur. Nam con-
ſtito, quod collega non poſſit, aut no
lit intereſſe, alter ſolus expediet per
tex.in dicto capit. prudentiam, & ibi
Doctor. Felin. in capitu. ſciſcitatus,
verſ.oportet, de reſcript.Rota deciſ.
143.& 166.in no.Rom.ſingul.13.Ca
pra dicta reg.27.nume.25.& eſt com
munis opinio, ut teſtatur Vant.d.ti-
tu.de null.ex defec.iuriſd.ordin.nu-
mero 180.

Qui ſubdeclarant non procedere
in beneficialibus in quibus etiam nõ
conſtito de collegę impedimento, ſi
alius ſolus procedit, & ex poſt appa-
ret de alterius impedimento valebit
proceſſus.

34 Reliquas vero declarationes ad
hanc fallentiam, & quomodo iſti de-
legati cauſam inſimul terminare de-
beant, ſcribunt Doc. in dicta l.ſi vni,
& in dicta rub.de off.eius, & in dicto
cap. cauſam, & in dicto cap. pruden-
tiam, & per Capram, & Vant.in locis
præallegatis, & Carauit.ritu 53.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius principalis epiſcopi, quis?*
2 *Error communis facit ius.*
3 *Cauſa delegata Vicario epiſcopi intelligi tur delegata Vicario principali ex plu ribus inſolidum conſtitutis.*
4 *Vicarius generalis epiſcopi præfertur Vi cario foraneo.*
5 *Vicarius foraneus dependet a generali ſiue principali, & illi ſubditus eſt.*
*Declaratur, nu.8.*
6 *Appellatur a ſententia Vicarij foranei ad generalem Vicarium.*
7 *Vicarius foraneus non facit idem conciſtorium cum epiſcopo, ſicut generalis.*
9 *Cauſatus ſubeſt ſuo cauſanti.*
10 *Delegatus Principis in cauſa delegata eſt maior ordinario.*
11 *Epiſcopus Duci comparatur, & dicitur Princeps, & nu.12.*
12 *Epiſcopus Parmenſis Princeps vocatur.*
13 *Epiſcopi dicuntur Sereniſsimi.*
*Dux loco Principis eſt.*
14 *Vicarius vnus generalis alteri einſdem epiſcopi non præfertur.*
*Declaratur, nu.15.16.17.cum ſequentibus.*
25 *Viearius foraneus epiſcopi alteri foraneo non præfertur.*

*Decla-*

*Declaratur, nu.ſeq.*
15 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus præ-
fertur alteri in temporalibus.*
21 *Procurator electus a iudice in cauſis ſpi
ritualibus alteri procuratori præfer-
tur.*
27 *Foranei Vicarij epiſcopi delegati dicun
tur.*
28 *Delegatus nihil repræſentat extra iu-
riſdictionem.*

## QVAESTIO LXII.

DVbitari etiam ſolet, quis præfer
ri debeat ex pluribus vicarijs ab
epiſcopo conſtitutis? Nam Cardin.
in clemen.2. numero quinto, de re-
ſcrip. poſt Zenzel. ibi relatum ſenſit
illum eſſe principalē ex Vicarijs con
1 ſtitutis, extra ciuitatem in diœceſi,
ad quem ſecundum vſum commu-
nem recurſus habetur per maiorem
partem, firmat Anchar. col.1. Imola,
nume.11. ea ratione, quia communis
2 error facit ius. l. Barbarius, ff. de offic.
pręto. ca. conſultationibus, extra de
iure patron. Vant. de nullit. tit. quib.
mod. ſent. nul. def. poſſ. nume.46. Pa
uin. de poteſta. cap. ſede vacan. ſecun
da par. princip. q.10. nume.9. in fine.
3 Vbi dicit, quod cauſa intelligitur de
legata principali licet plures Vicarij
4 ſint inſolidum conſtituti. Sed quo-
niam Card. & alij ſuperius relati lo-
quuntur tantum de vicarijs, extra ci
uitatem conſtitutis in diœceſi; & plu
res ſunt ſpecies Vicariorum epiſco-
palium, vt dixi ſupra, libro 1. q.3. Vbi
quod alij ſunt generales ſeu princi-
pales, & alij ſunt foranei. Idcirco plu
res quoque in propoſito ſunt conſi-
derandi caſus.

Primus eſt, an generalis ſiue prin-
cipalis Vicarius præferatur Vicario
foraneo. & iſte nullam recipit diffi-
cultatem, vt probatur in dicta cle-
5 mentina ſecunda, in princip. iuncto
ver. in officiali. aut foraneo. Et quia
foraneus Vicarius dependet à gene-
rali ſiue principali, & eidem ſubdi-
6 tus eſt, ſecundum Cardin. ibi, nume-
ro vigeſimoquarto, & ab eius ſenten
tia ad generalem appellatur, ſecun-
dum Archid. in capitulo ſecundo, in
fine, de conſuetu. in ſexto, Franc. co-
lumna penult. in glo. in ver. Audito-
rium, Cardin. in clem.2. numero 25.
de reſcrip. Rota deciſ.371. titu. de of-
fic. Vicar. in no. apoſt. ad Bar. l. prima,
§. primo, in ver. & idem auditorium,
ff. de appel. & ad Roman. ſingu.458.
Bal. in cap. dilectis, vbi late Francus,
quæſtione ſecunda, extra de appella.
Felin. in cap. ſi quis contra, nume.5.
verſ. ſed caue, extra de foro compet.
poſt Marian. ibi citatum, in cap. dile-
cti, el 3. colum.12. verſ. ſecundo quæ-
ritur, an a delegato, & ibi Peruſ. in d.
7 ſecunda quæſtione. Nec Vicarius fo-
raneus facit idem conciſtorium cum
epiſcopo, nec dicitur vna, & eadem
perſona cum ipſo, ſicut Vicarius ge-
neralis, ſecundum Card. in dicta cle-
men.2. nume.23. & alias ſuperius di-
ctum fuit.

Declaratur iſte primus caſus, vt
8 non procedat, quādo apparet, ꝙ ꝑꝑ
cauſas delegatas ab epiſcopo pote-
ſtas detracta eſſet ab ordinaria pote-
ſtate Vicarij generalis, & conceſſa fo
raneo tunc enim generalis vicarius
Vicario foraneo non debet præferri
in illis cauſis, vt firmare videtur Car-
din. licet obſcure, in dicta clemen.2.
nume.24. Quod etiam videtur con-
firmari poſſe. Nam ratio, quare ſube-
rat foraneus generali ea erat, quia
manabat ab ipſo generali, & ab eo-
dem erat cauſatus, tanquam haben-
te eandem perſonam cum epiſcopo,
9 vt ſuperius dictum eſt. Et tanquam
cauſatus ſuberat cauſanti, vt volunt
Alexan. Iaſ. & alij in rubrica, in prin-
cipio, ff. de off. eius. Sed iſta ratio ceſ
ſat, quando epiſcopus detraxit Vica
rio generali illam poteſtatem, quam
in foraneum habebat, Abb. in capit.
ſi quis



ſi quis contra, numero vigeſimoſex-
to, extra de foro competen. Dec. in
cap. vt debitus, numero decimoſex-
to, extra de appell. ergo ceſſare de-
bet effectus rationis, & ſic ſubiectio
foranei. l. adigere, §. quamuis, ff. de iu
re patro. cap. cum ceſſante, extra de
appellat. & tradit Abb. in dicto capit.
ſi quis contra, numero vigeſimoquin
to, & vigeſimoſexto. Tunc enim non
cauſatur ab ipſo Vicario, ſed ab epi-
ſcopo tantum, qui Vicario poteſta-
tem detraxit, & ideo non ſubeſt in il
la cauſa ſuo cauſanti, & per conſe-
quens ſequitur, quod in illa cauſa de
legata Vicarius foraneus ſit maior
10 Vicario generali. Nam ſicut delega-
tus Principis eſt maior ipſo ordina-
rio in cauſa ſibi delegata, vt conclū-
dunt Doct. communiter in rubri. ff.
de off. eius, ergo etiam delegatus epi
11 ſcopi, qui Ducibus comparatur, ſe-
cundum Bal. in l.5. in principio, ff. de
uerborum obligationibus, Iaſ. in di-
cta rub. numero.15. ff. de offi. eius, &
conſequenter Principibus, quia
12 Dux loco Principis eſt, Pau. de Caſt.
conſil.226. volumine ſecundo, Dec.
conſi.191. nume.1. Immo epiſcopos
vocari Principes ſcribit Pariſ. conſi-
lio 141. nume.27. in 4, Pauin. de pote.
cap. ſede vacan. prælud.6. numero 15.
late Barbat. de præſtan. Card. q.5. par
te prima, numero decimotertio, vbi
dat exemplum de epiſcopo Parmen
13 ſi, qui vocatur Princeps, & alias epi-
ſcopos Sereniſſimos nuncupari ſcri-
bit idem Barbat. de præſtan. Cardin.
quæſtione prima, numero vigeſimo,
per text. in clementi. in pleriſque, de
electio.

Alter, & ſecundus eſt caſus, an ge
neralis Vicarius alteri itidem gene-
rali præferatur. & in hoc caſu conclu
do alterum alteri non eſſe præferen-
14 dum, probatur iſta concluſio ex no-
tatis per glo. in dicta clementina ſe-
cunda, in ver. principalis, de reſcri-
ptis.

Vbi ſi vicarij ſunt ęque principales
cenſetur uterque delegatus, & in ca
pitulo, quoniam Abb. in ver. ſubſti-
tutum, in finalib. verbis, extra de of-
ficio delega. Vbi ſi ſunt plures iudi-
ces æqualiter digni, ſorte dirimitur,
quis illorum præferatur, firmat Car-
din. in dicta clementina ſecunda, nu
mero quinto, in fine. Vbi pluribus
Vicarijs in diœceſi conſtitutis ſi non
apparet ex coniecturis in cauſa dele
gata, de quo delegans intellexerit
ſentit neutrum eſſe præferendum, ſe
quitur Anchar. columna vigeſimapri
ma, Imola, numero nono, & decimo,
poſt Hoſtien. in ſumma, de officio de
leg. §. quibus, verſicu. quid ſi impetra
uit iudicem, & §. ſequen. Pauin. trā-
cta. de poteſtate capituli, ſede vacan-
te, ſecunda parte princip. quęſtio. 10.
nume.9.
15 Declaratur hæc concluſio, ut ve-
ra ſit data paritate Vicariorum. Nam
ſi vnus eorum erit principalis ille
erit præferendus ſecundum gloſ. in
dicta clementina ſecunda, in uerbo,
principalis, ubi Card. numero quin-
to, in principio, Ancharan. columna
prima, Imola, numero decimooctá-
uo, firmat Paui. dicto tractatu de po-
teſtate capituli ſede vacante, ſecun-
da parte princip. quæſtione decima,
nume.9.

Ex quo infertur, quod ſi unus ſit
generalis in ſpiritualibus alter vero
in temporalibus, erit pręferendus ge
neralis in ſpiritualibus, quia princi-
palior eſt, capitulo, ſolitæ, extra de
maioritate, & obedientia, gloſ. in ca-
pitulo, decernimus, de ſententia ex-
communicationis, in ſexto, Docto-
res in capitulo, nouit, extra de iudi-
cijs, pulchre Boerius in tractatu de
auctor. magni conſi. numero quadra
geſimoquarto.
16 Extende huiuſmodi declaratio-
nem, vt procedat etiam ſi ad unum
ex iſtis, vti ad Principaliorem, re-
curſus haberetur, quia etiam iſte
eſſet

eſſet præferendus ſecundum Cardi.
Ancha. & Imol. in locis ſuperius cita
tis, Paul. d. quæſt. 10. nume. 10. & 11. ea
ratione quia cõmunis error facit ius,
vt ſuperius dixi in prin.
17 Secundo extende huiuſmodi de-
clarationem, vt locum habeat etiam
ſi Vicarij non eſſent conſtituti in Ci
uitate, ſed in ſola diœceſi, vt ſuperius
dixi in princip.
18 Secundo principaliter declaratur
data paritate etiam in dignitate, quia
ſi vnus Vicariorum erit dignior, erit
quoque præferendus, quia dignior
altiori loco ſedere debet. cap. epiſco-
pus. 93. diſtinctio. gloſ. in §. aliam. In-
ſtitu. de bonorum. poſſe. Hoſtien. in
ſumma poſt princ. & in cap. quoniam
Abbas, in ver. ſubſtitutum, in fine, de
re iudica.
19 Tertio declaratur vt procedat da-
ta etiam paritate in ſcientia & aptitu-
dine, quia ſi conſtabit vnum eorum
eſſe altero magis idoneum, ille prefer
ri debet, Card. in dicta clemen. ſecun-
da, numero quinto, poſt Io. And. in c.
quoniam Abbas in glo. ſecunda, extra
de offi. delega. ſecus ſi non conſtabit,
quia neuter in dubio eſt præferendus
cæteris paribus, vt per Cardi. in dicto
loco.
20 Extende hanc declarationem, vt ve
ra ſit etiam ſi imparis eſſet dignitatis
iſte magis idoneus, quia adhuc alteri
digniori eſſet præferendus ea ratione
quia magis attendi debet fauor cauſę
quam dignitas iudicis, Iaſ. in l. inter
pares, per illum tex. numero ſexto. ff.
de re iudic. & fauor cauſę conſiſtit in
aptitudine, videlicet quod Iudex ſit
idoneus ſcientia & conſcientia, quia
debet habere duos ſales ſecundum
Bal. in l. 2. col. fi. uerſ. ſcias tamen, C. de
ſent. ex breui. recit.
21 Quarto declaratur, quando epiſco
pus declaraſſet quis illorum eſſet prę
ferendus, Nam is præfertur quem epi
ſcopus elegerit, probatur in ca. ſi duo
§. ſanè, de procura. in 6. Vbi in cauſis
ſpiritualibus procurator electus a Iudi
ce ex duobus præfertur, & magis in
terminis Bal. in capi. dilecti, col. fi. vbi
Franc. q. 15. extra de app. Bertach. de
epiſ. lib. 4. par. 6. titu. de auct. epiſ. cir-
ca vlt. volunt. alien. Vbi ſi ſunt duo Vi
carij inſolidum conſtituti per epiſco
pum, qui in cauſa proferant contra-
rias ſententias, ea præualet quam epi
ſcopus confirmat.
Quinto declaratur, quando pars
22 vnum ex illis in cauſa impetraſſet,
quia impetratus erit Iudex, & ſic alte
ri in illa cauſa erit præferendus. glo.
in dicto capit. quoniam Abbas, in ver.
ſubſtitutum ad finem, Cardi. in dicta
clemen. 2. numero quinto, & glo. in ca
pitu. vt debitus, in ver. aſſignare extra
de appel.
Sexto declaratur, quando vtraque
23 pars concorditer in cauſa vnum ex il
lis elegiſſet, q. a præualet eius electio,
glo. in dicto. c. quoniam Abbas in ver
ſicu. ſubſtitutum, ad finem. Card. in di
cta cle. 2. nu. 5.
24 Septimo declaratur, quando vnus
eorum præueniſſet, quia inter Vica-
rios ab epiſcopo conſtitutos eſt locus
præuentioni Bar. in l. 1. numero ſepti-
mo & ibi Bal. ff. de off. conſi. Franc. in
c. cum plures, in 3. no. de off. deleg. in
6. poſt Lap. in c. penul. de off. Vica. in
6. Abb. in c. prudentiam, nu. 11. extra
de offi. deleg.
25 Vltimus eſt caſus, an vicarius fora-
neus ſit alteri foraneo præferendus,
& in hoc facio eandem concluſionem
cum eiſdem declarationibus, quas re
cenſuimus in caſu præcedenti, quia
eodem rationes & auctoritates loquũ
tur tam de vicarijs generalibus quam
26 de delegatis, vt eſt videre in locis prę
allegatis per Card. in dicta clementi-
na ſecunda numero ſecundo, vbi Imo
la. numero 9. & 10. cum ſequen. poſt
glo. in dicto capitu. quoniam Abbas
& in dicto c. vt debitus & per conſe-
27 quens de Vicarijs foraneis qui dele-
gati dicuntur, glo. in d. clem. 2. in ver.
fora-



28 foraneus, vbi Anchara. columna ſe-
cunda, Imola, numero 34. Innocen.
in capit. Romana, in ver. generaliter,
de appel. in ſexto, Bart. in l. prima, §.
fin. ff. quis, & a quo. Bal. in rub. vbi Fe
lin. nume. 3. & 4. extra de offic. deleg.
Alexan. in rubr. nume. 17. ff. de offic.
eius, & conſi. 12. num. 3. in ſexto, Ma
ran. de ord. iud. 4. par. 5. diſt. princip.
numero 14. Couar. lib. pract. quæſt.
cap. 4. num. 7. Rolan. conſi. 75. nu. 17.
in tertio.
29 Declaratur iſte caſus de foraneis
conſtitutis in eiſdem locis, & cauſis,
alioquin ſi in diuerſis locis, & cauſis
eſſent conſtituti, aliud eſſet dicen-
dũ, quia tunc in cauſis, & loco dele-
gatus eſt alijs abſque dubio preferen
dus. Tum, quia cum habeant limita-
tam iuriſdictionem, non debent mit
tere falcem in meſſem alienam, quia
30 iuriſdictio delegata non debet exce
dere fines delegatos, l. diligenter. ff.
manda. cap. cum dilecta, ubi Doct. ex
tra de reſcrip. Tum etiam quia dele-
gatus nihil repræſentat extra iuriſ-
dictionem, l. fi. cum materia, ff. de iu-
riſd. om. iud.

*S V M M A R I V M.*

*1 Epiſcopus confirmare poteſt quamlibet ſententiam ex illis contrarijs prolatis per Vicarios.*

## QVAESTIO LXIII.

Ex præmiſſis quoque decidi po-
teſt, quod ſi Vicarij inſolidum ab
epiſcopo conſtituti contrarias profe
rant ſententias in aliqua cauſa pote-
1 rit epiſcopus quamlibet ſententiam
ex illis confirmare, Bal. in cap. dile-
cti, l'ultimo, columna vltima, in prin
cip. verſ. Item ſi duo ſunt Vicarij, &
ibi Franc. queſtio. 15. de appellat. Ber
tach. de epiſc. libro 4. par. 5. num. 12.
tit. de pot. & auct. epiſc. circa iud. nu-
me. 44. & 69. in fi. & par. 6. titu. de Vi-
car. epiſc. numero duodecimo, Ioan.
Iacob. Melill. de præceden. Vica. c. 3.
numero 2.

*S V M M A R I V M.*

*1 Vicarius iuriſdictionem exercere poteſt regulariter epiſcopo preſente.*
*2 Recurri poteſt ad Vicarium in omnibus tam præſente epiſcopo, quam abſente.*
*Fallit, nu. 3. 4. cum ſeq.*
*Declaratur, nu. 6.*
*6 Vicarij Apoſtolici deputati in epiſcopatibus omnia poſſunt, quæ ſui principales.*

## QVAESTIO LXIIII.

An autem vicarius epiſcopo prę
ſente poſſit exercere iuriſdictio
1 nem. Dubitant etiam Canoniſtæ, &
faciunt regulam affirmatiuam, teſte
Gemin. in cap. licet, nume. 12. de of-
fic. Vicar. in ſexto, vbi etiam Franc.
columna ſecunda, ver. in ea. glo in fi-
ne regulariter, Feder. de Sen. conſi-
lio 302. numero quarto, ad finem,
Franc. Marc. quæſt. Delphin. 483. nu-
mero ſecundo, parte prima, Ioan. de
Selua in tract. de benefic. par. 2. q. 15.
Rebuff. in pract. benefic. titu. forma
Vicar. Archid. nume. 187. Boer. deci-
ſio. 347. num 6. Dicens ad Vicarium
2 de omnibus haberi recurſum epiſco
po præſente ſicut abſente, poſt Ioan.
And. in addit. ad Specul. titu. de offic.
Vicar. Ioan. Picar. conſil. 52, num. 95.
& 96. inter conſi. Menoch. volumine
primo, & alias non ſilere iuriſdictio-
nem ordinariam preſente maiore cõ
probat

probat late Carauit. in comment. ſu-
per ritu magnę curiæ Vic. 48. nu. 6.
& 7. Fallit in reuerentialibus, de qui
bus late, ſupra queſt. 58. nume. 4. poſt
3 Feder. dicto conſi. 302. dicto nume-
ro quarto, Menoch. conſ. 257. nume-
ro 73. volumine tertio, Cucc. Inſtit.
iur. cano. de Vicar. epiſcop. nume-
ro 129.
4 Secundo fallit in caſibus exceptis
in cap. cum nullus, de tempor. ordin.
in ſexto, Gemin. in dicto capit. licet,
num. 12. Franc. columna ſecunda, ſu-
per dicta glo. in fi. verſ. regulariter,
poſt Bal. in l. humanum. C. de leg. Io.
de Selua tract. de benefi. parte ſecun
da, quæſtione decimaquinta, nume-
ro 17.
5 Tertio fallit in caſu cap. eam te, de
reſcrip. vbi Felin. in §. ſcriptum fue-
rat, nume. 16. circa princip. quod ſi
Pontifex Maximus ſcribit alicui ex-
traneo, quod beneficium cōferat lo-
co, & vice epiſcopi, & hoc conſtet, ut
ſi dicatur, tibi vices gerenti. Tunc po
terit conferre antequam ſuperue-
niat collator, non autem eo ſuperue-
nience.
6 Declarantur ſupradictæ fallentię,
ut non habeāt locum in Vicarijs epi
ſcoporum creatis a ſummo Pontifi-
ce propter inhabilitatē ipſorum epi-
ſcoporum, quia iſti propter ſuperio-
ris reuerentiam, & auctoritatem om
nia poſſunt, quæ ſui principales, vt de
clarat Ioan. Picar. conſi. 52. num. 164.
inter conſil. Menoch. libro primo, de
mente Barto. in l. prima, §. hi quibus,
ff. de legat. tertio, in l. filius, ff. de le-
gat. & in l. comperimus, in fine, de
proxi. ſacrorum ſcrin. libro duode-
cimo, ſubdens ex facto deputatos eſ-
ſe Vicarios a ſummo Pōtifice in epi-
ſcopatu Bergamenſi, & in epiſcopatu
Ariminenſi, & alibi paſſim Vicarios
Apoſtolicos deputari a ſummo Pon-
tifice videmus.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius non poteſt exercere actus volun-
taria iuriſdictionis ſine ſpeciali man-
dato epiſcopi, & nu. 2.*
*Contra, nu. 3.*
4 *Vicarius poteſt exercere iuriſdictionem
voluntariam, extra diœceſim.*

## QVAESTIO LXVI.

Actus quoque voluntarię iuriſ-
dictionis nō poſſe exerceri per
Vicarium ſine mandato ſpeciali epi-
1 ſcopi docet Rom. ſing. 700. Dicens,
quod in actibus voluntarie iuriſdi-
ctionis Vicarius generalis non ſuc-
2 cedit per tex. in cap. licet, de offic. Vi
car. lib. 6. etiam epiſcopo exiſtente in
remotiſſimis partibus, ſequitur Fer-
rand. in apoſt. ad Abb. in rep. capit. ſi
quis contra, num. 35 in fi. ext. de fo-
ro compet.
3 Sed ea verior eſt ſententia, quam
probabo infra, quæſtio. 193. cum ſeq.
Vbi uide, & hanc eandem firmare vi
detur Felin. in c. ex parte, col. 3. poſt
nume. 1. verſ. an autem, extra de con
ſtit. Bal. in margarita, in ver. Vicarius
Domin. in cap. fin. de off. Vica. in 6.
Et quia ſi Vicarius epiſcopi eſt ordi-
narius, & exercere poteſt iuriſdictio
nem ordinariam, ut dixi late ſupra
4 quæſt. 55. a fortiori exercere poterit
voluntariam, quæ facilior eſt, cū poſ-
ſit etiam extra diœceſim exerceri.
l. 2. ubi Bal. ff. de off. proconſ. Iaſ. in l.
fi. nume. 7. ff. de iuriſdic. om. iud. Me-
noc. de arb. iud. lib. 1. q. 43. nume. 16.
cum ſeq. & nu. 19.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi alium Vicarium regu-
lariter conſtituere non poteſt.*
*Ampliatur, numero 9. cum ſeq. & nu-
me. 11. 12. 13. 14.*
*Decla-*



*Declaratur nu. 15. 16. 17. 18. 19. 20. cum
ſeq. vſque ad finem.*
2 *Vicarium dare difficilius eſt quam dele
gatum.*
3 *Vicariorum infinitas eſt vitanda.*
4 *Epiſcopus dicitur elegiſſe induſtriam
perſona ſui Vicarij propter cauſas gra
ues & arduas illi mandatus.*
5 *Vices ſuas quis demandare non poteſt
nec ſeruire per ſubſtitutum quādo eſt
electa induſtria perſone.*
6 *Iudex onus iudicandi & cognoſcendi ſi-
bi mandatum in alterum reijcere non
poteſt.*
8 *Vicarius Proconſuli Aſię, comiti & prę-
fecto à ſolo deputabatur Impera-
tore.*
18 *Vicario epiſcopi aſſerenti cauſam abſen
tię creditur.*
20 *Vicarius epiſcopi non poteſt delegare lai
co cauſas criminales etiam in ſimul
cum clerico.*
24 *Officialis quando poſſit deſeruire per
ſubſtitutum, remiſſiue.*

## QVAESTIO LXVI.

Nvnc accedendo ad actus iuriſ-
dictionis magis ſpeciales, illud
quæro in primis, an vicarius Genera
lis epiſcopi poſſit conſtituere alium
vicarium generalem?
1 Reſpondeo, regulariter non poſſe
ſecundum Bal. in l. aliquando, nume.
3. ff. de off. proconſ. Hoſt. Butr. Abb. &
alij in c. clericos, extra de offi. vic. Io.
And. Archid. & Innoc. in c. 1. Ancha.
nume. 2. Gemin. numero 11. de offic.
vica. lib. 6. Turrecrema. in capit. per
lectis. §. ſi ſunt, nume. 6. diſt. 25. Rota,
deciſ. 4. alias 378. per totam, titu. de
offic. vica. vbi Papaz. in apoſt. Card. in
clem. 2. nume. 2. nume. 4. de reſcr. &
in clemen. vnica, nume. 10. de offic.
Vica. Dicens, difficilius eſſe dare Vi-
2 carium quam delegatum, poſt Ancha
ra. ibi, Soz. in l. more, numero 13. ff. de
iuriſd. om. iud. Guid. Papa, deciſ. 374.
numero ſexto, Nicol. Mil. in reper.
in verſi. vicarius epiſcopi, in add. Pa-
uin. de poteſt. ca. ſede vac. 2. par. prin-
ci. q. 10. num. 21. Boer. deciſ. 52. nu.
4. Aufrer. ad deciſ. Toloſ. 36. Franc.
Marc. quæſt. Delph. 317. nu. 4. par. 1.
Pariſ. conſi. 80. nume. 15. in 4. Vant.
de null. titu. de null. ex defec. Iuriſd.
ord. num. 25. Gaſpar Cabal. ad conſt.
Egid. lib. 3. cap. 17. num. 1 Foller. pra
cti. crim. cano. prima par. moral. nu-
me. 120. Iac Put. deciſ. Rot. 268. lib. 1.
Gig. conſi. 42. nume. 6. Vaſq. de con-
trouerſ. Illuſt. c. 31. numero 21. Port.
conſi. 87. numero 16. Cucc. Inſt. iur.
cano. de vic. epiſ. numero 40. poſt Re
doan. de reb. ecc. non alien. R. de au-
cto prælat. numero 66. Probatur hæc
ſententia tum in dicto. capi. clericos,
3 tum etiam quia infinitas eſt euitan-
da vicariorum, ſecundum Abb. in prę
allegato c. Pro ut etiam quia videtur
per epiſcopum electa induſtria per-
ſonę ipſius Vicarij propter cauſas gra
4 ues & arduas illi mandatas, cap. fi. §. is
cui, vbi late Feli. extra de off. delega.
Dec. in l. 1. numero 32. verſicu. ſed ta
men fundamentum, & ibi Niger. nu.
31. Seyſell. in 3. no. ff. de off. eius. Me-
noc. de arb. Iud. lib. 1. q. 54. nu. 7. cum
ſequen. & q. 68. nu. 15. & propter con
trouerſiarum difinitionem, quæ ho-
minis ingenium & peritiam reſpi-
ciunt. l. inter artifices, ff. de ſolut. Me
noc. dicta q. 68. nume. 15. & in termi-
nis uicarij epiſcopalis, Abb. in dicto
capitu. clericos, Rebuff. in practi. be-
nef. titu. forma uica. Archi. nume. 73.
Et quando eſt electa induſtria perſo
nę non poſſunt uices alteri demanda
5 ri, nec poteſt quis ſeruire per ſubſti-
tutum, dicto c. fi. §. is cui, vbi Docto.
de offic. delega. Alexan. conſi. decimo
libro primo, Crauet. conſi. 303. nu-
mero primo, Menoc. dicta q. 54 nu-
me 7. & 9. 68. nume. 10. & ad termi-
nos noſtros Abb. in ſæpius citato ca-
pitulo, clericos, late, Carauita ritu.
tertio, num. decimo ſexto, cum pluri
bus ſequen.

6 Et quia iudex onus iudicandi, &
cognoſcendi ſibi mandatum in alte-
rum reijcere nõ poteſt, l. ſi cum dies,
§. quæ ſine, & l. qualem, ff. de arb. Pa-
ris de Put. in tract. ſynd. c. de arbitr.
eorum, nume. 6. ver. an ſi iudex, poſt
7 Roman. conſi. 238. & tradit Menoc.
dicta quæſtio. 54. in princip. merito
nec Vicarius, qui dicitur iudex ordi-
narius, ut ſcripſi ſupra, quęſt. 55. pote
rit vices ſuas ſibi ab epiſcopo manda
tas in alterum reijcere, & per conſe-
quens alterum Vicarium conſtitue-
re. Vnde ad corroborationem huius
concluſionis dicebat Ang. in l. in his.
C. de diuerſ. offic. lib. 12. quod ſolus
8 Imperator dat Vicarium Proconſuli
Aſiæ, Comiti, & Præfecto, quiem cita
uit in propoſito, Pauin. de poteſta. ca
pit. ſede vacan. 2. par. princ. quęſt. 10.
nume. 20.

9 Ampliatur, ut nec in temporalib.
tantum, nec in ſpiritualibus ſubſti-
tuere poſſit, Pauin. dicto tract. de po
teſt. cap. ſede vacan. dicta par. 2. q. 10.
nu. 19. Rebuff. in loco ſupra citato,
nume. 75.

10 Sed quod Vicarius epiſcopi alium
Vicarium ſubſtituere poſſit ad cau-
ſas temporales, tenet Vant. dicto tit.
de null. ſent. ex defec. iuriſd. ord. nu-
mero 25.

Cuius ſententiæ non poſſum ac-
quieſcere tanquam referenti ſe ad
Rotam deciſ. 378. & 350. quæ hoc nõ
dicit in libro meo.

11 Secundo ampliatur etiam ſi man-
datum ſpeciale habeat ad ſubſtituen
dum. Nam regulariter ex ſolo man-
dato ſpeciali alium Vicarium conſti
tuere non poterit, Rota dicta deci-
ſio. 378. num. 2. poſt Hoſt. in cap. 1. de
off. Vic. in 6. vbi late hoc diſſerit Ge-
min. nume. 11. firmat idem Aufre. ad
Toloſ. deciſionẽ 36. Put. dicta deci-
ſione 168. numero primo, Mill. in
ver. Vicarius epiſcopi, & eſt commu-
nis opinio, teſte Pariſ. d. conſi. 80. nu
mero 15.

12 Tertio ampliatur etiam in Vica-
rio generali capituli ſede vacante tã
in ſpiritualibus, quam etiam in tem-
poralibus, qui nec ſolo mandato, &
commiſſione capituli alium vicariũ
conſtituere poterit etiam in ſpiritua
libus tantum, Pauin. dicto tracta. de
poteſta. cap. ſede vacan. 2. par. princ.
q. 10. nume. 19. poſt Goffred. Io. And.
Archid. Innocẽ. & communiter om-
nes ſic relatos in clementi. ſecunda,
de reſcrip.

13 Quarto ampliatur idem in vicario
ſiue Locumtenẽte legati, qui alium
vicarium creare non poteſt, Franc.
Marc. q. Delphin. 117. nu. 16. parte 2.
per tex. in dicto cap. clericos, cum ibi
not. de off. vic.

Quinto ampliatur, ut nec etiam
dare poſſit œconomũ, niſi adſit man
datum ſpeciale, Lap. alle. 8. ubi apoſt.
14 Mandoſ. in ver. œconomum, Felin.
cap. quoniam, in fine, poſt But. ibi re
latum, extra de off. ord.

15 Primo declaratur, niſi in mandato
fuiſſent uerba illa inſerta, videlicet,
damus poteſtatem ſubſtituendi aliũ,
quem nos vicarium cum eadem po-
teſtate ſubſtituimus, Rebuf. in prac.
benef. titu. forma vicar. Arch. nu. 77.
poſt Docto. quos citat in cap. primo,
de off. Vicar. in ſexto, Melill. de præ-
ced. vicar. cap. 1. num. 14. Tunc enim
ea ratione ſubſtituere poſſet, quia cẽ
ſetur vicarius ſubſtitutus ab ipſo Do
mino, ſecundum Doct. ſuperius alle
gatos, firmat Franc. Marc. d. q. Delph.
317. num. 2. par. 1. Pauin. in d. tract. de
poteſta. capit. ſede vacan. dicta q. nu-
me. 20.

Secundo declaratur ubi crearet vi
carium ad certos actus, ſeu ad aliquã
16 ſpeciem actuũ, quia tunc etiam ſine
ſpeciali mandato epiſcopi poſſet ſub
ſtituere, Innoc. poſt glo. & Archid. in
dicto cap. 1. de off. vic. lib. 6. Pauin. di
cta q. 10. nu. 21. & ante illum Bal. in l.
aliquando, num. 3. ff. de off. proconſ.
Cucc. d. tit. de vic. epiſ. nu. 41. Capic.





deciſio. 151. Vant. de nullit. titu. de
null. ex def. iuriſd. ord. nu. 25. Et ideo
volũt generales vicarios creare poſ-
ſe in eorum diœceſibus vicarios fora
neos, & ita vidi ſępe obſeruari.

Tertio declaratur, niſi adſit neceſ
ſaria cauſa ſubſtituendi, vel propter
17 abſentiam, aut infirmitatem, uel ſi
ad modicum tempus ſubſtituatur,
vel adſit conſuetudo: tunc enim aliũ
Vicarium ſubſtituere poterit, ubi ad
ſit mandatum ſpeciale, Butr. in dicto
capit. clericos, numero primo, & ter-
tio, ubi dicit ſubſtituere poſſe per
modicum, & nõ frequenter, Hoſt. in
dicto cap. 1. Anchar. nume. 2. Gemin.
nume. 6. Franc. col. 1. in glo. in uer. ip-
ſius. Dicens ita de conſuetudine pro
bata ſeruari, Card. in clem. vnica, col.
antepenult. circa finem, nume. 20. de
offic. vic. glo. & Doct. in clemen. pri-
ma, in ver. locorum, de regula. Ioan.
And. in capitu. cum ex eo. §. porro, de
elect. in 6. Abb. in dicto cap. clericos,
Felin. in c. G. perpetuus, nume. 3. de
fide inſtru. Bal. in d. l. aliquando, nu-
mero primo, in 2. opp. Rota d. deci-
ſio. 4. alias 378. nume. 2. ubi Papaz. in
apoſtil. nume. 4. Mill. in ver. vicarius
epiſcopi, poſt Rom. conſi. 371. ſic per
Mil. citatum, Guido Papæ, deciſ. 374.
nu. 6. Put. d. deciſ. 168. nu. 2. lib. 1. Ro
ta deciſ. manuſcrip. 170. libro 2. Paui.
de poteſta. cap. ſede vac. dicta q. 10. nu
me. 21. Bertran. conſi. 117. col. 3. nu. 5.
vol. 2. Pariſ. dicto conſil. 80. nume. 15.
& ſeq. Pet. Royz Maur. deci. Lituani
ca 4. inſerta poſt deciſ. Pede. nu. 382.
poſt Ripam in tract. de peſte, parte 2.
nu. 147. Vaſq. de controuerſ. illuſtr.
cap. 31. nume. 21. Cucc. dicto titu. de
vic. nu. 41. cum ſeq.

18 Extenditur hęc declaratio, vt cre-
dendum ſit Vicario aſſerẽti cauſam
abſentię, Frãc. Marc. d. q. 317. per not.
per glo. & alios in cap. paſtoralis, in
princ. ff. de off. deleg.

19 Secundo extenditur etiam ad vi-
carium foraneum epiſcopi datum in
vna parte diœceſis ad cauſarum vni-
uerſitatem, quia ſubdelegare cauſam
vnam non prohibetur, non tamẽ ſub-
delegare poterit cauſarum vniuerſi-
tatem, glo. in cap. cum cauſam, in ver.
delegatus, in fine, de appel. Bart in l.
prima, ff. quis, & a quo Fel. in c. ſuper
quæſtionum, §. ſi vero, num. 17. verſ.
tertio fallit, extra de off. delega. poſt
Hoſt. & Imolam ibi citatos.

20 Subdeclaratur ſupradicta tertia de
claratio, vt non poſſit delegare laico
cauſas criminales etiam inſimul cũ
clerico, nec etiam coniugato, & eſt
communis opinio, teſte Ripa in cap.
decernimus, nume. 5. in fine, extra
de iud. & ibidem Dec. nu. 10. Rolan.
conſi. 4. nume. 4. in primo, Clarus in
pract. crim. §. fin. q. 41. ver. quæro nun
quid, & verſ. ſeq. & dixi ſupra, lib. 1.
q. 31. ubi uide.

21 Quarto declaratur in his, quæ sũt
iuriſdictionis contentioſę, non autẽ
voluntarię, in quibus Vicarius. Vica
rium dare poteſt, But. in c. 3. num. 2.
extra de off. Archipresb. Io. a Turre-
crema. in c. perlectis, §. hi ſunt, nu. 6.
diſtin. 25.

Quinto declaratur ubi Vicarius
uellet committere alicui vices ſuas
22 in modum delegationis, quia tunc
cauſas alteri delegare non prohibe-
tur, glo. Inno. Archid. & alij in d. c. 1.
in ver. ipſius, de off. vic. in 6. cum cæte
ris adductis ſupra in ſecunda decla-
ratione, Franc. in c. ſi delegatus, in ul
timo not. de off. deleg. in 6. poſt Ro-
tam deciſ. 3. aliàs 350. eo. tit. de offic.
vic. in nouis, vbi Papaz. in apoſt. nu. 6.
Soc. in d. l. more, nu. 23. ff. de iuriſdic.
omn. iud. Bero. in rub. nu. 2. extra de
off. deleg.

23 Subdeclaratur, niſi Vicarius eſſet
in illa cauſa delegatus, quia illã ſub-
delegare non poſſet, niſi adeſſet man
datum ſpeciale, Rot. d. deciſio. 4. alias
378. nume. 8. vbi Papaz poſt Io. And.
in cap. is cui, de off. deleg. lib. 6. Feli.
in capit. ſuper quæſtionum, §. ſi vero,

nu.17.verſ. tertio fallit, extra de offi.
delega. Put.deciſ.436.Rota deciſio.
manuſcrip.139.2.
24 Alias etiam poſſem adferre decla
rationes, quibus officialis deſeruire
poteſt per ſubſtitutum, quas cumula
te refert poſt alios Caraui.rit.3.n.20.
& 21.& ego prætereo ne videar extra
cancellos vicarij epiſcopalis proſili-
re, vos ad loca remittens ubi mate-
riæ pertractantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius ſubſtitutus a Vicario habente facultatem ſubſtituendi exequi poteſt commiſſa Vicario ſubſtituenti.*
2 *Et litteras delegatas Vicario ſuper liquidatione fructuum.*

## QVAESTIO LXVII.

VBi autem Vicarius ſubſtitutus
fuerit a vicario habente facultа
tem ſubſtituendi, poterit etiam exe
1 qui commiſſa eidem vicario ſubſti-
tuenti, & incępta per illum perfice-
re, Papaz.in annot.ad Rotam deci.1.
aliàs 47.nu.3.tit. de off.vic. in no.di-
cens ita fuiſſe deciſum in cauſa Ce-
neten.Canonicatus, & præbendę co
rā Domino Veſtano, & idem in alia
apoſt.ad Rot.deciſ.4. aliàs 378. in fi.
2 eo.tit.& alias ſubſtitutum in vicaria-
tu a vicario, qui habebat ab epiſcopo
poteſtatem ſubſtituendi poſſe exe-
qui litteras delegatas vicario ſuper li
quidatione fructuum reſolutum fuiſ
ſe in una Senen.Canonicatus,& præ
bendę coram domino Reomano die
25.Octobris 1546. teſtatur Put. de-
ciſ.Rot.487.lib.2 ex Dec. in capitu.
quoniam Abbas, tertio notab.de of-
cio deleg.firmat Peregr.deciſio. Ro-
tę manuſcript.150.libro ſecundo, &
deciſio.31.Dicens, quod vicarius de-
legatus ad fructuum liquidationem
poteſt alium ſubſtituere nomine epi
ſcopi, & ſubſtitutus poterit liqui-
dare.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutus ſiue Locumtenens Vicarij poterit alterum ſubdelegare ad recipiendum iuramentum, & examen teſtium.*

## QVAESTIO LXVIII.

PRout etiam iſte vicarius ſubſti-
tutus ſiue Locumtenens vicarij
1 poterit alterum ſubdelegare ad reci
piendum iuramentum, & examen te
ſtium, vbi erit iuſte deputatus, Put.
deciſio.Rotę 169. numero quinto, in
primo libro.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutus ſiue Locumtenens Vicarij poteſt conſtituere procuratorem.*

## QVAESTIO LXIX.

1 NEc non procuratorem cōſtitue-
re, Toloſ.deciſio.36.vbi Aufrer.
in annot.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus confirmat Abbates, & Priores Archiepiſcopus epiſcopos, Patriarchæ Archiepiſcopos.*

*2 Vica-*



2 *Vicarius epiſcopi non poteſt confirmare.*
*Prælatos ſine ſpeciali mandato.*
*At contra nu.3.*
*Ampliatur nu.6.*
*Declaratur nu.7.8. & 9.*
4 *Capitulum ſede vacante poteſt confirmare, licet non poſſit conferre beneficia.*
5 *Confirmare eſſe de lege iuriſdictionis.*

## QVAESTIO LXX.

AT maiora proſequēdo quæ ſunt
de lege iuriſdictionis, quia ſpe
ctat ad epiſcopum confirmare Abba-
tes & Priores ſibi ſubiectos non exē-
ptos, Ad Archiepiſcopū; Epiſcopos,
Ad Primatem ſiue Patriarcham, Ar-
1 chiepiſcopos.c.nullus, el primo.17.q.
7.c.cum ex iniuncto, in fine, de hære.
c.ſi Abbatem, de elect.lib.6. c.cum ve
nerabilis, & c.ſignificauerunt de ex-
cep.cap. ſi.64.diſt.c.cum dilecti extra
de elect.c.bonę, el 1.c.propter, eodem
titu.& ibi Docto.capi.non debet.§.ſi
autem, & capitu.ſequen.65. diſt.capi.
ſi inter.6.q.4.cap.placet.c. ſi Archie-
piſcopus, vbi Abb.& alij, & cap.89.vbi
etiam Abb.numero primo & ſequen.
extra de temp.ord.Abb.in ca. 1.in fi.
poſt Hoſt.extra de ſupplē. neglig.præ
lat.late ſcribit Rebuf.in practi.bene-
fi.titu.forma Vica.Archi. nume.32.&
ſequen.
Quæro igitur, an Vicarius genera
lis epiſcopi, confirmare poſſit Abba-
tes, Priores & alios nō exemptos ſub
ditos epiſcopi, & Vicarius Archiepi-
ſcopi epiſcopos, vicarius vero Prima-
tis ſiue Patriarchę Archiepiſcopos?
2 Et videntur huiuſmodi confirmatio-
nes requirere ſpeciale mandatum ſe
cundum Doc.in c.ſi.de off. Vic.lib.6.
Rebuff.in pract.benef.tit. forma Vic.
Archiep.nu.33.Fran. Marc.q.Delph.
548.numero primo, parte ſecunda, &
de confirmatione cuiuſdam electio-
nis canonicę facta per Vicarium de
mandato epiſcopi, Calder. conſi.pri-
mo, quem refert & ſequitur, Pauin.
tract.de pot. capituli ſede vacante, ſe
cunda par.princi. quæſtio.4. in ſexto
Cucc.Inſti.iur.cano. de Vica. epiſco.
nume.120.
3 Sed quod prædictæ confirmatio-
nes non requirant de neceſſitate mā
datum ſpeciale, & perfici poſſint per
Vicarios memoratos, probat glo. in
c.ſi.in ver.non poſſunt, vbi Io. And.&
Anchar.in vltima q.Gemin.nume.8.
Franc.col.2.ver. ſed quæritur primo
de offi.Vica.in 6.Io.de Selua in tract.
de benef.par.2.q.14.nu. 7. hanc ean-
dem ſentētiam ſequitur pro Vicario
epiſcopi Andegauenſis qui Abbatem
electum confirmauit, Fran.Marc.mo-
do ſibi contrarius, q.Delph. num. 118.
4.nume.10.& q.ſeq.nume. 3.par.1.&
q.1.363.vbi loquitur de Vicario epi-
ſcopi Valentiæ, qui Præpoſitum dictę
Ciuitatis confirmauit, firmat Nicol.
Mill.in reper.in verſicu. Vicarius epi
ſcopi, poſt Federi. tract. de permuta.
quæſt.26.
Mouentur ea ratione, quia aliud
eſt conferre beneficium, de quo tex.
in dicto c. ſi. & aliud eſt confirmare,
& huiuſmodi differētiam probat tex.
ſic citatus in c.1.de inſtitu.lib.6.c.ex
frequentibus extra eodem, & c. cum
olim.extra, de maio.& obed. Vbi de-
uoluitur ad capitulum ſede vacante
4 poteſtas confirmandi, licet non de-
uoluatur poteſtas conferendi benefi
cia, eandem differentiam probat Ar-
chidia in dicto capitulo fina. dicens,
quod confirmatio Prælatorum non
eſt donatio, ſed neceſſitas, non au-
tem liberalitas. Quibus etiam ſuffra
gatur hæc ratio mea: Nam confirma-
5 re eſt de lege iuriſdictionis, Calder.
conſi.200.de elect.quem citauit Ge-
min.in d.capi.fina. nume.8.Pauin.de
offic.& pot.capitu.ſede vacan.2.parte

priſci.q.2.nume.2.in ver. confirmare, Feder.de Sen.tract. de permut.q. 26.Nicol.Mill.in reper.in verſicu. iuriſdictionalis eſt actus. Lancellott. Inſti. iur. cano. de elect. confirmat. §.fina.

Quæ vero ſunt de lege iuriſdictionis, tranſeunt in Vicarium epiſcopi vt ſcripſi ſupra hoc eodem libro.q. 57. merito etiam confirmandi poteſtatem.

6 Ampliatur vt prædictæ confirmationes expediri poſſint à ſuperiore etiam extra diœceſim, Gemin.in d.c. fi.nu. 8.ad finem.

7 Declaratur hæc ampliatio vbi confirmatio fieret ſine iudicio contradictorio, ſed ex ſola informatione ſuperioris de electo, ſecus ſi in contradictorio: nam tunc fieri non poſſet extra diœceſim, Anchar.in dicto capitulo fina.in fine, Gemin.nume.8. ad finem, poſt Io. And.& Archidia. relatos, & Franc.col.2.verſi.& primo quæritur.

8 Secundo principaliter declaratur vbi Vicarius haberet plenum mandatum cum expreſſione aliquot ſpecialium, & clauſula quod omnia facere poſſit quæ epiſcopus ſiue Archiepiſcopus vel Patriarcha etiam ſi mandatum exigant ſpeciale, Anchar. Gemin.& Franc.in præcitato c.fi.in fine glo.in ver.non poſſunt.

9 Extenditur declaratio etiam ſi Archiepiſcopus extaret in remotis, Anchar.Gemin.& Franc. in locis iam adductis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi beneficia conferre non poteſt ſine mandato ſpeciali, & qualis ſit forma mandati, nu.2.*

*Ampliatur nu.* 3.4. *cum ſeq.* 14.15.16.17.18.19.20. *cum ſeq.*24.

*Declaratur.nu.* 25.26.27.

6 *Baldi auctoritas eſt grandis.*

12 *Beneficium curatum quando curam Vicario epiſcopi dimitti poſſit.*

13 *Capitulum ſede vacante recipere poteſt quamlibet reſignationem.*

18 *Conferendi poteſtas quæ comprehendat.*

20 *Donare qui non poteſt, ita nec poteſt donanti conſentire.*

21 *Capitulum ſine conſenſu epiſcopi quãdo non poſſit conferre.*

22 *Vicarius non poteſt conſentire collationi etiam epiſcopo præſente.*

*At contra, nu.*23.

*Auctor ſequitur negatiuam, numero eo.*

24 *Vicarius epiſcopi non poteſt conſtituere penſionem niſi ſibi fuerit ſpecialiter conceſſum.*

28 *Prouiſionis verbum eſt latum.*

## QVAESTIO LXXI.

LIcet autem Vicarius epiſcopi cõfirmare poſſit ſicut iam ſuperius ſcriptum fuit: Non tamen poteſt con
1 ferre beneficia ſine ſpeciali mandato c.fi.vbi Canoniſtę, de off. Vi.in 6.Bal. in l.aliquando, nume.8.ff.de off.proconſ.Rota, deciſ.7.aliàs, 371. num.1. titu.de offi. Vica.in no.Roma.conſi. 330. nu.5. Vbi Mandoſ.in apoſt.Soc. conſi.260.nu.17.Bertac.de epiſ.par.6. nu.13.lib.4.Mill.in reper.in ver.vicarius epiſcopi, Bertrand.conſi.166.nume.3.in 9.Dec.conſi.128.col.fi.verſi. 2.nu.3.Couar.lib.3.var.reſol.cap.20. nume.7.Rolan.conſi.47.nu.19.vol.1. Gaſpar Caball.in add.ad conſt. Egid. lib.3.c.17.nu.2. Formam vero man-
2 dati ad beneficia cõferendum ponit Io.And.in c.deliberatione. §.prohibemus, de offi.deleg.in 6.vbi glo.recitat cautelam, quam ſequitur Franc. Marc. q.995. numero 4. parte prima Cucc.Inſt.iur. cano.de Vic.epiſ.nume.78.lib.2.

3 Primo ampliatur ſupradicta concluſio etiam in Vicarijs capituli ſede vacante, Pauin.de poteſt. cap. ſede vacan.2.par.q.10.nu.32. Rebuff.in practi.benefic.tit. forma Vicar. Archid. nume.62.



4 Secundo ampliatur etiam in Vicarijs epiſcopi Cardinalibus ſiue ab aliquo ſiue etiam a Papa conſtitutis, quia beneficia conferre nõ poſſunt, niſi eiſdem a Papa data ſit poteſtas, Gemin.in cap.fin.nume.8. ad finem, Franc. in vlt. notab. & in fine primæ quæſtionis, poſt Bald.in l.aliquando, circa finem, ff.de off.proconſ.& alios citatos per eum, & Bal. refert Barba. in tract. de Card.leg.à lat.in prælud. nume.4. ubi dicit eſſe menti tenendum tanquam mirabile dictum, & magnam eſſe ampliationem, quia ſæ-
5 penumero Papa conſtituit Cardinalem Vicarium, Pauin.in dicto tract. de off.& poteſt.cap. ſede vacan.dicta quæſtio. nume.39. & latius comprobat Rebuff.in pract.benefic.tit. forma Vicar. Arch. nume.61.64. & numero 70.

6 Sed contrariam ſententiam tenet Barbat.tract.de Card.leg.a lat.in prælud.nume.4. Dicens contra Bal.in dicta l. aliquando, quod licet auctoritas tanti Doctoris grandis ſit, veritas tamen eſt in contrarium, & inconuincibiliter probatur hoc modo: Vicarius dicitur etiam legatus. l. Vicarius.ff.de legat.Specul.tit. de off.leg. in principio.

Sed legatus Cardinalis conferre poteſt beneficia, cap.1.de off.legat.in ſexto, ergo etiam Vicarius epiſcopi Cardinalis. Et quia collatio beneficiorum competit Cardinali legato magis gratia honoris, & prærogatiuę quam legationis, d.ca.1. ergo ratione huiuſmodi prærogatiuæ poterit etiã conferre Vicarius epiſcopi Cardinalis.

7 Sed opinionem Barbat.credo periculoſam, cum velit cum Bal. concurrere in d.l.aliquando, & illam confutat Rebuf.d.tit.for.Vic. Arch.nu.65. cum ſeq.& ad tex.in d.l.Vicarius, reſpondet, quod loquitur de alio legato, quam de illo habente auctoritatem conferendi beneficia, quorũ collatio ſoli legato de latere cõceditur. d.c.1.ubi glo.& Doct.& ideo ab uno legato ad alium longe diuerſum non eſt inferendum, vulgatis regulis.

Prout etiam reſpondetur, quod ille tex.mandat Vicario alieni muneris ſuſcipere legationem, & ideo nõ erit ibi legatus ante ſuſceptam legationẽ, ſicut nec Cardinalis Vicarius erit legatus quoad beneficiorũ collationem ante ſuſceptam legationem collationum, & ſit ante ſuſceptũ mandatũ in collatione beneficiorum requiſitum per tex.in d.c.fi.de off.Vic. in 6. ergo videtur mandatum requiſitum, & poſſe in contrarium retorqueri tex.in d.l.vicarius.

Minus obſtat, quod collatio beneficiorum magis competat legato Cardinali gratia honoris, & prærogatiuę quam legationis. Quia reſpondetur,
8 quod ſoli Cardinali non cõpetit collatio beneficiorum, nec etiam quando eſt vicarius, ſine mãdato ſpeciali, d.c.fi.ſed ſtatim, quod eſt legatus a latere, d.c.1.de off.leg.in 6.& ideo vbi non erit legatus non poterit conferre beneficia.l.4.§.toties.ff.de dam.in fec.cum ſimilibus.

9 Tertio ampliatur etiam ſi vicarius poteſtatem haberet recipiendi reſignationes beneficiorum cauſa permutationis, vel ſimpliciter, quia non poterit cõferre beneficia reſignata abſque ſpeciali mandato conferẽdi, Rot.deci.5.alias 397.nu.2.& 3.in nouis, vbi etiam ſub dubio reliquit, niſi ſpecialis conferendi cõmiſſio diſtinctè fieret poſt factam reſignationẽ, & deciſ.1.alias 288.in antiq.ubi dicit iſtam opinionem communiter teneri in Rota, Cald.conſ.3.firmat Gem. in c.fi.nu.10.de off.vic. in 6.quamuis
10 arguat in contrarium, prout Rota d. deciſ.5.alias 397.vbi apoſt.Papaz.Io.

de Selua tract.de benefic.par.2.q.14.
nu.9.Staphil.de lit.grat. & iuſt.ſub c.
de var. mod. vac.fol.69.verſ.quapro-
pter retenta iſta concluſione,Fel.in
ca.auditis,col.6.nume.13.de præſcr.
Rom.conſi.330.nu.5. vbi Mandoſ.in
apoſt. Rolan.conſil.47.nu.20 in pri-
mo,Franc.Marc.q.Delphin.86.nu.2.
par.1.Vinc.Carroc.in repe.reg. cum
quid prohibetur,nu.18.de reg.iur.in
6.tomo 6. Cucc. Inſti.iur.can.de vic.
epiſ.num.83. poſt Bellame.deciſ.94.
Mant.conſi.38.poſt num.10.& ita,&
ſcio fuiſſe in Rota iudicatum, teſte
Io.Pau. in deciſ. manuſcript.Et ideo
11 ad cautelam inſeri debet in vicaria-
tu,quod epiſcopus dedit facultatem
recipiendi reſignationes, & benefi-
cia reſignata cõferendi, ut docet Re
buf.d.tit.for. Vic.Arch.nu.106.Quã-
12 uis alias coram vicario epiſcopalis iu
riſdictionis dimitti poſſe beneficiũ
curatum per eos, qui volunt alia in-
compatibilia obtinere, dicat Paui.de
pot. cap.ſede vac.1.par.princ.q.10.nu
me.22.per extrauag.Io.22.execrabi-
lis, §.cęterum, & par.2.q.2.nu.13.&
ſeq. quamlibet reſignationem poſſe
recipere capitulum ſede vacante,tan
quam iuriſdictionis voluntariæ.

13 Quarto ampliatur,ut ſine ſpeciali
mandato conferendi non poſſit reci
pere renũciationes,& expedire per-
14 mutationes beneficiorum, Calder.
conſi.7.de rer.permut.conſi.4.de of.
vic.& conſ.3.de renunc. Vbi ampliat
tam in beneficijs collatiuis, quam in
electiuis, & præſentatiuis, quia licet
in iſtis confirmet ex mandato gene-
rali non poteſt tamen recipere renũ
ciationem, nec alienationem facere
firmat Moh. deciſ.Rot.323. Cucc.d.
tit.de vic.epiſ.nu.82. & hanc ſenten-
tiam,quod vicarius epiſcopi non poſ
ſit expedire permutationes benefi-
ciorum communem dicit Gam.in re
pet.c.licet,de rerum permut.nu.101.
tomo 5.poſt hæc ſcripta viſus.

Quinto ampliatur,vt etiam bene-
15 ficia deuoluta,quæ per capitulum ſe
de vacante conferri poſſunt,non poſ
ſit cõferre vicarius epiſcopi ſine ſpe-
ciali commiſſione, ut not. Nicol.
Mil.in reper.in uerbo,vicarius,poſt
Pet. Moret. in cap.fin.de offic.vic.in
ſexto.

Sexto ampliatur, ut nec etiam in-
ſtituere poſſit ſine ſpeciali mandato
16 Vicarium perpetuum in eccleſia, Ia
cob.Put.deciſ.Rotæ 239.in princip.
libro ſecundo, dicens ita fuiſſe reſo-
lutum in vna Mediolanen. ſecunda
Martij 1545.

Septimo ampliatur etiam ſi vica-
rius haberet poteſtatem eligendi,&
præſentandi cum clauſula, & alia ma
17 iora faciendi,quia adhuc vicarius nõ
poterit conferre beneficia, Pariſ.cõ
ſilio quadrageſimoprimo, in princi-
pio,volumine quarto, Rebuff.in di-
cto titu. forma vicar. Archid. nume-
ro 51.& ſequen.poſt Bertrand. conſi
lio 133. columna prima,in ſecundo,
ſecundum antiquam impreſſionem
Gemin.in capit.cum illis, §.cum au-
tem, de præben. in ſexto, per illum
textum.Vbi dicitur, quod vnus ſpe-
cialis modus alium non comprehen
dit,& c.ſuſceptum,de reſcri. eodem
libro ſexto,& nihil maius videtur po
teſtate conferendi per rub.vt benef.
18 eccleſ.ſine dimi. confer. Nam com-
prehendit inſtitutionem,præſenta-
tionem,& quamlibet aliam prouiſio
nem, Rebuff.in tracta.de collatio. in
concord.§.ſtatuimus, in verbo, con-
feratur, reprobata opinione Caſtrẽ.
conſilio 261. venerabilis, quæſtione
ſecunda, volumine primo,qui tenet
contrarium. firmat Cucc.Inſtitutio.
iur. cano. de vicar. epiſcop. nume-
ro 74.

19 Octauo ampliatur, ut nec etiam
vicarius conſentire poſſit collationi
abſque ſpeciali mandato, Ioan.de Sel
ua tracta. de benefic. parte ſecunda,
quæſt.14.nume.10. poſt Feder. con-
ſil. 259.Rebuff. in dicto titu. forma

Vic.



Vic.Arch.nu.90.cum ſeq.Fel.in c. ex
parte,col.3.poſt numerum primum,
verſi.2.per id quod notat Feder. ex-
tra,de conſt.ea ratione ſimili q̄a q nõ
poteſt donare ita nec donanti con-
20 ſentire. l. creditor.C.de donat.inter
uir. & vx.l.cum quis.ff.de reg.iur.Ti-
raquel.qui multa ſimilia congerit in
tract. dell. cõnub. in vltima l. glo. 3.
Quia qui conſentit donanti rem ip-
ſam donare videtur.l. quæ dotis, vbi
Bal.colum.3.ff. ſol.ma.l.ſi liqueat,vbi
Bal. in 20. no.C.de inoff.donat. ergo
eodem modo conſentiens collatio-
ni conferre dicitur,quod Vicarius fa
cere non poteſt ſine ſpeciali manda-
to,dicto c.ſi.de offi. Vica.lib.6.

Et ideo ſi Canonici conferre tene
bantur cum epiſcopi conſenſu, Capi
tulum ſine conſenſu epiſcopi confer
21 re non poterit.c.vnico.§.ſi.ne ſede va
can.lib.6 c.ſi pro te,de reſcrip. vbi gl.
in ver.aſſenſu.l.ſi.C.de contrah.emp.
plene Matterett.tract.de elect.in 12.
q.fol.75. Cucc.Inſti.iur.can.de Vica.
nu.85.

22 Extenditur ſupradicta, ampliatio
vt nec etiam conſentire poſſit colla-
tioni Vicarius etiam epiſcopo abſen-
te,dicto c.vnico.§.ſi.ne ſede vac.in 6.
Feder.conſi.264.nu.1.Bertac.de epi-
ſco.lib.4.par. 6.titu.de Vica. epiſ.nu.
16.licet hoc ſub dubio relinquat Re
buff.dicto titu. forma Vica.Arch.nu.
93.& ſeq.Fel.in dicto.c.ex parte, co-
lum.3.poſt numerum primum,verſi.
ſecundo reſpondeo, Roma.ſing.700.
Io.de Selua tracta.de benef. par.2.q.
14.nume.10.Cucc.Inſt.iur.can.de vi
ca.epiſ.nu.85.

23 Sed contrarium probat Archid.in
c.Reatina 63.diſti.dicens ſe ita de fa
cto obtinuiſſe in Romana curia,nem
pe quòd ſufficit cõſenſus Vicarij epi
ſcopo abſente in electione Prælati,
quem etiam refert & ſequitur, Re-
buff.tracta.nominat. q. 14. num. 60.
poſt Bal.in capitulo,cum venerabilis
de conſuetu.Nico.Pigno.in apoſt.ad
Rom.d.ſing.700.poſt Fel.& alios ibi
citatos.

Non tamen recederem ab opinio-
ne pręcedenti,cum Archid.loquatur
de conſenſu electionis,diuerſo a con
ſenſu collationis,cum nhil maius vi-
deatur poteſtate conferendi vt ſupra
dictũ fuit in fine ſeptimæ ampliatio-
nis,& dixi etiam ſupra hoc eodem li.
q.30.vbi vide.

24 Nono ampliatur vt minus poſſit
conſtituere penſionem niſi hoc ſibi
fuiſſet ab epiſcopo ſpecialiter conceſ-
ſum,Bero.conſi.18.nu.16.vol.1.

25 Primo declaratur vt non procedat
in Vicarijs epiſcoporũ à ſummo Pon
tifice conſtitutis,quia iſti poſſunt cõ-
ferre beneficia etiam ſine mandato
epiſcopi reſpondit Oldra.conſi.208.
nu. 3. per tex.à contrario ſenſu in c.
eccleſiæ cathedrali,de ſupplẽ.neglig.
prælat.li.6.ſequitur Rebuf.tract. no-
minat.q.8.nu.27. Quod tamen verũ
putarem ego vbi adeſſet ſummi Pon
tificis mandatum,vt dixi ſupra, in 2.
ampliatione,ad quam me refero.

26 Extenditur huiuſmodi declaratio
vt Vicario Apoſtolico epiſcopatus di
rigi poſſint nominationes vt debeat
nominatis & graduatis prouidere ſi-
cut epiſcopus, Rebuf.tract. nominat.
quæſtio.octaua, nu.27. Vbi verum in
telligit quando epiſcopo & eius vica
rio copulatiue diriguntur.

27 Secundo declaratur niſi vicario da
ta eſſet poteſtas prouidendi ad bene
ficia.tunc enim beneficia poterit con
ferre,Rebuf. dicto titu. forma Vica.
arch.nu.50.& in trac.de collat.in cõ-
cord.§.præfatique ordinarij,in verſi.
prouiſionem, ea ratione quia verbũ
28 prouiſionis,eſt latum,glo.in clem.ſi.
de elect.Cucc.Inſti.iur.cano.de Vic.
epiſc.nu.75.cum ſeq.

*S V M M A R I V M.*

1 *Mandatum Vicarij ad conferendum be-
neficia qualiter accipiatur.*

2 Man-

2 *Mandatum Vicarij ad conferendum beneficia, quando ſe extendat ad ea quæ epiſcopus conferre poteſt auctoritate apoſtolica, vel alia ſpeciali.*

## QVAESTIO LXXII.

ILlud autem cenſeo aduertẽdum,
quòd mandatum Vicarij ad confe
1 rendum beneficia procedit in bene
ficiis ſpectantibus ad collationem
ipſius epiſcopi iure ordinario, non
autem ſe extendit ad ea quæ epiſco-
pus conferre poteſt auctoritate apo-
ſtolica, vt in caſu clem. vnicæ, de ſup
plen. neglig. prælat. ſcribit Rebuf. in
pract. benef. tit. forma vic. Arch. nu.
98. dicẽs in inſtrumento vicariatus
hæc verba eſſe conſcribenda, videli-
cet, Damus poteſtatem conferendi
2 beneficia, quæ nos iure ordinario cõ
ferre poſſumus, & etiam omnia alia
quæ iure deuoluto auctoritate apo-
ſtolica, vel quauis alia poteſtate, à
iure communi, vel ſpeciali nobis cõ
ceſſa. Vel dicitur qualitercunque,
vel quomodocunque ſeu quomodo
libet ſpectantia. faciunt, in propoſi-
to, quæ ſcripſi ſupra, q. 36. plura con-
gerit in materia collationis benefi-
ciorum deuolutorum ad epiſcopum
Pauin. in tract. de pot. cap. ſede vac.
1. par. prin. q. 2. à num. 1. vſque, ad 11.
firmat Cucc. Inſt. iur. can. de vic. epi.
nu. 79. cum ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex ſpeciali mandato conferendi, non poteſt conferre beneficia de nouo creata, niſi exprimatur in mandato talis ſingularis facultas.*

## QVAESTIO LXXIII.

RVrſus ex mandato ſpeciali con
ferendi, non poterit Vicarius
epiſcopi cõferre beneficia de nouo
creata, niſi in litteris Vicariatus ex
1 primatur talis ſingularis facultas, cle.
ſi. iuncta glo. in ver. tibi, de reſcrip.
Rebuff. in pract. benefi. ti. forma vic.
Archid. num. 124. Dicens ſe vidiſſe
apponi hanc clauſulam, damus pote
ſtatem cõferendi dignitates, & quæ
cunque beneficia etiam de nouo
creanda quæcunque, qualiacunque,
& quantacunque.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius habens facultatem conferendi beneficia, quamdiu epiſcopus abſit conferre non poterit epiſcopo præſente.*

*Declaratur, num. 3.*

2 *Epiſcopus præſumitur præſens.*

## QVAESTIO LXXIIII.

ET ſi Vicario data erit facultas
conferendi beneficia, quamdiu
epiſcopum abeſſe contigerit, is nun
1 quam præſente epiſcopo poterit cõ
ferre, c. ſi delegatus, de offi. deleg. in
6. c. antiqua, de priuil. Ioan. de Selua
tract. de benef. 3. par. q. 14. col. pen.
Rebuff. in pract. benef. tit. forma vic.
Arch. nu. 235. & ſeq. ſubdens, quod
per eum qui habebit collationem
ab huiuſmodi Vicario, erit proban-
da abſentia epiſcopi tempore dictæ
collationis, tum quia eſt ſuæ inten-
2 tionis fundamentum, tum etiam
quia præſumitur præſens epiſcopus,
vt conſuluit Bertrand. conſi. 2. viſo

pro-



proceſſu, col. 4. num. 17. volum. 4. & ponit Cucc. Inſt. iur. cano. de Vica. epiſ. num. 102. ſed quòd valeat collatio, ſi Vicarius ignorauit præſentiam epiſcopi, docet Rebuf. in rep. c. poſtulaſti, extra de cler. excom. min. num. 341. in 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, habens poteſtatem conferendi beneficia affecta graduatis, & nominatis, vel vacantia in mẽſibus illi præſtitutis non poterit alia conferre.*

*Declaratur, nu. 2.*

## QVAESTIO LXXV.

ET ſi etiam Vicario data fuerit
poteſtas conferendi beneficia
1 affecta graduatis, & nominatis, vel
vacantia in menſibus illi præſtitutis
non poterit, nec alia, nec aliis con-
ferre, cum non debeat fines manda-
ti, & Vicariatus excedere, c. cui de
non ſacerdotali, de præben. lib. 6. Re
buf. in pract. benef. titu. forma Vic.
Arch. nu. 237. Pariſ. conſ. 40. in prin.
vol. 4. Cucc. Inſt. iur. can. de Vic. epiſ.
num. 103.
2 Declaratur, niſi dictum ſit, quòd
conferat clericis beneficiatis, quia
ex eo non prohibetur conferre non
beneficiatis, Pariſ. d. conſi. 40. nu. 11.
ea ratione, quia expreſſio eorum,
quæ tacitè inſunt, nihil operatur, l.
3. ff. de leg. 1. l. conditiones. ff. de con
di. & demonſtr.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, ex mandato ſpeciali, non poteſt conferre beneficia vacantia in curia etiam poſt menſem.*

*Declaratur, nu. 2. & 3.*

## QVAESTIO LXXVI.

ET minus ex mandato ſpeciali po
terit Vicarius conferre benefi-
cia vacantia in curia etiam poſt mẽ-
1 ſem niſi ſpecialiter exprimatur in
mandato, Archid. in c. ſtatutum, in
fine, de præben. lib. 6. Franc. Marc. q.
Delph. 996. nu. 4. par. 1.
2 Declaratur ante factam collatio-
nem, ſecus ſi ſit collatio facta, quia
ſuſtineretur, licet non eſſet iſta ſpe-
cialis poteſtas expreſſa, Io. And. in d.
c. ſtatutum, vbi etiam Franc. Marc. q.
Delph. 996. num. 4.
3 Secundo declaratur, niſi epiſco-
pus eſſet abſens, quia eo præſente,
non poteſt per alium conferre, d. c.
ſtatutum. ibi, tantummodo per ſe ip-
ſos, cum gl. ibi ad finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt conferre beneficia reſeruata Papæ etiam ſi fuerit deputatus Vicarius à Papa ad conferendum beneficia reſeruata ſiue affecta.*

## QVAESTIO LXXVII.

1 SIcut nec etiam conferre poterit beneficia reſeruata Papæ etiam ſi fuerit alias à Papa deputatus Vicarius ad conferendum beneficia reſeruata ſiue affecta, vt in reg. Cancel. 14. reſeruat, & declarat Mandoſ. ibi in comment. q. 6. in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *SubVicarius epiſcopi, non poteſt beneficia conferre.*

*Declaratur, num. 2.*

3 *Certum etiam dicitur per relationem ad aliud.*

QVAE-

## QVAESTIO LXXVIII.

NEc ſubſtitutus à Vicario qui
habet generalem poteſtatem
1 ſubſtituendi conferre poterit bene-
ficia,vt reſpondit Pariſ.conſi.80.nu.
17.& ſeq.vbi ampliat etiam ſi epiſco
pus ſubſtituerit Vicario aliquem lo
co ſui,per tex.in c.fin. de offi. Vic.li.
6.& ne maiora tranſeant in ſubvica-
rium,quam in vicarium contra regu
las omnes,& contra dicta Bal.in l.ali
quando.ff.de offi.proconſ.
2 Declaratur niſi ſubvicarius fue-
rit ſubſtitutus cum poteſtate confe-
rendi,vel cum ſimili poteſtate, quia
tunc poterit conferre ſicut poteſt
Vicarius ex mandato ſpeciali, Pariſ.
d.conſ.80.num. 17.cum ſeq. Rebuff.
in pract. benef. tit. forma vic. Arch.
nu.79. & tract. nominat. q.8. nu.28.
Ea ratione, quia cenſetur ſubſtitu-
tus cum eadem ſpeciali poteſtate ha
bita relatione ad ipſam, & paria ſunt
certum exprimere, vel ſe ad certum
referre,l.ait Prætor. §.1.ff.de re iud.
l.vbi autem,§. qui vero, ff. de verbo.
oblig.c.tibi,qui.de reſcrip.in 6.Nam
3 certum dicitur etiam per relationē
ad aliud.l.certum,vbi Doct.ff.ſi cert.
petatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus non tenetur ſtare Vicarij col-
lationi facta contra formam man-
dati.*
2 *Vicarius ſi nulliter conferat beneficia
tenetur ad damna, & expenſas, &
ad conferendum aliud beneficium.*

## QVAESTIO LXXIX.

ILlud vero certi iuris eſt, quod ſi
Vicarius contulerit contra formā
mandati non tenetur epiſcopus ſta-
1 re illi collationi, arg.l.diligenter.ff.
manda.c.dilecta,extra de reſcri.Re-
buff.in prac.benef.titu. de Vic.epiſ.
nu.4.referens ita conſuluiſſe Domi.
conſ.114. Et nume.41. ſubdit Vica-
2 rium teneri illi cui confert ad dam-
na, & expenſas, & aliud ei beneficiū
conferre, per tex. in c. inter cętera,
vbi Doct. extra de præben.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſidens beneficium 30. annis, dicitur
acquiſiuiſſe poſſeſſionem licet colla-
tio facta ſit per Vicarium aſſertum.*

## QVAESTIO LXXX.

CRediderim tamen, quādo Pro-
uiſus poſſideret beneficium
1 30.annis,tunc fuiſſe acquiſitam poſ-
ſeſſionem conferendi, licet collatio
fieret per aſſertū vicariū, teſte Moh.
deciſ. Rot. 225. in codicibus manu-
ſcriptis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex ſpeciali mandato
conferendi beneficia, poteſt etiam con
ferre dignitates.*
2 *Beneficiorum appellatione veniunt etiā
dignitates.*
3 *Procurator datus ad acceptandum be-
neficia poterit etiam acceptare digni
tates.*

## QVAESTIO LXXXI.

SEd an Vicarius generalis epiſco-
pi ex mandato ſpeciali conferen-
di beneficia poſſit etiam conferre
1 & dignitates. Et poſſe ſcribit Gemi.
in c.fin.num.11.Franc.in vlt.not.de
offic. Vic.lib.6. Lap.alleg.84.nu.10.
vbi



vbi late,Mandoſ.in apoſt.in ver.a.Ro
ta,deciſ.7.alias, 437. & deciſ. 8.alias
580.eodem titu.in antiq. de offic. Vi
ca.& alibi Abb.in capitu.fina. de con
ceſſ.præb.Fel.in cap.cauſam quæ,nu-
me.14.de reſcr.Staphil.de litt.grat.&
iuſt.fol.60.rub.de modo & forma im
petr.verſicu.circa tertium principa-
le,nu.3.ſub cap.dignitatis,quando in
cludatur,in litt.benef.Ioan. de Selua
trac.de benef.q.55. par. 3. Rebuff.in
pract.benef.titu.quid ſit benef.num.
11.& titu forma vica.Arch.nume.111.
Franc.Marc.q.995.nume.2.& 4.par.1.
Cucc.Inſti.iur.cano.de vicar. epiſco.
nume.91. ea ratione,quia appellatio
2 ne beneficiorum veniunt etiam di-
gnitates,cum non ſit materia ambi-
tioſa.c.tua,de verſi.ſig.ca.dudum,vbi
Ioan.And.de præben.late, Mandoſ.
in apoſt.ad Lap.dicta alleg 84.& quia
3 procurator datus ad acceptandum
beneficia poterit etiam acceptare di
gnitates,teſte Felin.in cap.poſtulaſti
colum. 16. de reſcr. ſequitur Rebuf.
in loco ſupra allegato,ſubdens nihi-
lominus tutius eſſe exprimere in Vi-
cariatu etiam dignitates.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex ſpeciali mandato
conferendi poteſt conferre curata be-
neficia, officia, capellas, & alia mune-
ra eccleſiaſtica.*
2 *Procurator conſtitutus ad acceptandum
beneficia, poterit acceptare beneficia
curata.*

## QVAESTIO LXXXII.

AMplius etiam vicarium epiſco-
pi conferre poſſe præbendas ex
ſpeciali mandato conferendi benefi-
1 cia,nec non beneficia curata, officia,
capellas & alia eccleſiaſtica munera
ſiue beneficia,ſcribunt Felin.in capi.
cauſam quæ,nu. 14. extra dę reſcrip.
Staphil.de litt.grat.& iuſt.fol.60.ver-
ſicu.vtrum,iuncto præcedenti verſic.
ſecus autem.Rebuff.in practi. benef.
titu.quod ſit beneficium,nume.vnde
cimo,& forma vic.Arch.nume.116.&
ſequen.Cucc.Inſti.iur.cano. de Vic.
epiſ.nume.91.Licet enim curata be-
neficia non veniant in prouiſione ni
ſi de ipſis mentio fiat.capitulo, cum
in illis,de præben.lib.6. Tamen quia
hoc eſt fauorabile,ideo ampliandum
capitu.dudum & c. is cui.de præben.
lib.6.Sic etiam procurator conſtitu-
2 tus ad acceptandū beneficia poterit
etiam acceptare curata,teſte Imo.in
capitulo,accedens,columna ſecunda
de præben.Staphil,de litt. grat.rubri.
de modo & forma impetr, verſi,præ-
dicta tamen.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex mandato ſpeciali
conferendi poterit commendare.*
*Declaratur,nu.2.*

## QVAESTIO LXXXIII.

SIcut etiam poteſt Vica. epiſcopi
cōmendare ex mandato ſpeciali
1 conferendi,Rebuf. in practi. benef.
titu.forma Vica. Arch.nume. 119.ea
ratione quia plus eſt conferre quam
cōmendare.c.nemo,de elect. lib.6.&
cui licet quod eſt plus,non poteſt
quod minus eſt non licere,reg.cui li
cet,de regu.iur.in 6. firmat in ſpecie
Cucc.Inſti.iur.cano.de Vica. epiſco.
nume.92.
2 Declaratur vt non procedat in Vi
cario ſpeciali dato ad conferendum
quia iſte non poterit cōmendare,Ge
min.in d.c.nemo,de elect. li.6.quem
ſequitur Fel.in c.auditis, nume. 12.
extra, de præſcr. Rebuf. in loco iam
citato,nume.120.Franc.Marc.q.904.
par.1.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi habens facultatem cõferendi beneficia poterit conferre etiam ea quæ vacarunt ante datam facultatem.*

*Non autem ea quæ poſt datam facultatem fuerunt erecta.nu.3.*

2 *Mandatum Parochianis, non extenditur ad non deuolutas cauſas tempore conſtitutionis.*

## QVAESTIO LXXXIIII.

1 FVit etiam reſolutum in Rota Vicarium epiſcopi habentem facultatem conferendi beneficia poſſe conferre etiam illa, quæ vacarunt ante datam facultatem, teſte Caput.deciſ.368.lib 1.

Eſt enim huiuſmodi prouiſio fauorabilis, & ideo amplianda, vt dixi ſupra,q.82.

2 Licet alias non ſoleat mandatum extendi niſi ad deuoluta tempore conſtitutionis, Bellamer. deciſ.470. & 625. quem refert Vant. tracta. de null. titu. de null.ſent.ex def.mand.

3 num.99.Cucc. Inſt. iur. cano.de vic. epiſ.num 101.vbi Vicarius conferre non poteſt beneficia erecta, & conſtituta poſt mandatum ei factum.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius habens facultatem ab epiſcopo conferendi omnia beneficia dicitur etiam habere facultatem prouidendi de illis quæ epiſcopus habet in perſonam ſuam.*

*Declaratur, nu.2.*

## QVAESTIO LXXXV.

1 RVrſus facultatem datam Vicario per epiſcopum conferendi omnia beneficia, præſtare quoque facultatem prouidendi de his quæ epiſcopus habet in perſonam ſuam tradit Pur.deciſ.94.lib.1, Dicens, ita fuiſſe tentum in vna Salamantina.

2 Quod tamen declarat, quando epiſcopus illis renunciaſſet in manibus ſuperioris, non autem Vicarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi habens poteſtatem conferendi beneficia, poteſt etiam conferre in menſe alternatiue.*

2 *Paulus Alberus Romanus vtriuſque ſignaturæ Referendarius Archiepiſcopus Raguſiæ.*

## QVAESTIO LXXXVI.

ET vlterius Vicarium epiſcopi, habentem poteſtatem conferendi beneficia poſſe etiam conferre in

1 menſe alternatiue, licet de alternatiua nulla mentio fiat in Vicariatu, late comprobat Put. deciſ. 488. lib.2. dicens ita fuiſſe reſolutum in cauſa Portugalliæ, de Galeros, & tradit Than deci.Rot.23.& alias hoc idem audiui, Romæ comprobatum ab Illuſtri admodum, & Reuerendiſſimo Domino Paulo Albero vtriuſque ſi-

2 gnaturæ Referendario, nũc Archiepiſcopo Raguſiæ, & Domino meo colendiſſimo cuius doctrinam aſſiduoſque in legali philoſophia labores, vitæque ac morum honeſtatem ſemper venerabor.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius ex mandato ſpeciali epiſcopi poteſt conferre beneficia etiam epiſcopo præſente.*

*Declaratur, nu.3.*

*Ad Vicarium recurri poteſt, in omnibus cauſis tam præſente epiſcopo quam abſente.*



## QVAESTIO LXXXVII.

NEc non etiam ex mandato ſpeciali Vicarius poteſt conferre

1 beneficia etiam epiſcopo præſente, Boer. deciſ.347. nu.6. Nam ad illum in omnibus recurri poteſt epiſcopo præſente quemadmodum abſente, Io.And.in add.ad Specul. tit. de off. Vic.Gemin.c.licet,nu.12 Franc.col. 2.verſ.in ea.glo. in fi.regulariter,Io. Picard.inter conſ.Menoc.52.nu.95. & ſeq.vol.1.

2 Declaratur, niſi vicario data fuerit facultas conferendi beneficia quamdiu epiſcopum abeſſe contigerit. Quia præſente epiſcopo conferre non poterit, vt dixi ſupra,q.74.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius ex mandato ſpeciali epiſcopi dicitur conferre beneficia tanquam delegatus ſiue commiſſarius, non tãquam ordinarius.*

2 *Appellatur à collatione beneficij facta à Vicario ad epiſcopum, non autem ad alium ſuperiorem.*

## QVAEST. LXXXVIII.

VBi autem Vicarius generalis epiſcopi ex mandato ſpeciali

1 beneficia confert, non dicitur illa conferre tanquam ordinarius, ſed tanquam delegatus ſeu ſpecialis cõmiſſarius, Rota deciſ.7.alias 371.numero 2. & ibi Papaz. apoſt. in litera A,tit.de offic.Vic. in no, poſt Fel.in c.licet, col.1. de offic.ord, Pauin.de offic.& poteſt.cap. ſede vacan.2.par. princ.q.10.nu.31. Pariſ. conſ.80.nu. 13.in 4. Cucc. Inſt.iur.cano. de Vic. epiſ.nu.112.

2 Et ideo ſi contigerit appellari à dicta collatione, appelletur ad epiſcopum, non autem ad alium ſuperiorẽ Rota, Pauin. & Pariſ. in locis ſuperius adductis, poſt Gemin. Franc.& alios,in c.2.de offi.Vic.in 6. col.pen. verſ.Item ſi epiſcopus, Nicol.Mil.in repert. in verſic. Vicarius epiſcopi, Cucc.d.tit.de Vic.epiſ.nu.113.

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficij à Canonico facta à Vicario epiſcopi ſpectantis ad collationem epiſcopi, & Capituli, quando valeat.*

## QVAESTIO LXXXIX.

LIcet autem capitulum ſine conſenſu epiſcopi conferre non poſ-

1 ſit, vbi canonici teneantur conferre cum epiſcopi conſenſu, vt dixi ſupra,q.71.nu.21. tamen quando Vicarius vti canonicus prouideret de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi, & capituli, valeret collatio teſte Put.deciſ.15.de præben.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus non poteſt committere collationem beneficiorum Vicario non habenti adminiſtrationem temporalium.*

## QVAESTIO XC.

ILlud etiam vidi notari per Doct. epiſcopum nõ poſſe committere be-

beneficiorum collationem Vicario, qui non habet adminiſtrationem tẽporaliũ, vt per Nicol. Mill. in reper. in ver. Vicarius epiſcopi, poſt Rom. in loco per eundem Mill. citato.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius ex mandato ſpeciali conferendi non poteſt conferre beneficia epiſcopo, illum conſtituenti.*
*Declaratur, nu. 3.*
2 *Conferre beneficia ſibi ipſi eſt prohibitum.*
4 *Vicarij, & Commiſſarij Apoſtolici in dies per Papam deputantur in epiſcopatibus, propter inhabilitatem, & impedimentum epiſcoporum.*

## QVAESTIO XCI.

NOn tamen ex ſpeciali mandato conferendi Vicarius epiſco-
1 pi poterit conferre epiſcopo, qui illum conſtituit, ſecundum Rebuf. in prac. benef. tit. forma Vica. Arch. nu. 82. & 84. & in tract. de nominat. q. 8. num. 28. & rub. de collat. §. præfatiq; ordinarii, in ver. conferre, in concord. Franciæ. Cum enim Vicarius conferat beneficia vice epiſcopi, collato beneficio in epiſcopum diceretur epiſcopus ſibi ipſi conferre,
2 quod eſt prohibitum, Abb in c. fina. extra de inſtit. Felyn. poſt alios, in c. ſane, el 2. num. 4. extra de offic delega. Papaz. in apoſt. ad Rotam deciſ. 4. alias 378. nu. 7. tit. de offi. Vic. in no. Pauin. de off. & poteſt. cap. ſede vac. 2. par. prin. q. 5. nu. 9.
3 Declaratur, niſi Vicarius epiſcopi creatus eſſet apoſtolica auctoritate, quia tunc epiſcopo poterit conferre, Rebuff. d. titu. forma Vic. Archi. nume. 83. Quod notandum eſt pro Vicarijs & commiſſarijs apoſtolicis, qui in dies in epiſcopatibus per Papam deputantur, propter epiſcoporum inhabilitatem, & impedimen-
4 tum, de quibus Quint. Mandoſ. in reg. Cancel. 24. de male promotis, q. 6. num. 13. & idem Rebuff. in tracta. de nominat. q. 8. num. 28. & rub. de collat. §. præfatique ordinarij, in ver. conferre, in concord. Franciæ. vbi refert, quod Regnicolæ hoc non ſeruant, ne epiſcopi omnia beneficia diœceſi ſibi retineant.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt ſibi ipſi conferre beneficia.*
2 *Subſtitutus Vicarij conferre poteſt beneficia Vicario ſubſtituenti habenti ſubſtituendi poteſtatem, & nu. 3.*
4 *Subſtitutus Vicarij capit auctoritatem ab epiſcopo.*

## QVAESTIO XCII.

1 VNde ex præmiſſis nec Vicarius poterit ſibi ipſi conferre prohibitus, ex tex. in c. fin. extra de inſtit. & c. per ueſtras, extra de iure patrona. cum adductis per Pauin. de poteſt. cap. ſede vacan. 2. par. q. 5. numero 19.
2 Declaratur, vt non procedat in ſubſtituto Vicarij, qui conferre poteſt Vicario ſubſtituenti tanquam à Domino ſubſtitutus, Rebuff. dicto tit. forma vic. Arch. numero 77.

Quod tamen improbat, Pauin. d. q. 5. num. 9. iuribus per eum citatis. Quibus reſponderi poteſt ex dictis per Rebuff. tract. de nominat. q. 8.
3 nu. 28. Vbi probat quod ſubſtitutus vicarij habentis poteſtatẽ ſubſtituendi poteſt vicario conferre, quia ſubſtitutus non capit auctoritatem à vicario, ſed ab epiſcopo. c. nõ indiſcrete,



te, extra de procur. & idem Rebuff. rub. de collat. §. prefatique ordinarij. verſ. conferre in concord.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus qui dedit Vicario poteſtatem conferendi beneficia ante Vicarium conferre poteſt, & nu. 4.*
2 *Papa maiorem ſibi retinet poteſtatem, quàm concedat.*
3 *Vicarius cenſetur reuocatus ab epiſcopo, quo ad collationem beneficij ab epiſcopo factam.*

## QVAESTIO XCIII.

POrro epiſcopus qui dedit Vicario poteſtatem conferendi beneficia, ante eumdem Vicarium pote-
1 rit conferre. text. cum glo. in c. conſtitutus. extra de conceſſ. præben. Quia maiorem, ſibi retinuit poteſta-
2 tem, quã conceſſerit, vt in Papa eſt tex. in c. dudum. de præben. lib. 6. & de epiſcopo tradit Gemin. in c. licet nume. 6. in fin. de off. Vic. in 6. Bald. in l. ſed ſi hac. §. ſemper. in fin. ff. de in ius vocan. Fel. in cap. cum olim, el ſecondo. in princ. extra de offic. deleg. Bertac. de epiſ. lib. 4 par. 6. tit. de Vic. epiſ. nume. 3. & par. 5. nume. 32. Franc. Marc. quæſt. Delph. 421. num. 3. & 4. par. 1. Ioan. Picard. inter conſ. Menoc. 52. num. 18. cum ſeqq. vol. 1. Prout etiam, quia per collationem
3 epiſcopi cenſetur Vicarius reuocatus, quo ad illam collationem. Cald. conſ. 11. rub. de off. Vic. quem ſequitur Rebuff. qui hanc partem defendit in pract. benef. titu. forma Vic. arch. nume. 122. Fel. in cap. ex parte decani. nume. 16. in fi. extra de reſc. poſt Alber. in l. ſæpe. in fin. ff. de offic. præſ. Vbi dicit, quòd ſi epiſcopus conferat ante eum cui commiſit vices ſuas, in conferendo valet collatio epiſcopi per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. ſubdens, ita Romæ fuiſſe iudicatum contra Guid. de Suzar. firmat Boer. deciſ. 347. num. 10. & Ioan. de Selua. tract. de benefic. par. 3. q. 16. in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficij facta ab epiſcopo prefertur collationi Vicarij, & nu. 2.*
*Ampliatur. nu. 3. 4.*
*Declaratur, nu. 5. 6. & 8.*
5 *Poſſidentis beneficia melior eſt conditio, quàm prouiſi.*
7 *Litteræ priuatæ epiſcopi, in quibus committitur collatio beneficiorum vacantium in fauorem certæ perſonæ, non valent in præiudicium collationis facti per Vicarium.*

## QVAESTIO XCIIII.

QVid autem ſi epiſcopus, & Vicarius conferant eadem die? quæ nam collatio præfertur. Et præferri collationem epiſcopi, tamquam maiorem collationi Vi-
1 carij probat text. in cap. ſi a ſede. de præben. lib. 6. cap. dudum. eod. titu. Et quia collatio epiſcopi præceſſiſſe
2 præſumitur, Calder. conſ. 2. ſub rub. de offic. Vic. Fel. in cap. ex parte decani. nume. 16. in fin. extra de reſcr. Iaſ. in l. 1. nume. 6. ff. ſolu. mat. firmat Boer. deciſ. 347. num. 10. poſt Alber. de Roſar in l. ſæpe audiui Cæſarem. in fin. ff. de offic. præſ. Franc. Marc. quæſt. Delph. 1199. num. 2. par. 1. Io. de Selua, tract. de benef. par. 3. quęſt. 15. nume. 17. & par. 2. quæſt. 15. num. 30. Rebuff. in pract. benefic. titu. de reſcript. ad beneficia vac. num. 40. & forma Vic. arch. num. 123. vbi num. 121. extẽdit etiam ſi collatio fiat ab epiſcopo extra dioceſim, & in tract. nominat. quæſt. 14. num. 64. & plene in tracta. de pacif. poſſeſſ. limita. 17.

M Franc.

Franc.Marc.q.99.nume. 2.par.1.poſt Franc.in c. ſi à ſede, Menoc. quamuis de prædictis non faciat mentionem tracta.de Arbi. iud. libro primo, caſu 48.numero 17. Cucc. Inſti.iur.cano. de Vic.epiſ.nu.95.

3 Ampliatur etiam ſi epiſcopus contulerit beneficium extra diœceſim, eo die quo vicarius intrat, Calder. dicto conſilio vndecimo, Cæſar Lambert.in tracta.de Iurepatro. ſecundo lib.tertia par.q.art.3. Couar. lib.tertio var.reſol.capitu.20. numero 8.in fine, Cucc.Inſti.iur.can.de Vica.epiſ. nume.97.

4 Ampliatur etiam in capitulo & Vicario eius ſede vacante, quia ſi conferant eadem die collatio capituli præualebit, Paui.de pot.capituli ſede vacan.ſecunda par. princi. numero 21. poſt Calder. dicto conſi. 11. titu.de offi.Vica.

5 Declaratur niſi prouiſus a vicario poſſeſſionem accepiſſet ante prouiſum ab epiſcopo, quia tunc melior eſt conditio poſſidentis, d.cap. ſi a ſede. Rebuf.d. tit.de Reſcript.ad benef.vacant.nu.30.& in titu. forma vicariat. Archiep.nu.213.Dicens, ita fuiſſe viſum Senatui, Parienſi, & ſcripſiſſe in tract.de pacif.poſſeſſ.nu.297.verſicu. quarto etiam procedit, ſcribit multa in propoſito Iaſ.in d.l.1.numero ſexto, ſequitur March.d.quę.Delph.999. nume.3.Cucc.Inſt.iur. cano. de Vic. epiſ.nu.94.

6 Declaratur, vbi æquo iure procederent ambæ collationes, ſecus ſi in collatione vicarij adeſſet dies, & hora, & in illa epiſcopi dies tantum, ut in ſimili concurſu collationum Papæ, & ordinarij differendo concludit Iaſ.in d. l. 1. nume. 6.in fin. Vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorē & credere ita Romæ fuiſſe obtentum, ea ratione quia collatio Vicarij habet tē-
7 pus magis determinatum. Vnde alias deciſum fuit in Rota quòd litterę priuatę epiſcopi in quibus committitur Vicario collatio beneficiorum vacantium in fauorem certę perſonæ non valeant in pręiudicium collationis factæ per Vicarium virtute poteſtatis eidem prius datę per epiſcopum, teſte Achil.deciſ.216.

8 Tertio declaratur ubi primo prouiſus a Vicario non acceptaſſet, quia ad epiſcopum poteſtas reuertitur, c. ſi compromiſſarius, de elect.lib.6.Rebuf.dicto titu.forma Vica. Archiep. nume.145.

Quarto declaratur in duabus inſtitutionibus factis à Vicario & epiſcopo, quia præfertur præſentatio facta
9 epiſcopo quando Vicarius non habebat ius inſtituendi, Card.cle.1.q.9.de iure patro. quem refert & ſequitur Rolan.conſi.47.nu.85.lib.1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius non poteſt cognoſcere de viribus collationis facta ab epiſcopo.*

## QVAESTIO XCV.

Et cum maior ſit collatio epiſcopi quam Vicarij, ut uiſum fuit ſupra: Non poterit de uiribus collatio-
1 nis factæ ab epiſcopo idem Vicarius cognoſcere, ut reſpondit Bero.conſi. 14.nu.6.uol.1.ea ratione quia inferior factum ſuperioris reſcindere non poteſt, c.cum ueniſſent, extra de inſti.c. ut noſtrum, extra de appell.

*S V M M A R I V M.*

*Collatio beneficij facta à Vicario epiſcopi excommunicati, interdicti vel ſuſpēſi, an teneat.*

## QVAESTIO XCVI.

Qvid etiam ſi epiſcopus ſit excommunicatus, interdictus uel



vel ſuſpenſus; an interim Vicarius conferre poſſit, & valeat eius collatio. Dicam infra lib.3.q.17. vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Collatio beneficij facta à Vicario epiſcopi reuocato, an teneat remiſſiue.*

## QVAESTIO XCVII.

Et quid etiam ſi Vicarius reuocatus fuerit, an valeat collatio. Di-
1 cam infra, lib.3.quæſt.36.vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conferentes indignis ſubiacent multis penis & quibus, remiſſiue.*
2 *Epiſcopus, an ſit priuatus poteſtate conferendi ſi eius vicarius beneficium indigno contulerit, remiſſiue.*

## QVAESTIO XCVIII.

Et quoniam conferentes indignis, multis pœnis ſubiacent,
1 quas recenſet Rebuf.in pract.benef. tit.pœnę collat. indig. conferen. per
2 to.Quæro etiam, ſi vicarius indigno contulerit, an epiſcopus ſit priuatus poteſtate conferendi. Dicam infra, lib.3.q.37.per to. Vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius ſi beneficium contulerit indigno, an poſſit digno conferre, remiſſiue.*

## QVAESTIO XCIX.

Sed quid e conuerſo, ſi vicarius indigno contulerit, an poſſit digno
1 conferre, dicam infra, lib.3. quæſtio 38.Vbi vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Idoneus ad beneficia, quis.*
2 *Collatio beneficij irrita eſt, niſi fiat dignis perſonis, & habilibus.*
3 *Collator qua pœna puniendus ſi conferat indignis.*

## QVAESTIO C.

Sed nec illud eſt in propoſito negligendum, quod ſi in Vicariatu dictum fuerit, vt conferatur idoneis
1 intelligitur de idoneis, moribus, ſciētia, & ætate, c.cum in cunctis, extra de elect.Pariſ. conſ.40.col.2. vol.4. Rebuf.in prac.benef.tit. forma vica. Arch.nu.87.Ego autem credo, quod irrita ſit collatio beneficiorum præ-
2 ſertim non habentium, curam animarum, & prouiſio niſi fiat perſonis dignis, & habilibus quamuis dictum non fuerit quod vicarius conferat idoneis, iuxta conſtitutionem Alex. III.in c. quia nonnulli, de cler.non reſ.c.licet canon.de elect.in 6.Et col-
3 lator aliter conferens pęna conſtitutionis concilij venit puniendus, cap. graue nimis, extra de præben. Concil.Trident. cap.3. ſeſſ.7. in decreto de reform.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi non prohibetur conferre beneficiatis propter illa verba Vicariatus, Quod conferat idoneis.*
2 *Declaratur, nu.2.*

## QVAESTIO CI.

NEc ex illis verbis appoſitis in
Vicarium, nempe quòd confe-
1 rat idoneis, Vicarius epiſcopi prohi-
betur conferre beneficiatis, vt con-
ſuluit Pariſ. conſi.40. num.9. & ſeq.
volum.4.
2 Quod tamen verum non puto
vbi fieret collatio beneficiatis alio-
rum beneficiorum curatorum, vel
alias incompatibilium, per tex.in c.
de multa, vbi Doct. extra de præben.
Concil.Trid.c.4. & ſeq.ſeſſ.7.in de-
creto, de reform.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius habens mandatum ſpeciale*
*ab epiſcopo conferendi beneficia, non*
*poterit, extra diœceſim conferre.*
*Contra, nu.4.*
*Ampliatur, nu. 7.& 8.*
*Declaratur, nu.7.9.& 10.*
2 *Ordinarius iuriſdictionem voluntariã*
*extra territorium exercere non prohi*
*betur.*
3 *Vicarius vel Locumtenens ordinarij*
*inferioris à Principe non poteſt vo-*
*luntariam iuriſdictionem exercere,*
*extra territorium.*
5 *Intellectus c.ſtatutum, de præben.lib.6.*

## QVAESTIO CII.

SEd nec ea quæſtio contemnenda
eſt, an Vicarius epiſcopi cui da-
1 ta fuit poteſtas conferendi benefi-
cia conferre poſſit extra diœceſim,
an verò in diœceſi tantum, in qua
negatiuam partem tenuit Bal. in l. 2.
num.1. ff.de offic.procon. quem re-
fert Boer. deciſ.30. num.1. Franc.in
c. cum in generali, in vltimo not.de
offic.Vic.in 6. Franc.Marc.q.Delph.
117.in fine, par.2.arg. tex. in c.ſtatu-
tum, de præben.in 6.cum concordã-
2 tibus, adductis ſupra, d. q. 117. Et
quia licet ordinarius voluntariam
iuriſdictionem poſſit exercere ex-
tra diœceſim, & territorium, per gl.
& Canoniſtæ, in c.nouit, extra de of
fic. lega. Alexan. Caſtrenſ. & alij, in
l.fi.ff.de iuriſd.om.iud. tamen Vica-
3 rius vel Locumtenens ordinarij in-
ferioris à Principe, id non poteſt,
Bar.in l.cunctos populos, C.de ſum.
Trin. & fide Catho.quem refert, &
ſequitur Bald. in d.l.2. numero pri-
mo, Fran.in dicto cap. cum in gene-
rali, qui inferũt ex eo Vicarium epi-
ſcopi tanquam Vicarium ordinarij
non poſſe exercere iuriſdictionem
extra diœceſim firmat Franc.Marc.d.
q.117.in fi.
4 Sed affirmatiuam probauerunt,
Rota deciſ.2.tit. de offic.Vic. in vlt.
Biſig.Boer.dicta q.30.nu.6. poſt Ge-
minia.in dicto cap.cum in generali,
numero decimo, Rebuf.in prac.be-
nef. tit.forma Vic.Arch. nume.227.
poſt Ioan.de Selua in tract.de bene-
fi.3.par. q.40. & idem Rebuf. tract.
nominat. q.14. nu.65. Ripa in tract.
de peſte, fol.150. verſ.ſed ego, ſic re
latus in apoſtilla ad Rotam dicta de-
ciſ.2. Lambert. in tract. de iurepa-
tro.art.6.2.q.princip.par.2. lib 2.fol.
281.Pauin.de poteſt. cap.ſede vacan.
2.par. q.1. numero ſeptimo, Menoc.
de arbit.iud.lib.1. q 43. numero de-
cimonono, Couar.lib.3. var.reſol.c.
20.num.8.Cucc.Inſt.iur.can. de vic.
epiſ.num.98.
Mouentur, quia Vicarius epiſco-
pi eſt ordinarius, qui exercere poteſt
ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictio-
nis extra territorium, ſecundum Ca
noniſtas, in d.c.nouit. & Legiſtas, in
d.l.fina.
Non obſtat tex. in d. c. ſtatutum,
5 tum quia loquitur ſpecialiter, de be
neficijs in Curia vacantibus, & quia
recẽſet factũ, & illa verba tex.ĩ eorũ
diœ-



diœceſibus exiſtentibus non prohi-
bent huiuſmodi collationem extra
diœceſim, vt firmat Boer.dicta q.30.
numero 6. Nec aduerſatur ea ratio,
quòd Vicarius Ordinarij non poſ-
ſit exercere actus voluntariæ iuriſ-
dictionis extra diœceſim. Quia Vi-
carius epiſcopi ordinarius eſt, vt
ſcripſi ſupra quæſt.55. vbi vide. Et
ideo non ſolum non-prohibetur,
ſed poteſt exercere actus volun-
tariæ iuriſdictionis extra diœceſim,
ſicut epiſcopus, vt dixi etiam in
dicta quæſt.
6 Ampliatur, vt etiam epiſcopus
committere poſſit Vicario alterius
epiſcopi in alia diœceſ. reſidenti be-
neficiorum collationem. Rota de-
ciſ.7.alias 371.nume.3. titu.de offic.
Vic.in no.vbi num.4.& 8 firmat Pa-
paz.in Apoſt.ad Rot. ſecundum no-
uam impreſſionem.
7 Declaratur hæc ampliatio, vbi
conſenſus non ſolum committen-
tis: ſed etiam commiſſarij, & par-
tium interueniat, Rota dicta deciſ.
7. & ibi Papaz.in Apoſt.
8 Secundo ampliatur, vt etiam ex-
tra diœceſim Vicarius recipere poſ-
ſit inſinuationes, nominationes &
gradus, cum ſint voluntariæ iuriſdi-
ctionis, Boerius dicta quæſt.7. num.
7.poſt Ioan.de Sel.in tract.de benef.
in 2.par.quæſt. 14.colum. 2. ante fin.
Corſet. in tracta. de poteſt. reg. 80.
Barbat.in c.nouit.nume.17.cum ſe-
quent.de off.lega.
9 Declaratur, vt nõ procedat in be-
neficiis vacantibus in curia, Gemin.
in d.cap. fin. ad fin. Franc. in d. cap.
ſtatutum. colum.3.verſi.in glo. fina.
Boer.dicta quæſt.30.num.6.Rebuff.
in pract. benef. titu. forma Vicariat.
Arch.num.129. Couar.lib.3.var.re-
ſolut.cap.20.nume.9.verſ. ceterum,
Cucc.dicto tit.de Vic.epiſ.num.99.
10 Secundò declaratur, quando epi-
ſcopus limitauit Vicario poteſta-
tem conferendi beneficia diœceſis
in Ciuitate & diœceſi, quia ex-
tra illam poteſtas conferendi non
extenditur, Rebuf. dicto titu. forma
Vic.arch nume.229. Cucc.d.titu.de
Vic.epiſ.num.100.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi aliquid recipere prohibentur*
*pro collationibus beneficiorum.*
2 *Senatus Pariſienſis decreto permiſſum*
*eſt Vicarijs epiſcoporum aureum*
*tantum recipere pro collationibus be-*
*neficiorum.*
3 *Epiſcopi ſiue eorum Vicarij prohiben-*
*tur etiam oblatum ſponte recipere*
*pro litteris dimiſſorijs, aut teſtimo-*
*nialibus, vel eorum ſigillo.*

## QVAESTIO CIII.

1 ET licet epiſcopis prohibitum ſit
aliquid recipere pro beneficio-
rum collationibus. c.1.c.non ſatis,
extra de ſimon. Rebuf. pract.benef.
tit. benef.quot mod.acq. Paul.Fuſc.
epiſ.Sarnen. tract.de viſit.& reg. ec-
cleſ.c.32. num.8. lib.1. vbi prohibi-
tum eſſe dicit, aliquid accipere ex
pacto, aut conſuetudine pro colla-
tionibus beneficiorum, inſtitutioni-
bus, præſentationibus, nominationi
bus, electionibus, aut quouis titulo
prouiſionis, per decretum Concil.
Trid.14. ſeſſ.24. de reforma. Refert
2 tamen in d.loco Rebuff.decreto ſe-
natus permiſſum eſſe Vicariis pro
collatione beneficij aureum tãtum,
& non plus recipere, firmat idem
Carun.de pub.concu.§.quia vero.
3 Porro aliud dicendum in litteris
dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, pro
quibus nec pro ſigillo, nec aliqua
alia cauſa, aliquid etiam ſponte ob-
latum recipere licet.1.queſt.1.quaſi
per totam, & cap.de ordinationibus
Concil.Trid. cap.primo, ſeſſ.21.de
reformat.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuationes nominatorum ad beneficia, quibus fiant.*

2 *Vicarius epiſcopi recipere poteſt inſinuationes nominatorum ad beneficia epiſcopo abſente, vel impedito. Ampliatur, num. 3.*

4 *Inſinuatio nominatorum ad beneficia, facta Vicario, ligat Epiſcopum.*

5 *Præſens, quis dicatur.*

## QVAESTIO CIIII.

CVmque fiant inſinuationes nominatorum ad collationem be-
1 neficiorum illis ad quos ſpectat collatio de quibus latiore folio ſcribit Rebuff. tract. nominat. quæſt. 14. per tot. & num. 58. Ideo quæro, an Vicario epiſcopi, huiuſmodi inſinuatio-
2 nes fieri poſſint; & poſſe vbi epiſcopus eſſet abſens, vel impeditus, late comprobat Rebuff. d. q. 14. nume. 59. cum ſequen. Vbi ampliat, vt in
3 abſentia Vicariorum fieri poſſint officialibus, vel aſſeſſoribus, vel Prioribus clauſtralibus, aut ſubprioribus ordinatio. Reg. Ar. 9. Rub. des gradues ſimples, & ex dictis per glo. & Doct. in clemen. vn. in ver. diœceſanis. de foro compet. & num 69. comprobat huiuſmodi exhibitionem Vicario factam ligare Episco-
4 pum in tantum; quòd ſi poſtea epiſcopus alteri conferat, collatio non valeat, licet dicat ſe ignorare inſinuationem Vicario factam: & ſubdens, nu. eodem, quod dicitur præ-
5 ſens, qui eſt in Ciuitate, vel in continentibus ædificijs, iux. tex. in l. qui in continentibus. ff. de verb. ſign. firmat idem Rebuff. Rub. de coll. §. teneantur, in verſ. aut eorum Vicarijs in concordan. Franc. & late Ioan. de Selua, de benef. par. 2. quæſt. 14. nu. 4. & num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Apoſtolicum, an vni ex Vicarijs præſtare ſufficiat, & nu. 2.*

## QVAESTIO CV.

QVid autem ſi plures ſunt Vicarii, an vni ſufficiat præſentare
1 mandatum Apoſtolicum, vel inſinuare? Et ſatis eſſe, vni inſinuare, probat Rebuff. in tract. nominationum. quæſt. 14. num. 62. & 64. & Rub. de collat. §. teneantur, in verbo, aut eorum Vicarijs in concord. Franc. Et late Ioan. de Selua tract. de
2 benef. par. 2. quæſt. 14. num. 11. Vbi declarat verum, quando Vicarij haberent poteſtatem conferendi in ſolidum. Hæc vnius poteſtas ab altero dependeret.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum apoſtolicum Vicario præſentatum, non ligat epiſcopum abſentem, quominus conferre poſſit beneficium. Contra num. 2.*

*Declaratur. num. 3.*

## QVAESTIO CVI.

ILlud autē cōtrouerti ſolet in collatione beneficiorū, an ſufficiat præſentare mandatū Apoſtolicum Vicario epiſcopi, vt ipſius epiſcopi manus ligentur in collatione beneficij ipſo epiſcopo abſente. Nam Compoſtel. in c. capitulum. in glo. magna.
1 verſ. Item quid. de reſcript. & Ioan. And. in c. ſi ſoli. de conceſſ. præb. in 6. tenent non ſufficere fieri præſentationem Vicario, & quòd ſi epiſcopo in remotis agente, fuerit præſentatum mandatum eius Vicario, vel Capitulo, & epiſcopus hoc ignorans contulit præbendam primo vacantem, tenet collatio, & ſi Vicarius haberet ſpeciale mandatum ad conferendum: quia per conſtitutionem Vica-



rij non aufertur poteſtas epiſcopo, quin conferat, quando vult, arg. c. dudum. §. nos igitur, & c. quamuis, il ſecondo, de preben. in 6.
2 Sed contrarium probat Ioan. de Selua in tract. de benefi. par. 2. quæſtio. 2. nume. 4. & 6. Vbi concludit, quòd licet epiſcopus abſens contulerit beneficium vacans ignorans inſinuationem mandati Apoſtolici, vel nominationis fuiſſe factam ſuo vicario, non valet collatio in præiudicium nominati, quia epiſcopus, & vicarius ſunt vnum & idem, cap. 2. de conſuet. in 6. Quam etiam ſententiam declarat vbi præſentatio fuiſ-
3 ſet facta vicario, in ſubſidium, quando non poſſet haberi copia epiſcopi, tunc enim ipſum epiſcopum non ligaret, & ita dicit procedere opinionem Ioan. Andr. in dicto cap. ſi ſoli.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Vicarius alterius epiſcopi recipiendo inſinuationem nominatorum ad beneficia, in dubio intelligitur recipere tanquam epiſcopus, non tanquam Vicarius.*

2 *Inſinuatio facta capitulo, cuius canonicus erat Vicarius, quando liget epiſcopum.*

## QVAESTIO CVII.

SEd quid ſi contingat epiſcopum eſſe vicarium alterius epiſcopi, vel Archiepiſcopi, & illi fieri inſinuationem? Et quidem ſi non exprimatur, quid ſit inſinuatio tanquam vi-
1 cario vtique intelligetur ei facta tanquam epiſcopo, & non tanquam vicario, vt comprobat Rebuff. tract. nominat. quæſt. 14. num. 66. & num. 68. Idem eſſe probat, ſi fuerit facta inſinuatio. capitulo, & vnus canonicus erat vicarius epiſcopi, quia per
2 huiuſmodi inſinuationem capitulo factam non ligatur epiſcopus, niſi illi canonico intimatum fuerit, tanquam vicario epiſcopi, & vlterius aſſerit, nume. 69. quod ſatisfactum ſit Regno Franciæ ſi inſinuatio nominationis fiat epiſcopo, vicario alterius epiſcopi ſub duplici qualitate per litteras duplicatas, cum per illas ſolas ita certus ſit ac ſi duas haberet duplicatas.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuans Vicario epiſcopi nominatos ad beneficia quærere debet inſtrumentum Vicariatus aut probare Vicarium communiter reputari.*

## QVAESTIO CVIII.

PVto tamen aduertendum, quòd is qui inſinuat vicario querere debet inſtrumentum Vicariatus, &
1 ſi non poſſit habere inſtrumentum probandum eſt, quod ille erat habitus, & nominatus Vicarius, & talis communiter reputatus Rebuf. tract. nominat. q 14. num. 71. & rub. de colla. §. teneamur, ver. aut eorum vicarijs, ſucc. Inſt. iur. can. de Vic. epiſ. numero 114.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ, reſeruans beneficia eorum, qui ſunt familiares, & Commenſales continui Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, an reſeruare cenſeatur beneficium Vicarij Cardinalis conſtituti in Archiepiſcopatu, vel epiſcopatu.*

## QVAESTIO CIX.

NVnquid autem ſi vicarius Cardinalis in Archiepiſcopatu, vel epi-

1 epiſcopatu conſtitutus habeat bene
ficium: Illudque vacare contingat,
cenſeatur reſeruatum, iuxta reg.
Cancell.3. de reſeruat. reſeruantem
beneficia eorum, qui ſunt familia-
res, & commenſales continui San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium.
Hanc q.propoſuit Quint. Mandoſ.
in reg. 3. cancell. reſeruat. q.19. Vbi
differendo caſum, tandem concludit
quod ſi ille qui fuit Vicarius conſti
tutus erat prius Cardinalis cõſtituẽ-
tis familiaris, & continuus commen
ſalis, & tunc talis poſtea vicarius ef-
fectus manet commenſalis, & ideo
eius beneficia vacantia cẽſentur ſub
hac regula comprehenſa. Aut nun-
quam fuerat in familiaritate, & con
tinua commenſalitate Cardinalis il-
lum vicarium conſtituentis, & tunc
eius beneficia non cenſentur ſub fa
miliaritatis prætextu, & continuę
commenſalitatis reſeruata, & hanc
diſtinctionem aſſerit fuiſſe in Rota
ſeruatam.

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtratio ſpiritualis conſiſtit etiam in præſentando aliquem ad beneficium iuriſpatronatus.*
2 *Vicarius epiſcopi ſine mandato ſpeciali non poteſt præſentare.*
3 *Præſentatio patroni dicitur donatio.*
4 *Procurator ſine ſpeciali mandato domini non poteſt donare.*
5 *Vicarius habens facultatem præſentandi, non poteſt ſe ipſum præſentare.*

## QVAESTIO CX.

ET quoniam adminiſtratio ſpiri-
tualis conſiſtit etiam in præſen-
1 tando aliquem ad beneficium iuris
patronatus pertinens ad epiſcopi
præſentationem, ſecundum Bal.con
ſilio 478.nu.1.vol.... Pauin. de po-
teſt.cap.ſede vac.2.par.prin.q. 5.nu.
3. Quæro, an Vicarius epiſcopi poſ-
ſit præſentare, & non poſſe niſi adſit
2 mandatum ſpeciale, probat Abb. in
c.fi.nu.6. vbi Imo. & alij Canoniſtæ,
extra de conceſ.præben. Prob.in c.1.
de offic. Vic. Rebuf.in pract. beneſi.
tit.de Vicariis Archiep. nu.71. cum
ſequen.poſt Roch. Cur.in tract.iur.
pat.in verbo honorificum, quæſt.5.
Pau. de Cittad. in ſimili tract.6. par.
q.41. cum ſequen. & in ſimili etiam
tract. Lamber.lib.2. par.3. art.5. pri-
mæ q.princ. nu.2. Poteſt enim præ-
3 ſentatio patroni dici donatio, d.c.
fina. vbi notat Abb.nume.5. Et ideo
4 opus eſt ſpeciali mandato, c.qui ad
agendum, de proc.in 6.gl.ibi & Do-
cto.l.procurator totorum, l.manda-
to, ff.eo. l.procuratorem.C.eo.
5 Declaratur, vt non poſſit Vicarius
epiſcopi habens facultatem præſen-
tandi ſe ipſum præſentare, c.per no-
ſtram, extra de iurepatro. Pauin.de
offic & poteſt. cap.ſede vacan.2. par.
princ.q.5.in fine, vbi ampliat, quod
nec ſubſtitutus præſentare poteſt
ſubſtituentem.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt inſtituere præſentatum, ſine ſpeciali mandato, ſecundum communem, communiorem, & magis communem.*
*At contra, nu.4.*
*Communis ampliatur, numero 17.19. 20.21.*
*Declaratur, nu.22.*
2 *Inſtitutio quid.*
3 *Capitulum ſede vacante poteſt inſtituere præſentatum, nu.14.*
*Gerit vices epiſcopi: Non tamen poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi, nu.*
5 *Conferre verbum, comprehendit inſtitutionem.*

*Inſti-*



6 *Inſtitutio & deſtitutio pertinent ad epiſcopum.*
7 *Vicarius epiſcopi non poteſt quem priuare beneſ. ſine ſpeciali mandato.*
8 *Dictio, quoquomodo, quot caſus excludat.*
9 *Taxatiua, Niſi, excludit alios caſus præter nominatos.*
10 *Rebuff. intellectus ad c. ex frequentibus extra de inſti. & Abbatis. & numero equen.*
12 *Couar. intellectus ad idem.*
13 *Auctoris intellectus ad idem.*
15 *Spiritualia facilius dantur quam tollantur.*
16 *Lex noua ſuppletur per antiquæ interpretationem.*
18 *Vicarius epiſcopi admittendo præſentatum non dicitur inſtituere.*
*Patroni factum, qui præſentauit clericũ Vicario epiſcopi & rogauit illum vt admitteret & Vicarius reſpondit Placet.*

## QVAESTIO CXI.

HVic & illa ſubnecti poteſt q̃ſt.
apud Canoniſtas diſputabilis,
An ſcilicet vicarius generalis epiſco-
pi poſſit inſtituere præſentatum. Nã
1 partem affirmatiuam tenuit glo. in c.
ex frequentibus, in verbo officialium
extra de inſtitu. glo. in c. fi. in verbo
non poſſunt, & ibi Archidia. Domin.
Franc.de offi.vic.in 6.Ioan.And.Imo.
Abb. & alij in d.c.ex frequẽtibus, Ca
iet.in repet.c.fin.col.13.de elect.in 6.
Vbi idem dicit de vicario electi con-
firmati non dum conſecrati, Rot.de-
ciſ. 43. Nota quod vicarius, in antiq.
Roma.ſing.601.Io.de Sel.tract. de be
nefi.par.3 quæſt.14. nume.2. Aufrer.
ad Capel.Toloſa.quæ.148. Bellamer.
deciſ.93.licet vicar.Staffil. de litteris
grat.& iuſtitu. fol.69. Bertach.de epi
ſcopo,par.6.lib.4.titu.de vic. epiſco-
pi, nume. 13. Roch. tracta. de iur.pa-
tro.in verbo competens, quæſtio 31.
& in ſimili tracta. Lambert. qui latè
iſtum articulum examinat, par.3.arti.
5.prima quæſt. princi. nume. 2.Boer.
deciſi.30.numero quarto, Mill.in ver
bo vicarius epiſcopi, Lancellott.in §.
diſſimiles, Inſti. iur.cano. de inſtitut.
Bertran.conſi.467.nume.primo, in 4.
Rolan, conſi. 47. nume. 45. in primo
Ioan.Bapt.Ferret.conſi.344.ſubdens
nume.2.quòd vicarius de neceſſitate
tenetur inſtituere, Couar. lib. 3. var.
reſolut.c.20.numero ſeptimo, Gaſpar
Cabal.in add.ad conſtitu.Aegidian.li
bro 3.c. 17. nume. 2. & hæc eſt com-
munis opinio, communior, & magis
cõmunis, vt atteſtantur Lamber.Ro.
& alij relati per Couar.in loco præci-
tato, & Rolan.d. cõſi.47.nu.45. Cucc.
Inſt.iur.cano.de Vic.epiſ.nu.87. Mo-
uentur omnes ex tex.in d.c.ex frequẽ
tibus circa principium, quem ſingula
rẽ dicit Aufrer.d.quæſt.148. Vbi ſum-
mus Pontifex deteſtatur quandam
prauã cõſuetudinem, quod clerici re
cipiant eccleſiaſtica beneficia ſine cõ
ſenſu epiſcoporum vel officialium
ſuorum, qui hoc de iure poſſunt: &
ſic officiales epiſcopi de iure poſſunt
transferre ius & conferre titulum ec
cleſiaſtici beneficij in clericos. Nihil
enim aliud refert ille cõſenſus ad be-
neficia recipienda, niſi quandam tran
ſlationem iuris & tituli à ſuperiore fa
2 ctam & conſequenter inſtitutionem,
vt declarant, Docto.ibi, & Abb.in au
ctoritate, eo.titu.nu.7.poſt glo.in c.1.
de reg.iur.in 6.Roma.d.ſing. 601.qui
dicit caſum d.c.ex frequentibus. eſſe
rotundum.
Secudo argumentãtur Doct. hoc
modo: Capitulum ſede vacãte poteſt
3 inſtituere, c.1.vbi Doct. de inſtitu.in
ſexto.ſed capitulum ſede vacante ge-
rit Vices epiſcopi, glo. in capi. vnico
in ſecundo notab.de maiorit.& obe-
dien. in 6. Innocen. in ca.eam te, ubi
Dec.numero 7.extra, de reſcript.er
go etiam Vicarius epiſcopi, qui eius
uices gerit.

Sed

Sed contrariam ſententiam, quod
Vicarius generalis epiſcopi ſine man
dato ſpeciali non poſſit inſtituere, te
nuerunt, Card. in clemen. 2. quæſt. 8.
de iu. Patro. & Imol. ibi circa fin. ver
ſicu. ſed quid ſi clericus, quos ita re-
fert in hanc partem: Rolan. d. conſi.
47. numero 21. & hanc opinionem
ſequẽtib. Rebuff. in practi. benefi. de
Vica. Archiepi. numero 126. cum plu
ribus ſequitur, Roch. in tracta. de
iure Patro. in ver. competens, pro-
ut illum refert Lambert. in ſimili tra
cta. lib. 2. par. tertia, art. 5. 1. quæſtio.
princi. nu. 2.

Mouentur ex tex. in c. fi. de offi. vi-
ca. in 6. Vbi vicarius epiſcopi non po-
teſt conferre beneficia ſine ſpeciali
mandato, ergo nec inſtituere poterit.
5 qa verbum conferre, comprehendit
etiam inſtitutionem, Rub. vt eccleſia
ſti. benef. ſine diminut. confir. Abb. in
c. auctoritate, nu. 8. extra de inſti.

Secũdo adducebat Rebuf. in loco
præallegato hanc rationem: Inſtitu-
tio, & deſtitutio, tanquam correlati-
6 ua pertinent ad epiſcopum, c. cum ex
iniuncto, vbi Abb. nu. 3. extra de Gæ
ret. Abb. in c. conquerẽte, nu. 2. extra
de off. ord. Sed vicarius epiſcopi non
poteſt quem deſtituere & priuare be
7 nef. ex generali commiſſione. c. licet,
vbi glo. Anchar. Domin. Franc. & alij
de off. vic. in 6. c. 1. in ver. epiſcopos, de
Capell. monac. in 6. Ancha. cõſ. 60. nu.
1. ergo nec inſtituere arguendo a cor
relatiuis ſecundum reg. l. fi. C. de ind.
vid. tollen.

Tertio præter ſcribentes adduco
tex. in c. 13. ſeſſ. 14. apud Concil. Trid.
in decreto de reform. Vbi Patrono
non licet quoquomodo præſentare
aliquem ad beneficia ſui iuris patro-
natus, niſi epiſcopo loci ordinario ad
quem inſtitutio ipſius beneficij perti
net, ergo non licebit vicario pręſenta
re & per conſequẽs non poterit vica
rius inſtituere maxime per dictio-
8 nem illam, quoquomodo, quæ inclu-
dit omnes caſus ſimiles, diſſimiles
ęquales, & maiores expreſſis & indire
ctos, vt reſpondit Io. Ceph. conſi. 149.
nu. 15. & 53. nume. 22. & 76. nu. 16. &
9 121. nume. 1. lib. 1. Et per illam taxa-
tiuam niſi, quæ alios excludere vide-
tur. l. qui aliena. §. libertos, ff. de neg.
geſt. c. ſi duo, de procur. in 6. cum con-
cordantibus citatis per Crauet. conſ.
155. nu. 1.

Ad contraria quæ ſuperius allega-
ta ſunt, & primo ad tex. in dicto c. ex
frequentibus, reſpondetur quod ibi
dicitur ſecundum Abb. nu. 8. poſſe cle
10 ricos inſtitui ab officialibus epiſcopi,
qui hoc de iure poſſunt & ſic ab illis
qui habent ſpeciale mandatum, non
autem ab alijs ponderando illud rela
tiuum qui, quod reſtringit ſecundum
Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu.
quaſi quod illi epiſcoporum Vicarij
poſſint inſtituere, quibus de iure eſt
permiſſum: & ideo cum non permitta
tur niſi habentibus mandatum ſpecia
le vt dixi ſupra, non infertur neceſſa-
rio quod illis hoc ſit permiſſum ex ge
nerali commiſſione.

Secundo reſpondetur ex intentio
ne Rebuff. in loco ſuperius allegato
quod ille tex. damnat. clericos qui ec
11 cleſiaſtica beneficia recipiunt ſine
conſenſu epiſcopi vel officialium ſuo
rum qui de iure poſſunt, ex quo con-
ſenſu non infertur neceſſario auctori
tas inſtituendi, quia poteſt intelligi
de alia prouiſione quam inſtitutionis
vt de collatione, cũ tex. ſe nõ reſtrin-
gat tantum ad inſtitutionem.

12 Vel & 3. poteſt intelligi tex. in d. c.
ex frequentibus, de inſtitutione quæ
non confert titulum beneficij, ſed ha
benti iam illum ex intẽtione Couar.
in d. c. 20. nu. 7. vel vicario epiſcopi dat
auctoritatem adminiſtrandi curam
animarum iuxta tex. in c. 1. de Capell.
monac. in 6. Quia vicarius Generalis
epiſcopi abſque ſpeciali commiſſio-
ne põt habenti beneficium vel eius vi
cario auctoritatẽ hanc exercendi cu-
ram



ram animarum impartiri ſecundum
Imol. & alios communiter in d. cap.
ex frequentibus, vt refert Couar. in
d. c. 20. nu. 7.

Ego autem ſequor partem affirma
tiuam, quæ eſt communis commu-
nior, & magis communis, vt retuli ſu
perius, & ſatis commode probatur
in dicto cap. ex frequentibus, iuncta
glo. ibi in ver. officialium. Nec aduer
ſatur intellectus ſupra relatus in re-
ſponſo ad partem prædictam: Tum,
quia cauilloſus reputatur per Abb.
ibi, nume. 8. tum etiam, quia eſto,
quod ſubſiſteret propter illud rela-
tiuum, qui, & reſtringeretur ad offi-
ciales epiſcoporum, qui de iure poſ-
13 ſunt inſtituere; Nõ tamen ſequitur,
quod reſtringat ſe tantum ad illos of
ficiales quibus fuerit permiſſum. Et
quod illi tantum inſtituere poſſint
quibus fuerit mandatum. Namque
cum plures ſint ſpecies Vicariorum
epiſcopalium, ut ſcripſi ſupra, libro
primo, quæſtio. 3. poteſt illud rela-
tiuum, qui, reſtringere tex. ad officia
les epiſcoporum, qui poſſunt, hoc eſt
ad generales ad excluſionem fora-
neorum, quia generales Vicarij epi-
ſcoporum habent ordinariam iuriſ-
dictionem, & idem tribunal, & con-
ciſtorium cum epiſcopis, non autem
foranei, ut dixi ſupra, libro primo,
quæſt. 55. Et ideo, quia inſtituere cle
ricum in beneficio ſpectat ad iuriſdi
ctionem epiſcopalem, capit. conque-
rente, vbi late Abb. nume. 2. extra de
offic. ord. poſt Specul. titu. de iuriſd.
om. iud. nume. 30. cap. cum ex iniun
cto, in fine, vbi Abb. extra de hæret.
& dicto c. ex frequentibus, vbi Abb.
Vicarius generalis epiſcopi poterit
inſtituere ſicut epiſcopus.

Ad tex. in dicto cap. fin. de off. vic.
in 6. reſpondetur, quod loquitur de
collatione beneficiorum, quæ licet
quandoque ſumatur pro inſtitutio-
ne, vt ſuperius dictum fuit; Tamen
differt ab inſtitutione ſecundum gl.
in dicto cap. fin. in ver. non poſſunt.
14 quod probatur. Nam capitulum ſe-
de uacante poteſt inſtituere, dicto c.
primo, vbi Doct. de inſtitu. in 6. & ta-
men non poteſt conferre beneficia
ſpectantia ad collationem epiſcopi,
cap. illa, & ibi Doct. extra ne ſede va-
cante, cap. vnico, §. cum vero, eo. titu.
libro 6.

Nec obſtat argumentum de deſti
tutione ad inſtitutionem, tanquam
correlatiuis. Et quod ſicut Vicarius
ſine ſpeciali mandato deſtituere nõ
poteſt, eodem modo; nec inſtituere
Nam iſtud argumentum non proce-
dit in ſpiritualibus in quib. nos ver-
ſamur, quia ſpiritualia facilius dan-
15 tur, quam tollantur, cap. inter corpo
ralia, in princ. de tranſlat. præla. Dec.
in l. nihil tam naturale, nume. 7. ff. de
reg. iur. Et ideo licet Vicarius deſti-
tuere non poſſit abſque ſpeciali man
dato, poteſt tamen inſtituere.

Prout etiam non obſtat tex. in ca-
pit. 13. ſeſſ. 14. apud Concil. Triden.
in decreto de reforma. Quia licet di
cat tex. inſtitutionem fieri non debe
re, niſi ab epiſcopo loci ordinario, &
quod propter illas dictiones, quoquo
modo, & niſi, videantur excluſi ſimi-
les caſus, diſſimiles æquales, & maio
res expreſſis ac indirectos, ut ſupe-
rius dictum fuit; Tamen reſponde-
tur Vicarios non eſſe ſimiles, nec æ-
quales, nec maiores epiſcopis, ſed
vnum, & idem cum illis, cap. non pu-
tamus, cum gl. in uer. videtur, vbi Ar
chid. nume. 2. Anchar. nume. eo. Ge-
mi. numero primo, & ſeptimo, Frãc.
columna prima, de conſuetud. in 6.
cap. Romana, in princ. de appel. in 6.
& dixi ſæpius, ideo excluſi non cen-
ſentur, ſed Archidiaconi, Archipreſ-
biteri, Decani, & Præpoſiti, vt proba
tur in capit. nullus, 16. q. 7. ſecundum
quem intelligitur tex. in dicto c. 13.
vt iura iuribus concordentur, & lex
noua ſuppleatur per interpretatio-
nem canonis antiqui, iuxta l. ſed, &
poſte-

poſteriores, vbi Bart. ff. de leg. l. non eſt nouum, cum legibus ſequentib. ff. eod.

16 Quod eo magis ſuadetur, quia Concilium Tridentinum volens Vicariũ epiſcopi excludere, vti ſolet huiuſmodi uerbis, epiſcopis tantũ non eorum Vicarijs ſit permiſſum, ut in cap. 6. ſeſſ. 24. in fine, in decreto de reformat. Et quia in dicto cap. 13. prohibetur alijs, quam epiſcopis inſtituendi facultas ratione ordinariæ iuriſdictionis, quæ reſidet in epiſcopo, quæ ratio militat etiam in eius Vicario, qui ordinarius eſt, vt dixi ſupra q. 55. Ergo etiam militare debet eadem diſpoſitio iuris. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. fin. C. de indic. vid. tollen. cap. tranſlato, extra de conſti. cum cæteris in fortioribus adductis per Crauet. conſilio 227. nume. 3. 4. 6. cum ſeq. & per conſequens facultas inſtituendi non erit Vicario epiſcopi deneganda.

17 Ampliatur prædicta concluſio, ut non ſolum vicarius epiſcopi poſſit inſtituere præſentatum, ſed etiam illũ tantum admittere, per tex. in dicto cap. vnico, cum glo. in ſecundo not. ne ſede vacan. lib. 6. vbi Vicarius admittendo præſentatum non dicitur

18 inſtituere, & recenſetur factum cuiuſdam patroni, qui præſentauit clericum Vicario epiſcopi, & rogauit illum, vt admitteret, & Vicarius reſpõdit, placet. & quia notarius inſeruit in inſtrumento, qualiter Vicarius illum admiſit, & inſtituit, ideopropter huiuſmodi differentiam poteſt inſtrumentũ redargui de falſo, & quod Vicarius admittendo præſentationem non dicatur præſtare conſenſum, ſcribit Caldas in deciſio. Rot. alleg. 73.

19 Secundo ampliatur, ut vicarius poſſit recipere, & admittere reſignationem ſimplicem in eius manibus factam alicuius beneficij ſpectantis ad epiſcopi inſtitutionem, vel collationem tanquam ipſius inſtitutionis præambulam, vt per ſimilia, late com probat in capitulo ſede vacante, Pauin. tract. de poteſta. cap. ſede vacan. ſecunda par. quæſt. 2. nume. 11. cum ſequen.

20 Tertio ampliatur ſupradicta concluſio, vt non ſolum vicarius epiſcopi præſentatum inſtituere poſſit, ſed etiam ex officio, vel ad inſtãtiam partis cogere eccleſiaſticum patronum poſt præſentationem ad dandum, & conferendum partem congruam, & ſufficientem vicario, cum qua valeat vitam ſuam, & cætera onera incumbẽtia ſupportare, Capell. Toloſ. queſtio. 148. & ſequen. Dicens ita fuiſſe obſeruatum in dicta Capella, per gl. in cap. fin. de off. vic. in 6. & tex. in clementina prima, de iure patro. ſequitur Aufrer. in addit. ad dictã q. 148. Rebuff. in pract. benef. titu. for. vicar. Arch. nu. 163.

21 Quarto ampliatur, vt ſi ſit diſcordia de iure patronatus poteſt de illa eccleſia tollere reliquias, & oſtia claudere, & inhibere ne celebretur in ea, & ibi conſtituere œconomum, qui conſeruet fructus donec de Rectore prouideatur, vt de epiſcopo legitur in cap. 2. de iure patro. ca. cum vos, extra de off. ord. Bertach. de epiſ. libro 4. par. 2. titu. de pot. epiſc. circa ſpir. num. 150. ad finem tituli. Quod idem in vicario eius eſt dicendum cũ talia ſint ipſius inſtitutionis præambula, quæ ſicut inſtitutio per ipſum expediri poſſunt, vt ſuperius fuit dictum in tertia ampliatione.

22 Declaratur, ut vicarius epiſcopi ſe ipſum inſtituere non poſſit, ſicut nec præſentare, capit. per noſtras, de iure patro. cap. fin. extra de inſtit. Pauin. de poteſta. cap. ſede vacan. 2. par. princip. quæſtione quinta, numero nono.

Vbi ampliat etiam in ſubſtituto, quod non poſſit ſubſtituentem inſtituere.

SVM-



SVMMARIVM.

1 *Vicarius epiſcopi ad petitionem patroni remouere poteſt inſtitutum per epiſcopum, vel alium in eccleſia, & inſtituere præſentatum ab ipſo patrono.*

2 *Contraria ſententia eſt verior.*
*Ampliatur, nu. 7.*
*Declaratur, nu. 8.*

3 *Inferior non poteſt impedire poteſtatem ſuperioris.*

4 *Imperium epiſcopi eſt maius imperio Vicarij.*
*Iuriſdictio epiſcopi eſt firmior iuriſdictione Vicarij.*

5 *Vicarius recipit poteſtatem ex commiſſione epiſcopi.*

6 *Epiſcopus poteſt interdicere Vicario ne de aliquo negocio ſe intromittat.*

## QVAESTIO CXII.

Sed hic quæro, an Vicarius epiſcopi cognoſcere poſſit de inſtitutione facta per epiſcopum. Hanc quæſt. excitare videtur Ioan. And. in cap. licet, in Nouella, de off. Vic. in ſexto.

1 Dicẽs, quod Vicarius ad petitionem patroni poteſt remouere inſtitutum per epiſcopum, vel alium in eccleſia, & inſtituere præſentatum ab ipſo patrono, & quod fuit iſta quæſtio Bononiæ diſputata, vt refert Gemi. ibi, num. 6. Franc. Marc. q. Delphin. 483. numero primo. Ea ratione, quia proceditur in hoc caſu ciuiliter, ex quo petitur declarari præſentatũ ius non habere in inſtitutione, ut notat Innocen. in ca. querelam, in princ. poſt Ioan. And. de elect. Et quia officialis epiſcopi cognoſcit cauſas matrimonij carnalis, ut ſupra dictum fuit. quæſtio. 43. cum ſeq. ergo etiam ſpiritualis, cap. quoniam frequenter, §. porrò, extra vt lite non conteſt. Debetque præſentatus a patrono inſtitui, & per conſequens deſtitui ab epiſcopo inſtitutus, ut arguit Gemin. in d. c. licet. nu. 6.

2 Sed contrariam ſententiam tenuerunt, Lap. in dicto cap. licet, Anchar. numero ſecundo, Gemin. numero 6. Franc. in 3. col. verſ. & aduerte, Cald. conſi. 2. titu. de off. Vicar. Bertach. de epiſ. par. 6. libro 4. quæſtio. 29. nu. 19. Rebuff. in pract. benef. tit. forma vic. Archi. nume. 156. Franc. Marc. dicta queſt. 483. par. 1. Cucc. Inſti. iur. cano. de vicar. epiſ. nume. 89. & 110.

3 Ea ratione, quia inferior non poteſt impedire poteſtatem ſuperioris, clemen. ne Romani, de elect. cap. inferior 21. diſt. cum adductis, late per Aufrer. ad deciſ. Toloſ. 480. Et licet eadem ſit epiſcopi, & vicarij iuriſdictio, ca. non putamus, cum gl. in ver. videtur, vbi Archid. Anchar. Gemin. & Franc. de conſuet. lib. 6. & dixi ſæpius, maius tamen eſt epiſcopi imperium, & firmior eſt iuriſdictio, quam

4 Vicarij, Bart. in l. iudicium ſoluitur, numero ſecundo, ff. de iud. Bertach. de epiſc. lib. 5. par. 5. titu. de poteſta. epiſc. circa iud. nume. 32. & ex commiſſione epiſcopi recipit Vicarius

5 poteſtatem. cap. fin. de off. Vicar. in 6. Dec. conſi. 66. nume. 4. Illique poteſt

6 epiſcopus interdicere, ne de aliquo negocio ſe intromittat, Toloſ. deciſio. 480. vbi Aufrer. in addit.

Ad rationes ſupra adductas in cõtrarium, & primo ad illam, quod petendo declarari præſentatum ius nõ habere ciuiliter agatur. Reſpondetur, quod non militat in præſentatis ab epiſcopo inſtitutis, ſed in illis, qui fuerunt inſtituti ab inferiore epiſcopi, puta a plebano, vt conſiderat Anchara. in dicto cap. licet, numero ſecundo, Franc. ibi, colum. 3. in ver. & aduerte, poſt Gemin. nume. 6. ſic declarando opinionem Ioan. And. refert Franc. Marc. dicta quæſtio. 483. nume. 6. Nec obſtat argumentum de cauſarum matrimonialium cognitione, cum vicarius illam non habeat abſque

abſque mandato ſpeciali epiſcopi,
vt dixi ſupra, q.44.vbi vide.
7 Ampliatur ſupradicta concluſio,
vt vicarius non poſſit cognoſcere de
inſtitutione facta ab epiſcopo etiam
ſi in mandato exprimerentur aliqua
exigentia ſpeciale mandatum, ſecu-
ta clauſula generali, Gemin.in dicto
cap.licet, numero ſexto, Franc.dicta
columna tertia, verſi.& aduerte, poſt
Lap. ibi citatum, Franc. Marc. dicta
quæſtione 481. numero primo, in
fine.
8 Declaratur, niſi conſtaret de ex-
preſſa, & ſpeciali cõmiſſione epiſco-
pi. Tunc enim Vicarius cognoſcere
poſſet de huiuſmodi inſtitutione, &
preſentatum a patrono inſtituere, ſe
cundum Lap.Anchar.Franc. Bertac.
& Marc. in locis ſuperius addu-
ctis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinarius exercere poteſt iuriſdictio-
nem Voluntariam etiam extra pro-
uinciam.*
2 *Commiſſio data ab inferiori a Principe
non poteſt exerceri extra territorium
committentis.*
3 *Vicarius epiſcopi non poteſt inſtituere
extra diœceſim.*
*Contra, nu.4.*
5 *Gabriel de Monte, epiſcopus Aeſinus con
tulit Canonicatum extra diœceſim.*
6 *Intellectus cap.ſtatutum, in ſi. de præb.
in 6.*
7 *Inſinuatio nominationis, & gradus po-
teſt fieri a Vicario etiam extra diœ-
ceſim.*

## QVAESTIO CXIII.

DVbitatum etiam ſcio, an Vica-
rius epiſcopi inſtituere poſſit
extra diœceſim præſentatos in eius
diœceſi. Nam licet iuriſdictio uolun
1 taria poſſit exerceri extra prouin-
ciam ab ordinario, Iaſ.in l. fina.nu.7.
vbi etiam alij, ff.de iuriſd.om.iudic.
Doct. in cap.nouit, extra de offic.le-
ga.Bald.in l.2.nume.1.ff. de off. pro-
conſ.Rota deciſ.5.de off.vicar.in an-
tiq.Boer.q.30. Menoc.de arb.iud.li-
bro primo, quæſtio. 43. numero 19.
2 Tamẽ commiſſio ab inferiore a prin
cipe facta nunquam exerceri poteſt
extra territorium committẽtis, Bar.
in l. cunctos populos, C. de ſumma
Trinit. & fide cathol. & in l.fin.ff. de
off.præf.vrb. Bal. in l.2.in 2.not.ff.de
off.proconſ.Ex quibus Vicarium epi
3 ſcopi non poſſe extra diœceſim in-
ſtituere probat idem Bal. ibi, Franc.
in cap.in generali, de off.vica. in ſex-
to, cum cæteris adductis per Boer.di
cta quæſt.30. numero ſecundo, poſt
Abb.in dicto capit.nouit, nume.5.de
off.leg.Roc. de iure patr.in uer.com
petens alicui, q.24. moti per tex.in
capitu.ſtatutum, in fine, de præben.
in ſexto.
4 Sed contrariam ſententiam rectè
defendit in hac quæſtio. Boer. dicta
quæſtio.30.nume.6. poſt Rotam di-
cta deciſ.5. Gemin.in cap.cum in ge
nerali, de off.Vicar.in 6.cum multis
alijs concordantibus, de quib. Boer.
dicta quæſt.nume.8.Dicens hanc vl-
timam partem, & opinionem tanquã
ordinarijs fauorabiliorem ſeruari in
ſupremis curiis. Et ratio huius con-
cluſionis eſt, quia Vicarius epiſcopi
dicitur ordinarius, ut dixi ſup. q.55.
Et ideo poteſt exercere iuriſdictio-
nem voluntariam extra diœceſim ſe
cundum ea, quæ ſupra in principio
huius quæſtionis allegata ſunt. Et ita
ex facto hoc eodem anno Domi-
ni 1584. obſeruatum ſcio per illu-
ſtrem admodum, & Reuerendiſſi-
5 mum Dom. Gabrielem, de Monte
epiſcopum Aeſinum, D.M.qui extra
diœceſim degens in oppido Barbaræ
contulit Canonicatum eius vicario,
& huiuſmodi collatio tenuit; & per
illam præuenit Illuſtriſſimum, &
Reuerendiſſimum Cardinalem, tũc
agri Piceni legatum de latere.
Ex quib. ceſſant allegata ſupra in
contrarium, quæ non loquuntur de
ordinario, vt declarat Boer. d.q.30.
per totam, reſpondens ad tex. in di-
cto capit.ſtatutum, quod eſt ſpeciale
6 ibi in beneficijs vacantibus in curia.
Et quia narratur ibi factum, non ta-
men prohibetur vicarius conferre
beneficia extra diœceſim de mente
Gemin.in dicto capitulo, cum in ge-
nerali, de officio vic. in 6.
7 Ampliatur, ut Vicarins poſſit fa-
cere extra diœceſim inſinuationem
nominationis, & gradus, Boer. dicta
quæſt.30. nume.6. poſt multos alios
ibi relatos.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicario epiſcopi aſſerenti in inſtitutione
de iure patronatus non creditur in
præiudicium epiſcopi.*

## QVAESTIO CXIIII.

1 FVit etiam deciſum in Rota, quod
non credatur Vicario epiſcopi aſ
ſerenti in inſtitutione de iure patro
natus in præiudicium epiſcopi, vt re
fert Maſcar. de probat. concluſ.956.
nume.28.

*SVMMARIVM.*

1 *Vniones eccleſiarum qualiter, & quan-
do fiant per epiſcopos?*
2 *Vicarius epiſcopi Vnire poteſt benefi-
cia.*
*At contra, niſi adſit mandatum ſpecia-
le, nu.3. & 8.*
3 *Vnio eſt de arduis, & reſeruatis epi-
ſcopo.*
4 *Archidiaconus non poteſt facere vnio-
nem beneficiorum.*
5 *Ardua, & reſeruata non veniunt in
mandato generali.*
6 *Vnire beneficia, eſt alienare.*
7 *Procurator non poteſt alienare ſine man
dato ſpeciali.*
9 *Vniendi facultas non cenſetur data ex
mandato conferendi beneficia cum
clauſula generali.*
10 *Clauſula generalis ſecuta poſt ſpe-
cialia expreſſa in mandato includit
conſimilia non expreſſa, non autem
maiora.*
11 *Vnire beneficium eſt quid maius, quam
conferre.*
12 *Prælati inferiores epiſcopo non poſſunt
vnire beneficia.*
13 *Vnio non poteſt perfici ab epiſcopo ſine
conſenſu capituli.*
14 *Epiſcopus quando non poſsit conferre
beneficia ſine conſenſu capituli.*

## QVAESTIO CXV.

ET cum ſæpe contingat epiſcopos
facere vniones eccleſiarum paro
1 chialium, & baptiſmalium, & aliorũ
beneficiorũ curatorum, vel non cu-
ratorum, cum curatis propter earum
paupertatem, & euidentem vtilitatẽ,
vt per Dec.conſi.233.numero ſecun
do, late Rebuf. in pract. benef.tit.de
benefic.vn.nume.39.cum ſeq.Zaba-
rel.conſi.47. Lancellot.in §.1.Inſtit.
iur.can.de vnio. eccleſ. Concil. Tri-
den.cap.6.ſeſſ.21.& c.9.ſeſſ.14.in de
creto de refor.
2 Ideo quæro, an Vicarius epiſcopi
vnire poſſit beneficia? Partem affir-
matiuam probat Hieron.Gabr.con-
ſilio 200.numero tertio, ea ratione,
quia Vicarius generalis epiſcopi do-
teſt omnia, quæ epiſcopus his exce-
ptis, quæ inueniuntur prohibita, ca-
pit.2.& 3.de offic.Vic.in 6.
Sed

3 Sed quod Vicarius vnire non poſ-
ſit ſine mandato ſpeciali epiſcopi ex
eo cōſtat, quòd vnio eſt de reſeruatis
& arduis epiſcopi, nec inferioribus
competit. c. ſicut vnire, & ibi Abb. nu
me. 3 Maria. Soc. numero 45. vbi ex
4 alijs inquit Archidiaconum non poſ
ſe hanc facere vnionem, extra, de ex-
ceſſ. prælat. & ita fuiſſe reſolutum in
Rota, tradit Mohed. deci. 337. & Put.
deciſ. 1. de offi. Vic.

5 Et illa quæ ardua & reſeruata ſunt
non neniunt in generali mandato, c.
2. vbi Doct. poſt glo. extra de offi. le-
ga. Gemin. conſi. 38. nume. 10. Abb.
in capitu. prudentiam. §. ſexta, col. 2.
extra de offi. deleg. Pariſ. conſi. 10. nu
me. 7. in quarto, cum adductis per Ro
lan. conſi. 75. nume. 20. cum ſequen.
vol. 3. & ideo opus erit ſpeciali, tum
6 etiam quia vnire eſt alienare, capitu.
primo, vbi no. Doct. extra ne ſede va-
can. clemen. vlt. de reb. eccl. non alie.
Bal. conſi. 1. volumi. primo, Rebuf. in
practi. beneſi. reg. de vnio. glo. 11. Vo-
catis quorum intereſt, numero ſecun
do, Dec. conſi. 175. per totum. ſed alie
7 nare quis non poteſt abſque manda-
to ſpeciali. capi. qui ad agendum, vbi
Doct. de proc. in 6. l. procurator toto-
rum. l. mandato. ff. eo. l. procurato-
rem. C. eo. ergo nec etiam vnire, &
8 hanc partem tenuit Gemin. conſi.
38. nume. 10. Rebuf. qui alios citat in
dicta practi. beneſi. titu. de benef. vn.
nume. 37. & titu. forma Vic. Arch. nu-
me. 102. Maria. Soc. in dicto capitu. ſi-
cut vnire, nume. 45. Pariſ. conſi. 40.
nu. 1. cum ſeq. vol. 4. Cucc. Inſt. iur. ca
no. de Vic. epiſ. nu. 106.

9 Ampliatur prædicta concluſio etiā
ſi Vicario data eſſet ſpecialis poteſtas
conferendi beneficia cum generali
clauſula, ſecundum Rebuf. & Pariſ.
in locis iam adductis, ea ratione quia
10 clauſula generalis ſecuta poſt ſpecia
lia expreſſa in mandato, includit con
ſimilia non expreſſa, non autem ma-
iora, ſecundum Archidia. in dicto ca-
pitu. qui ad agendum, Soc. conſi. 123.
ad fi. in 4. Crauet. conſi. 95. numero
10. volumine primo. & in his termi-
nis Pariſ. dicto conſi. numero primo
& ſecundo.

11 Sed vnire beneficium eſt quid ma-
ius quam conferre, merito &c.

Quod autem maius ſit probat Pa-
riſ. in loco præallegato, tum quia vnio
non poteſt fieri ab inferioribus præ-
12 latis epiſcopo. c. ſicut vnire, vbi Abb.
extra, de exceſſ. prælat. & tamen be-
neficia conferre poſſunt etiam infe-
riores prælati, no. in c. cū & plantare
extra de priuileg, tum etiā quia vnio
per epiſcopum non poteſt explicari ſi
13 ne conſenſu capituli. c. Paſtoralis,
in fi. extra, de donat. Abb. in dicto c.
ſicut vnire, nume. 3. At conferre be-
neficia poteſt epiſcopus ſolus niſi ha
beat omnia communia cum capitulo
14 vel niſi aliud ſit de conſuetudine, ſe-
cundum Hoſt in ſum. c. i. §. 1. verſi. in
collationibus ergo beneficiorum, ex-
tra de his quæ fiunt à præla. ſine con-
ſen. capituli, & in titu. de electio. §.
quis poſſit eligere, ver. quid. extra de
præben.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vniones eccleſiarum quando reuocentur & diuidantur.*

2 *Vicarius epiſcopi reuocare poteſt vniones & diuidere eccleſias parochiales.*

*At contra niſi ad ſit mandatum ſpeciale nu. 3. & 9.*

4 *Solemnitas requiſita in conſtruendo requiritur etiam in deſtruendo.*

5 *Epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt reuocare vnionem beneficiorum ſicut nec facere.*

6 *Archidiaconus non poteſt vnire eccleſias nec diuidere ſine conſenſu epiſcopi.*

7 *Diuiſio eſt ſpecies alienationis.*

8 *Vicarius dicitur etiam procurator epiſcopi.*





## QVAESTIO CXVI.

Sed quia Vniones eccleſiarum re-
uocantur & eccleſiæ parochiales
1 diuiduntur per epiſcopum cauſa ſub
ſiſtente. c. ad audientiam, vbi Abb. &
alij extra de eccleſ. ędif. Pet. Peruſ.
tract. de vnion. reuoc. nume. 1. & 2. &
per totum, late Pauin. de offi. & pot.
capitu. ſede vacan. 2. par. princi. q. 3.
nume. 17. vſque ad finem, Soc. in. con
ſi. 91. nume. 8. & per totum, parte ſe-
cunda, Concil. Triden. capitu. 5. 6. 7.
ſeſſ. 7. & c. 4. ſeſſ. 21. in decreto de re-
form.

Quæro econuerſo, an vicarius epi
ſcopi poſſit reuocare vniones & ec-
cleſias ſiue parochias diuidere.

2 Pro affirmatiua reſpondiſſe vide-
tur Gabr. conſi. 200. Vbi probat diſ-
membrationem & ſeparationem iu-
rium eccleſiæ factam à vicario epi-
ſcopi Valentini valere, accedente
conſenſu capituli, & pro licentia di-
uidendi bona eccleſiæ data à Vicario
Laudę reſpondit Cæphal. conſi. 700.
nu. 45. & ſeq. vol. 5.

Sed quod vicarius non poſſit ſu-
pradicta perficere ſine ſpeciali man-
3 dato epiſcopi, ex eo conſtat quia eiuſ
dem naturæ debet eſſe diſtractus cu-
ius eſt contractus, l. ab emptione. ff.
de pact. multa ſcribit Gerard. ſin g. 3.
& ſolemnitas quæ requiritur in con
ſtruendo requiritur in deſtruendo
4 aucten. quæ contra. C. de repud. late
Oſaſc. deciſ. Ped. 52. numero nono
& decimo, cum ſequen. Rebuf. dicto
titu. de vn. reuoc. nume. 24. Vbi epi-
ſcopus ſine conſenſu Capituli non
5 poteſt reuocare vnionem, ſicut nec
facere, per tex. in ca. 2. extra de relig.
dom. cle. ſi de reb. ecc. non alie. ſicut
6 nec etiam Archidiaconus poteſt vni
re eccleſias nec diuidere ſine con-
ſenſu epiſcopi, firmant Inno. & Abb.
in c. ad hæc, ille numero ſecundo, iſte
numero primo, extra de offi. Archid.
& confirmatur, quia diuiſio eſt ſpe-
cies alienationis, l. ſi pupillorum, in
7 prin. ff. de reb. eorum. l. cum ſolum,
ff. de uſufr. Bal. in l. 1. C. ſi aduerſus
tranſact. & in capitu. primo, columna
quarta de proh. feu. alien. per Feder.
Dec. conſi. 88. numero quarto, & in
ſpecie Abb. in dicto capitulo, ad au-
dientiam, el primo, numero ſecundo
Vbi dicit quòd diuiſio Parochiæ fie
ri non poteſt ſine cauſa, quia dicitur
alienatio rei eccleſiæ: & ideo ſicut
procurator alienare non poteſt ſine
ſpeciali mandato, c. qui ad agendum
vbi Doc: de procur. in ſexto, l. procu
ratorem, C. eo. ita nec vicarius, qui
etiam dicitur epiſcopi procurator. c.
8 petitio, vbi Doc. de procur. Gemin.
in c. licet, nume. 12. Franc. columna
ſecunda, verſicu. & aduerte de off. vi-
ca. in ſexto, diuidere poterit eccle-
ſias, & alias Vicarium epiſcopi ſine
9 mandato ſpeciali non poſſe vigore
ſui Vicariatus ſupprimere ſeu diui-
dere beneficium, tradit Put. deciſio.
Rotę, 53. numero primo, volumine
tertio, poſt Abb. in capitulo, cum
acceſſiſſent ſuper verſic. & etiam
confirmat extra de conſtitu. Domin.
in capitulo finali, ſecunda colum. de
off. Vic. in 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus quando nouam poſsit erigere parochiam.*

2 *Vicarius ſine ſpeciali mandato epiſcopi non poteſt nouam erigere parochiam.*

3 *Nec transferre eccleſias vetuſtate collapſas in matrices aut alias eccleſias viciniores.*

4 *Ardua exerceri non poſſunt ſine ſpeciali mandato.*

5 *Vicarius epiſcopi ſine ſpeciali mandato non poteſt ſupprimere beneficium.*

## QVAESTIO CXVII.

ACcedit etiam aliquando, epiſco
pum erigere nouam eccleſiam
1 parochialem propter diuini cultus
augumentum, ſi ſit difficile parochia
nis ſuam adire parochiam, capitu. ad
audientiam, el primo, vbi Abb. nume
ro ſecundo, extra de eccleſ. ædific. &
in capitu. tua nos, numero ſecundo,
extra eod. Rebuf. in pract. benefic. ti-
tu. de erec. in curatam, in princip. &
per totum, Conci. Trid. cap. 4. ſeſſ. 21.
in decreto, de refor.

Quæro igitur, an Vicarius epiſco-
pi poſſit huiuſmodi parochias erige
re? Et non poſſe ſine ſpeciali man-
2 dato probat tex. in capit. nemo, cum
gl. in ver. ueniat per ſe, uel per alium
de conſecratio. diſtinctione prima.
Et quia per erectionem nouarum pa
rochialium antiquæ parochiæ diui-
duntur ſecundum Abb. & alios in lo
cis ſuperius allegatis.

Et ideo quemadmodum Vicarius
non poteſt diuidere eccleſias ſiue pa
rochias ſine ſpeciali mandato epiſco
pi, ut dictum fuit ſupra in proxima
quæſtione præcedenti, eodem modo
nec illas erigere poterit, ſicut nec
3 etiam transferre eccleſias, quæ vetu-
ſtate collapſę ſunt, & nequeunt pro-
pter inopiam inſtaurari in matrices,
aut alias eccleſias viciniores iuxta
formam Concil. Triden. in capitulo
ſeptimo, ſeſſione vigeſimaprima, in
decreto de reformatione. Etenim
huiuſmodi ardua ſine ſpeciali man-
4 dato epiſcopi expediri non poſſunt
Innocen. & Abb. in cap. ad hæc, extra
de off. Archid. & per Canoniſt. in ca.
fin. de off. Vica. in ſexto, & dixi ſępe.
5 Et alias Vicarium epiſcopi ſine ſpe-
ciali mandato non poſſe beneficium
ſupprimere, tradit Put. deciſio. 53. li
bro 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælati quando facere poſſint inueſtituras, locationes, arrendationes, & annuos cenſus rerum eccleſiæ, & alienationem.*

2 *Vicarius epiſcopi non poteſt alienare res eccleſiæ, niſi adſit mandatum ſpeciale.*

*Declaratur, nu. 7. cum ſeq.*

3 *Nec Archidiaconus.*

4 *Alienatio rerum eccleſiæ dicitur eſſe de arduis.*

5 *Vicarius non poteſt ardua expedire ſine ſpeciali mandato epiſcopi.*

6 *Ius auctorizandi eſt ius mere epiſcopale.*

8 *Alienatio continens meram donationem non poteſt expediri a Vicario epiſcopi etiam habente mandatum faciendi quidquid ipſe epiſcopus in perſona facere poſſet.*

## QVAESTIO CXVIII.

FIunt quoque a prælatis inueſtitu
ræ, locationes, arrendationes, an-
1 nuique cenſus de rebus eccleſiarum
tam cathedralium, quam etiam infe-
riorum. Necnon alienationes ex
cauſa, & cum ſolennitatibus requi-
ſitis in capitulo primo, de rebus ec-
cleſię non alienandis, in ſexto, cle-
mentina prima, eodem titulo, capitu
lo, ſine exceptione, duodecima, quę-
ſtione ſecunda, glo. in capitu. tranſ-
miſſam, in verbo, de talibus, vbi Ca-
noniſtæ, extra de electio. capitulo
primo, vbi gl. Butr. Abb. & alij, extra
de in integrum reſtitutio. & iterum
Abb. & alij in capitulo, cum Apoſto-
lica, numero quinto, & nono, cum
ſequentibus, extra de his, quæ fiunt
a præla. ſine conſenſu capituli, Bald.
conſilio 478. numero ſecundo, in
quarto, Barbat. conſilio ſexageſimo,
in quarto, Guido Papæ, deciſ. 594.
Menoch.



Menoch. de arbitr. iud. libro ſecun-
do, caſu 172. Rolan. conſilio decimo
quinto, numero 16. cum ſequentib.
in primo.

Ideo quæro, an Vicarius epiſcopi
diſponere ſic poſſit, & alienare res
eccleſiæ.

Pro affirmatiua reſpondit Ce-
phal. ad fauorem Vicarij Laudæ, con
ſilio 700. nume. quadrageſimoquin-
to, & ſequen. volumine quinto, ea
vulgata ratione, quia vicarius omnia
poteſt, quę epiſcopus etiã ſi ſint me-
ri imperij, iuribus de quibus ibi per
eum, & ego dixi ſæpius.

2 At contra, niſi adſit mãdatum ſpe-
ciale epiſcopi. dixi ſupra, quæſtione
114. 115. & in proxima quæſtione
præcedenti, & in ſpecie Abb. conſi-
lio octuageſimo octauo, numero ſex
to, columna quinta, verſ. ſecundo po
teſt ſe tueri, Staphil. de litt. grat. &
3 iuſt. numero ſexageſimooctauo, &
in Archidiacono firmat Abb. poſt In
nocen. numero ſecundo, extra de of
ficio Archidiac. Staphil. dicto nume-
ro ſexageſimo octauo, Menoch. qui
de inueſtitura loquitur conſilio pri-
mo, numero 78. uolumine primo, Be
ro. conſilio 83. num. 19. & per totum,
volum. 1.

4 Quibus accedit hæc ratio. Nam
alienatio rei eccleſiæ dicitur eſſe de
arduis, dicto capit. ad hæc, cum glo.
in ver. ardua, vbi Innocen. & Abb. &
tradit Rebuff. in pract. benefic. tit. de
vnio. reuoc. num. 24. Et ideo abſque
5 ſpeciali mandato fieri non poteſt ſe
cundum Canoniſt. in præalleg. cap.
ad hæc, glo. in cap. 2. in ver. reſerua-
ta, circa medium, vbi etiam Doct. ex-
tra de offic. leg. Ioan. Picar. conſi. 52.
inter conſi. Menoch. nume. 98. volu-
mine primo, poſt Feder. de Sen. con-
6 ſil. 302. Et quia ius auctorizandi eſt
ius mere epiſcopale, cap. ſine exce-
ptione, 12. q. 2. capit. 1. de reb. eccleſ.
non alienan. cap. in venditionib. 17.
q. 4. Bero. d. conſi. 83. nu. 3.

Nec ratio Cepha. ſuperius addu-
cta vera eſt (pace tanti viri.) quia li-
cet regulariter Vicarius omnia poſ-
ſit, quæ poteſt epiſcopus, non tamen
poteſt expedire ardua, & illa, quæ re
quirunt mandatum ſpeciale epiſco-
pi, vt ſuperius dictum fuit.

7 Declaratur, niſi Vicarius epiſcopi
habeat mandatum faciẽdi quidquid
ipſe epiſcopus in perſona facere po-
teſt, vt reſpondit Abb. d. conſi. 88. nu
me. 6. col. 5. verſic. ſecundo poteſt ſe
tueri, ex Bar. in l. procurator cui libe
ra, ff. de procur. & in l. creditor, §. Lu
cius, ff man.

8 Subdeclaratur, ubi alienatio con-
tineret meram donationẽ, quia tunc
Vicarius illum facere non poteſt ex
illo mandato faciendi omnia, quæ
poteſt epiſcopus, Abb. d. conſ. 88. co-
lum. 5. nume. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus recipit iuramentum fidelitatis, & obedientiæ a vaſallis ſuis beneficiatis.*

2 *Iuramenti fidelitatis, et obedientiæ quod epiſcopus recipit a beneficiatis, forma.*

3 *Iuramentum fidelitatis epiſcopo præſtandum a beneficiatis recipi poteſt per eius Vicarium.*

*Declaratur, nu. 7. & 8.*

4 *Sicut etiam per procuratorem.*

5 *Vicarius dicitur etiam epiſcopi procurator.*

6 *Prouiſi de beneficijs habentibus curam animarum, & de Canonicatibus, & dignitatibus in eccleſijs cathedralibus qualiter, & quando facere debeant profeſſionem coram Vicario epiſcopi.*

## QVAESTIO CXIX.

REcipit etiam epiſcopus iuramẽ-
ta fidelitatis, & obediẽtiæ a va-
N 2 ſallis

1 ſallis ſuis beneficiatis, ca.nullus, vbi
Canoniſtæ,extra de iureiuran.cuius
iuramenti formam ponit Abb. in ca.
2 tua nos,num.5.extra eo. Concil.Tri
den.cap.12.ſeſſ.24. In decreto de re-
format. Ideo in propoſito quæro, an
huiuſmodi iuramentũ recipere poſ-
ſit epiſcopi Vicarius? Et quod poſſit
ea ratione probatur, quia receptio
iſtius iuramẽti eſt iuriſdictionis epi-
3 ſcopalis, glo.in cap. tranſmiſſam, in
ver.de talibus, vbi Doc.extra de ele-
ctio. Ea vero,quæ ſunt iuriſdictionis
poſſunt regulariter exerceri per Vi
carium,ut dixi ſupra, q.55.& alibi ſæ
pe, tum etiam, quia iuramentum fi-
delitatis recipi poteſt per procurato
4 rem,cap.eã te, vbi Canoniſtæ, extra
de iur. Alexand. in l. qui bona. §. ſi
in alieno,nume.25.ff. de dam. infec.
ergo etiam recipi poteſt per Vica-
rium, qui dicitur epiſcopi procura-
5 tor,ca.fin.in ver.idoneis,extra de uo
to, c.petitio, ubi Doct.extra de pro-
cur.Gemin.in c.licet,num.12.Franc.
col.2.verſ.& aduerte,de offic. Vicar.
in ſexto.

Sed hodie ſecundũ formam Con-
cil.Triden. in d.c. 12.ſeſſ.24. Prouiſi
de quibuſcunque beneficijs curam
6 animarum habentibus tenẽtur a die
adeptæ poſſeſſionis ad minus intra
duos menſes in manibus ipſius epi-
ſcopi, vel eo impedito coram eius Vi
cario generali ſeu officiali orthodo-
xæ ſuæ fidei publicam facere profeſ-
ſionem, & in Romanę eccleſiæ obe-
dientia ſe permanſuros ſpondere, ac
iurare. Et idem facere tenentur pro-
uiſi de canonicatibus, & dignitatib.
in eccleſijs cathedralibus non ſolum
coram epiſcopo, & eius Vicario, ſed
etiam in capitulo.

7 Declaratur, vt non poſſit Vicarius
recipere iuramenta fidelitatis ab il-
lis vaſſallis, qui aliquod feudum ha-
bent epiſcopale. Prout non poteſt in
ueſtituras de nouo facere, aut anti-
quas renouare, nec homagium reci-
pere, ſic in capitulo ſede uacante fir-
mat Pauin. in tract. de offic. & pote-
ſtate capituli ſede vacante, prima par
te princip. quæſtione decima, nume-
ro decimoquarto, cum ſequen. poſt
Ioan. And. Hoſtien. & Abb. in capit.
nihil, in fine, de electione. Et ideo
idem dicendum erit in Vicario epi-
ſcopi, qui ſtrictiorem habet poteſta-
tem, quam capitulum, Pauin. in dicto
tracta. in prima parte princip. q. 2.
nume.2.

8 Subdeclaratur, niſi adſit ſpeciale
mandatum, cuius vigore cauſas feu-
dales cognoſcere poteſt, ſecundum
Cardin. in clementina prima, nu.19.
de offic. Vic.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus viſitare debet annuis vicibus diœceſim, & quare?*
2 *Vicarius epiſcopi non poteſt viſitare diœceſim abſque ſpeciali mandato, & nume.6.*
*Declaratur, nu.8.9.10. & 12.*
3 *Viſitatio diœceſis eſt reſeruata epiſcopo.*
4 *Reſeruata epiſcopo non veniunt in generali mandato.*
5 *Vicarius capituli ſede vacante non poteſt viſitare ſine ſpeciali conceſſione.*
7 *Viſitatio competit epiſcopo iure ordinario.*
10 *Epiſcopus quotidianam viſitationem non poteſt alteri, quam Archidiacono demandare.*
11 *Dictionis tantum, natura qualis.*

## QVAESTIO CXX.

ET viſitat annuis uicibus diœce-
ſim, vt exquirat quo vnaqua-
que baſilica in reparatione ſui in-
digeat, & ſi qua fuerit reper-
ta deſtituta præcipiat Sacerdo-
ti reparationem, clericos diſcutiat
quomodo teneãt ordinem baptiſmi
vel miſſarum, vel qualiter quæque
officia in eccleſia peragant, doceant
ignaros, corrigant & reforment, con
ſulantque ſaluti animarum iuxta for
mam ſacrorum canonum, vt habetur
in c.decernimus, c.epiſcopum, c.pla-
cuit.10. q.1. & per duos pleniſſimos
tractatus Viſitationis, Maria Soc. &
Franc. Paui. quorum ſic comminiſci-
tur Fel. in c.cum ex officio.2.nu.1.ex
tra, de præſcript. & ſcribit iterum Pa
uin. de offi. & poteſt. c. ſede uac. par.
1. princi. q.7. per totam, & nouiſſime
Paul. Fuſc. epiſco. Sarmen. Vir. ſum-
mæ religionis & doctrinę, in tracta.
de Viſita. & regim. eccleſia. per to-
tum.

Ideo quæro an viſitatio diœceſis
fieri poſſit per vicarium epiſcopi. Et
non poſſe niſi adſit ſpeciale manda-
tum probatur, quia viſitatio videtur
epiſcopo reſeruata, qui regulariter vi
3 ſitare tenetur, dicto c. decernimus,
c. ſi epiſcopus, vbi Arch. & alij, de off.
ord. in 6. Soc. in dicto tract. Viſita. in
4. q. princ. verſ.12. quæro vtrum, Bott.
de ſyno. par.2. nu.2. Concil. Trid. c.3.
ſeſſ.24. in decreto de reform. ea vero
quæ reſeruata ſunt non veniunt niſi
4 ſpecialiter exprimantur, Abb. in ca.
prudentiam §. ſexta, col.2. de offi. de
leg. Pariſ. conſi.10. nume. 7. in 4. cum
alijs adductis per Rolan. conſi.75. nu
me.20. cum ſeq. in 3. tunc enim mi-
litat regula capi. fina. de offic. Vica.
in ſexto.

Quòd in generali mãdato epiſcopi
non veniunt ea quę veriſimiliter epi
ſcopus non eſſet conceſſurus, tum
etiam quia nec vicarius capituli ſe-
de vacante viſitare poteſt abſque ſpe
5 ciali conceſſione, vt in ſpecie argu-
mentatur Rebuff. in practi. benefi.
titulo forma vica. Archie. numero
100. per glo. & Doct. in clementina
prima, in verſicu. capituli. de hæret.
Gemin. à Rebuff. non citatus in capi
tulo, licet, numero nono, in fi. Franc.
columna ſecunda, uerſiculo, tertio li
mita, poſt Lap. ibi relatum, de offi. vi
ca. in ſexto. & hanc partem probare
videtur Henric. Bott. in dicto tract.
6 de ſynodo, par.2. numero primo. Di-
cens epiſcopum demandare poſſe vi
cario ſuo facultatem uiſitandi diœ-
ceſim ea ratione quia Viſitatio com
7 petit iure ordinario, glo. in dicto c. ſi
epiſcopus, de offi. ord. in 6. & ideo de
legari poteſt, c. quod ſede, extra de
offi. ord. Concil. Trid. ca. 3. ſeſſ.24. in
decreto de reform. Paul. Fuſc. dicto
tract. uiſita. capitulo ſecundo, nume.
18. lib.1. Cucc. Inſti. iur. cano. de Vic.
epiſ. nu. 106.

8 Declaratur vbi epiſcopus fuerit
legitime impeditus, d.c. decernimus
cum ſequen. d. capi. ſi epiſcopus, ubi
Canoniſtæ, dicto capitulo, inter cæte
ra, eodem titulo, Concil. Trid. d.c.3.
ſeſſ.24. in princi. Bott. d. par. ſecunda
nume.2.

9 Subdeclaratur ut poſſit facere Vi-
carius illam viſitationem epiſcopo
impedito, quæ ſpectat ad epiſcopum
& quam epiſcopus poteſt cui vult
committere dicto, capitulo, decerni
mus, cum ſequen. capitulo, in glo. in
ver. annos. Concil. Triden. d. c.3. ibi
per ſuum Vicarium aut Viſitatorem.

Non autem poterit facere uiſitatio-
nem quotidianam quam Archidiaco
nus facere conſueuit, quia hanc ui-
10 ſitationem epiſcopus alteri quam
Archidiacono demandare non po-
teſt ſecundum glo. in dicto capitulo
epiſcopum, in uer. annos, decima quę
ſtione prima, & Archidia. in dicto ca
pitulo, ſi epiſcopus, Concil. Trid. in
dicto capitulo tertio in uer. Archi-
diaconi, ſeſſ. 24. Vbi Archidiaconi
Diaconi & alij inferiores in ijs eccle
ſijs ubi uiſitationem exercere legiti
me conſueuerant, debent aſſumpto
Notario de conſenſu epiſcopi per ſe
ipſos tantum ibidem uiſitare. ergo
excluſi uidentur uicarij epiſcoporũ

11 ponderando præſertim dictionem il
lam, tantum, cuius natura eſt affirma
re illud, quod ponit, & excludere, &
negare omne aliud, ut in l. 1. C. de pa
tria poteſta. Blanc. de compro. q. 1. nu
me. 28. & in verſ. accedat.

Secundo ſubintelligitur, niſi epi-
ſcopo ex Apoſtolico priuilegio viſi-
12 tare per alios ſit permiſſum, iuxta ex
trauagans Bened. vas electionis, §. ſi
vero proxime, de cenſ. exact. glo. & 
Doc. in dicto cap. ſi epiſcopus, de off.
ord. in 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo deleganti viſitationem alteri propter impedimentum eſt credendum.*

## QVAESTIO CXXI.

EPiſcopo autem deleganti vicario
viſitationem, vel alteri propter
1 impedimentum credendum eſſe nõ
eſt ambigendum, ut per Alex. & Iaſ. poſt alios antiquiores in l. 1. ille, nume. 55. iſte, nu. 59. Dec. nu. 69. Purpura. 246. Curt. iun. 69. Niger 122. Rimin. iun. 553. poſt Natt. & alios. ff. de off. eius. Vbi communem eſſe dicunt deleganti credendum impedimentum, & hanc eandem communem teſtantur Doc. in c. ſi pro debilitate, nume. 6. ext. de off. deleg. Et quia litteris epiſcoporum credi tanquam publico inſtrumento dicit glo. in c. poſt ceſſionẽ, vbi Canoniſtæ, ext. de probat. & maxime ſi ſunt ſigillo auctentico munitę, prout litteræ vicariatus in quib. delegantur viſitationes, Crauet. conſi. 122. nu. 14. in 1. Nouel. regu. 80. Rebuf. in concord. Franc. rub. de collat. §. teneantur, in ver. aut eorum Vicarijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicario epiſcopi viſitanti diæceſim debent congrue ſubminiſtrari neceſſaria, & quæ?*

2 *Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare.*

## QVAESTIO CXXII.

CErtum etiam eſt, Vicario epiſco
pi viſitanti neceſſaria cõgrue ſub
1 miniſtranda, vt equi, veſtes, familia,
& alia oportuna pręter victualia, quę epiſcopi ſibi ipſis parare ſolent, quãdo viſitant perſonaliter, cap. ſi epiſcopus, & ibi glo. Io. And. Archid. & alij, c. inter cętera, cum glo. in ver. neceſſaria, & ibi Doct. de off. ord. in 6. Cui
ratio illa ſatis conſonat, quod nemo
2 cogitur ſuis ſtipendijs militare, cap.
iam nunc, 28. q. 1. c. cum ex officij, extra de præſcr. Spec. de ſalar. in princ. Scriptum eſt enim Deutero. cap. 25. non alligabis os boui triturãti, & ad Corinth. 1. cap. 9. quis militat ſuis ſtipendijs? quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? quaſi dicat, nemo. Nec magnũ eſt ab eo metantur temporalia per quem ſpiritualia ſeminantur, vt ex Apoſtoli oraculo ad Corinth. 9. inquit ſummus Pontifex in d. ca. ſi epiſcopus, & poſt illius terga, Lancello. in §. vlterius, Inſtitu. iur. can. de cenſ. cum adductis per Pauin. de poteſtate capitu. ſede vacan. parte prima, quæſtione tertia, numero nono, & late Senat. Pedemon. deciſione 99. numero 22.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus tenetur ſubminiſtrare Vicario viſitanti equos, veſtes, familiam, & alia opportuna, viſitandi autem expenſas victualium.*

2 *Epiſcopus ad vitandum ſcandalum tenetur ſubminiſtrare Vicario viſitanti etiam expenſas victualium.*

3 *Conſuetudo, vt omnia gratis fiant per viſitatorem obſeruanda eſt.*

4 *Sumptus Vicarij viſitantis, & famulatus quales? remiſſiue.*

8 *Viſitatores a quibus debeant abſtinere, & quæ ſint illis permiſſa? remiſſiue.*

## QVAESTIO CXXIII.

SEd eſt aduertendum, quod epiſco
pus tenetur Vicario parare neceſ
1 ſaria ad aliud, quam ad victum, videli
cet, equos, veſtes, familiam, & alia opportuna, viſitandi autem tenentur illi ſubminiſtrare expenſas victualium, capit. ſi epiſcopus, & ibi glo. in ver. prouidere, & Ioan. And. de offic. ord. lib. 6. c. inter cætera, cum glo. in ver. neceſſaria, & ibi Docto. extra de off. ord. Arch. in c. Romana, in princ. de conſuet. in 6.

2 Declaratur primo, niſi victualia ſine ſcandalo a ſubditis haberi nõ poſſent, quia tunc epiſcopi præter neceſſaria ſupradicta tenentur etiam illi parare victualia, Inno. in d. cap. inter cætera, & Io. And. & Archid. in d. c. ſi epiſcopus.

Secundo declaratur, ut non proce
dat in ijs locis ſeu prouincijs in qui-
3 bus conſuetudo eſt, vt nec victualia,
nec aliud quidquam a viſitatorib. accipiatur, ſed omnia gratis fiant, quia tunc huiuſmodi conſuetudo obſeruanda eſt, Concil. Trid. in c. 3. verſ. in ijs vero locis, ſeſſ. 24. Et ideo epiſcopus in omnibus viſitanti prouidebit ſecundum ea, quæ tradunt Archid. & Ioan. And. in dicto capitulo, ſi epiſcopus, & Innocent. in dicto capit. inter cętera.

4 Quando autem ſumptus, & famulatus eſſe debeat, & a quibus abſtinere debeant viſitatores, quidve illis liceat, & quãdo, & qualiter viſitare de
5 beant, traditur in c. Romana, & per
totum tit. & ibi Doct. extra de cenſ. Silueſt. in ſumma, in ver. viſitatio, Domin. de Muſ. in formul. Placent. in ver. viſitatio eccleſiæ, plene Paul. Socin. iun. & Pau. Fuſc. in tract. de viſit. Concil. Trid. cap. 3. ſeſſ. 24. Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſu 424.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus tenetur ex delicto Vicarij commiſſo in viſitatione.*

## QVAESTIO CXXIIII.

QVid autem ſi vicarius delinquat in negocio Viſitationis, an epiſcopus teneatur? & teneri ſcribunt Archid. in cap. ſi epiſcopus, de offic. ord. libro 6. Butr. Hoſt. & Zabarel. in cap. ad hæc, de officio Archid. Bertach. de epiſc. parte ſeptima, libro 4 q. 7. Bott. in tract. de ſyno. epiſ. 2. par. nu. 3. qui ſubdit melius eſſe epiſcopum perſonaliter intereſſe, niſi alias ſit commodum eccleſiæ, uel perſonæ detrimentum. Vide tamen, quæ dicam infra libro tertio, quæſtio. 30.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex generali commiſſione Vicariatus cauſas ciuiles cognoſcere poteſt.*

2 *Procurator generalis cauſas ciuiles agere poteſt, ſi non requirunt mandatum ſpeciale.*

*Cauſæ ciuiles fori epiſcopalis, quæ ſint, remiſſiue.*

3 *Vicarius epiſcopi non poteſt cognoſcere cauſas feudales abſque mandato ſpeciali.*

4 *Nec capitulum ſede vacante.*

5 *Vicarius epiſcopi ſtrictiorem habet poteſtatem, quam capitulum ſede vacante.*
6 *Vicarius epiſcopi, an & quando debeat in foro ſuo attendere ſtatuta, & conſuetudines Ciuitatis.*

## QVAESTIO CXXV.

VLterius etiam progrediendo in
campum epiſcopalis iuriſdictio
nis: Cum in officialem epiſcopi per
commiſſionem officij generaliter ſi-
bi factam cauſarum cognitio tranſ-
feratur, teſte Bonifacio Octauo in c.
licet, vbi Canoniſtæ, de off. Vic. in 6.
concluſio fieri poteſt Vicarium epi-
1 ſcopi ex generali commiſſione vica-
riatus cauſas ciuiles cognoſcere poſ-
ſe, d. c. licet, & tradit Card. in clem. 1.
nu. 19. de off. Vica, Bal. conſi. 478. nu-
mero 6. in 4. Aufrer. in addit. ad To-
loſ. q. 148. Bero. rub. nume. 26. extra
de off. deleg. Spec. de procur. §. ratio-
ne igitur ſui, col. 7. verſ. ſed nunquid
media, cũ adductis per Vant. de nul.
ex inhab. ſeu def. mand. num. 92. ubi
generalis procurator poteſt agere
2 cauſas ciuiles non requirentes ſpe-
ciale mandatum. & quãuis dicat Re-
buff. in pract. benef. titu. forma Vica.
Archid. nume. 165. ſolere etiam com
mitti Vicario, vt partes cogere poſſit
ad recognoſcendũ ſcripta ſua, & chi-
rographos, tamen ſuperuacanea eſt
huiuſmodi commiſſio, cum ex gene
rali commiſſione habeat Vicarius in
ciuilibus adminiſtrationem, quod
etiam fatetur idem Rebuff. dum eo
loci ſubdit non eſſe neceſſariam
ſpecialis conceſſionis expreſſionem.
Quæ vero ſint cauſæ ciuiles fori epi-
ſcopalis, recenſet late Cucc. Inſt. iur.
cano. de epiſc. titu. 6. nume. 122. cum
pluribus ſequentib. vſque ad nu. 200.
libro 2.

Declaratur prædicta concluſio, ut
non habeat locum in cauſis feudali-
3 bus, quas Vicarius cognoſcere non
poteſt abſque mandato ſpeciali, ne
forte tales procuret uaſſallos quos
dominus nollet habere, Cardin. in
clementina prima, numero 19. de of-
fic. Vica. per tex. in cap. verum, extra
de foro compet. prout etiam, quia ca
pitulum ſede vacante non ſuccedit
in iure cognoſcendi cauſas feudales,
4 vt poſt alios ſcribit Pauin. de off. &
pot. c. ſede vac. 1. par. princ. q. 7. nu. 8.
5 Ergo nec Vicarius epiſcopi, qui ſtri-
ctiorem poteſtatem habet, quam ca-
pitulum, vt idem Pauin. d. par. 1. q. 2.
nu. 1. declarat. Nunquam tamen Vi-
6 carius epiſcopi in foro ſuo attende-
re debet ſtatuta, uel conſuetudines
laicorum ſuper ordine procedendi,
niſi eſſent ab epiſcopo, uel alia ſyno
dali cõſtitutione approbata, & tunc
ſolum in prophanis, nõ autem in ſpi
ritualibus eſſent attendendæ, vt mul
tis pro vicario epiſcopi Lucani re-
ſpondit Anchar. conſi. 18. nume. 2. 3.
cum ſeq. concludens, nume. 7. quod
ille Vicarius non aſtringitur ex for-
ma ſtatutorum committere cauſas
conſilio Sapientis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi cognoſcere poteſt cauſas beneficiales ciuiliter motas.*
2 *Non autem criminaliter motas, niſi mãdato ſpeciali.*
3 *Niſi Vicarius eſſet creatus a Papa*

## QVAESTIO CXXVI.

1 CAuſas quoque beneficiales co-
gnoſcere poteſt Vicarius epiſco
pi ſi ciuiliter motę ſunt, non autem
criminaliter, ut quando agitur ad prĩ
uationẽ beneficij: tũc enim ſpecialis
reqritur cõmiſſio. c. licet, ubi Io. An.

An-



2 Anchar. nu. 2. Gem. nu. 7. Fran. col. 1.
ad fi. de offi. Vic. in 6. gloſ. & Doct. c.
1. in ver. per epiſcopos, de capel. mo-
nac. in 6. Ancha conſi. 60. num. 1. Bal.
conſ. 478. nu. 6. in 4. vbi licet vicarius
epiſcopi, non poſſit ob crimen, quẽ
priuare à beneficijs, poteſt tamẽ de-
clarare poſſeſſorem non habere iu-
ſtum in eo titulum, ſequitur Ferrãd.
ad Abb. rep. c. ſi quis contra, nu. 3. ex
tra de foro compet. Pauin. tract. de
poteſt. cap. ſede vac. 3. par. prin. q. 10.
nu. 22. & 23. poſt Fede. trac. permut.
q. 26. Foller. in prac. crimi. can. 1. par.
moralium, num. 135. Mill. in ver. Vi
carius epiſcopi, Bero. in rub. nu. 2. &
26. extra dẽ off. deleg. Burſat. conſi.
310. nu. 26. Cucc. Inſt. iur. can. de vic.
epiſ. num. 89.
3 Declaratur, niſi Vicarius alias ha
beret iuriſdictionem, vt pro Vicario
Patriarchæ à Papa creato reſpondit
Bal. d. conſ. 478. col. 3. nu. 14. & ſeq.
Rebuff. in pract. benef. tit. forma vic.
Arch. nu. 152. & nu. 156.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ſequeſtrare poteſt poſſeſſionem beneficij cum fructuum cuſtodia apud idoneam perſonam.*

## QVAESTIO CXXVII.

ET tanquam ordinarius ſeque-
ſtrare poteſt poſſeſſionem bene
1 ficij cum fructuum cuſtodia apud
idoneam perſonam, vt in caſu clem.
1. de ſequeſtr. poſſ. & fructuum vbi
Canoniſtæ, late Veſtr. in prac. lib. 7.
cap. 2. numero 1. & latius Grauat. ibi
in annot.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi arctare poteſt illicitum poſſeſſorem ad titulum exhibendum.*

## QVAESTIO CXXVIII.

PRout etiam poteſt arctare illici-
tum poſſeſſorem beneficii, ad ex
1 hibendum titulum, c. ordinarii, de
off. ord. in 6. & pro Vicario epiſcopi,
reſpondit Anchara. conſi. 60. num. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt mandare executioni ſententiam ſuam.*
*Declaratur, nu. 2.*
3 *Delegatus, an ſententiam ſuam exequi poſſit, remiſſiue.*

## QVAESTIO CXXIX.

ET inſuper ſententiam ſuam mã-
dare executioni, ſecundum Io.
1 And. Abb. & alios, in c. ſi quis contra
in 1. lect. nu. 29. & in 2. nu. 34. Bal. in
marg. ver. vicarius, & iterum Abb.
poſt Inno. in c. cum ab eccleſiarum,
nu. 3. extra de offic. ord. Cucc. Inſt.
iur. can. de vic. epiſ. nu 66. poſt Cor-
rad. tit. de poteſt. vic. nu. 3. Rebuf. in
pract. tit. eo. nu. 18.
2 Declaratur, vt procedat in vicario
principali, qui facit idem conciſto-
rium cum epiſcopo, cum in vicario
foraneo idem quod in delegato ſit
dicendum, Abb. in dicto cap. ſi quis
contra, in 1. lectu. numero 29. & in
2. numero 34.
3 An autem delegatus ſuam poſſit
exequi ſententiam, tradit gloſ. &
Docto. in dicto cap. ſi quis contra,
vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt recipere reſignationes beneficiorum abſque ſpeciali mandato.*
*Declaratur, nu. 5. & 6. cum ſeq.*

Reſſ-

2 *Reſignationes beneficiorum is poteſt reci pere qui poteſt beneficia deſtituere.*
3 *Capitulum ſede vacante recipere poteſt beneficiorum reſignationes.*
4 *Vicarius epiſcopi non poteſt quem deſti tuere, & priuare beneficio ſine mandato ſpeciali.*
6 *Beneficia incompatibilia coram vicario epiſcopi dimitti poſſunt.*
7 *Vicarius epiſcopi recipere poteſt reſigna tionem beneficij ad institutionem epi ſcopi pertinentis.*

## QVAESTIO CXXX.

AT reſignationes beneficiorum
vicarius recipere non poteſt
ſine mandato ſpeciali epiſcopi, vt
1 probatur in c.dudum, in princip.in
ver.recipiendi auctoritate veſtra re
ſignationes, de præben.lib.6.Staphil.
de litt. grat.& iuſt.nu.68. poſt Cald.
conſi.4.an renunciatio, tit.de renun
cia.Rebuff.in prac.benefi. tit.forma
Vic.Arch.num.106. poſt Rot. deciſ.
287. in antiquis, Pauin. de offic. &
poteſt. cap. ſede vacan. 2. par. princ.
q.10.Franc.Marc.q. Delphin.86.nu-
mero ſecundo, par.1. Mant. conſilio
38. poſt numerum 10. Et ratio eſt,
2 quia regulariter is poteſt recipere
reſignationes beneficiorum qui po-
teſt beneficia deſtituere, Innocen.
& alij, in c.quod in dubijs, extra de
renun. Abb. in c.cum olim, colum.
antepen.verſ.ſexto dubitatur, extra
de maior. & obedien. vbi huiuſmo-
di argumento firmat capitulum poſ
3 ſe recipere reſignationes beneficio-
rum ſede vacante, quod latius proſe
quitur Paui.in d.2.par.princ.q.2.nu-
mero 13.Sed Vicarius epiſcopi, non
4 poteſt quem deſtituere, & priuare
beneficio, ex generali commiſſione,
ſed requiritur ſpeciale mandatum,
gloſ. & Docto. in cap.1.in verſic.per
epiſcopos, de capell.monac.in 6. an-
char.conſil.60.numero primo, & di-
xi ſupra, q.125.
5 Declaratur, niſi Vicarius ſpeciale
mandatum haberet ad deſtituendũ
inuitos, quia tunc vigore huiuſmo-
di mandati poterit recipere benefi-
ciorum reſignationes, Pauin. d.q.10
nume.32.
6 Secundo declaratur, vt poſſit co-
ram Vicario epiſcopi dimitti cura-
tum beneficium per eos, qui volunt
alia incompatibilia obtinere, Pauin.
de poteſt.cap.ſede vac.1. par.prin.q.
10.num.22. & par.2.q.2.nu.13. cum
ſeq.per extrauag.Ioannis 22.Execra
bilis, §.cæterum.
Tertio declaratur, niſi reſignatio
7 beneficii fiat ad inſtitutionem epi-
ſcopi pertinentis: tunc enim quem-
admodum Vicarius epiſcopi poteſt
inſtituere præſentatum à patrono,
vt late dixi, ſupra, q.110.eodem mo-
po poteſt recipere reſignationem
tanquam præambulam inſtitutionis
vt per ſimilia probat Pauin. d.par.2.
q.2.nume.13.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio vicarij eſt maior iuriſdictione delegati ab epiſcopo.*
2 *Epiſcopus poteſt committere cauſam Vicario, vt cognoſcat eum tanquam delegatus, non tanquam vicarius.*
*Declaratur, nu.4.*
3 *Epiſcopus poteſt ſibi auocare cauſam, & prohibere Vicario ne iudicet, ſed non econuerſo.*
4 *Epiſcopus delegando cauſam vicario ſuo in fraudem appellationis interponendæ ad Metropolitanum, excõmunicari poteſt.*

## QVAESTIO CXXXI.

SEd vlterius quæro, an epiſco-
pus delegare poſſit cauſam Vi-
cario ſuo, vt cognoſcat illam tan-
quam



quam delegatus, non tanquam vi-
carius. Vtilitas huius quæſtionis ea
eſt in practica, quia ſi cognoſcit cau
ſam tanquam Vicarius non poterit
ab eius ſententia appellari ad epiſco
pum, ſecus ſi tanquam delegatus vt
dicam infra, lib.3.q.2. Pro vt etiam
1 quia maior eſt iuriſdictio vicarij quã
delegati ab epiſcopo, glo.in c. Roma
na, §. fi. in ver.obſeruandę, de offic.
ord.in 6.Bertac.de epiſc, lib.4.par.5.
nume.32.& differt in multis a dele-
gato, vt dixi ſupra libro primo, q. 23.
vbi vide.
2 Reſpondeo igitur epiſcopum poſ
ſe committere cauſam Vicario vti de
legato, non autem tanquam vicario,
Abb.in c. dilecti, el 3. nume. 18 poſt
Io.And.ibi ſuper glo in ver.qui non
erat de curia, extra de app. Apoſt.ad
Specul.in titu.de app.§ nunc tracte-
mus, in ver.obuiari, nume. 6. Quod
etiam illa ratione confirmatur, quia
epiſcopus poteſt ſibi auocare cauſam
3 & prohibere Vicario ne iudicet, ſed
non econuerſo, Ioan.And. & Inno-
cen.in c.Romana.de appell. in 6.To
loſ.deciſ.485.vbi late, Aufrer.in ad-
dit.Abb.in c.ſi quis contra, in 1. lect.
nume.25. & in 2. nume. 30.extra de
foro compe.Franc.in ca, vt noſtrum
col.4.verſi.3. quæritur, extra de app.
Maran.de ord.iud.4.par.16. diſt.nu-
me.60.
4 Declaratur niſi epiſcopus delegaſ
ſet vicario in fraudem appellationis
interponendę ad Metropolitanum,
quia tunc epiſcopus commodum de
fraude non ſolum non debet repor-
tare, ſed per ſuperiorem excommu-
nicari poteſt, Abb. in dicto c.dilecti,
nu 18.poſt Specul.eo.tit. §.nunc tra-
ctemus, nu.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Notarius deputatus ad ſcribendum omnes ſententias epiſcopi, tenetur etiam ſcribere ſententiam in cauſa commiſſa Vic ſuo.*
*Declaratur, nu.2.*

## QVAESTIO CXXXII.

NOn eſt etiam ſilentio præter-
eundum, quòd licet Notarius
1 deputatus fuerit ad ſcribendum om
nes ſententias epiſcopi, ſi tamen epi
ſcopus committit vnã cauſâ Vicario
ſuo, illa etiam in cauſa iſte Notarius
tenetur ſcribere ſententiam, teſte
Bal.in l.fina.in princi, C. vbi & apud
quem, poſt.ad Bar.in l. 1. in fine.ff.
quis & à quo.faciunt glo. & Doct.in
ca.1.in ver.per epiſcopos, de Capell.
monac.in 6. Iaſ.l.ſed ſi hac.§.Prætor
ait, in fi.ff.de in ius voc.
2 Declaratur vbi Notarius habet de
huiuſmodi ſcriptura ſalarium, Bald.
cum Apoſt. in locis ſuperius addu-
ctis.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum ad futuras cauſas poteſt fieri procuratori.*
2 *Epiſcopus non poteſt committere ſuo Vicario futuras commiſſiones Papæ.*

## QVAESTIO CXXXIII.

QVæro inſuper, an epiſcopus poſ
ſit committere Vicario futu
ras commiſſiones Papæ, quę
ſolent epiſcopis indies demandari.
Videbatur poſſe fieri delegationem
ad futuras cauſas, quemadmodum
fieri poteſt mandatum, vt per Innoc.
1 qui ita argumentatur in c. cum olim
Abbas, in princ.extra, de off.ord. Ale
xan.in l.more, vbi Iaſ.nu.13 ff.de iu
riſd.om.iud.Foller.ſuper conſt. Re-
gni.c.iuſtitiarij nomen, titu.de offic.
iuſt.

iuſt.nu.110.poſt Fricc.tract. de ſub-
feud. Barto. in ſecundo libro,28.au-
ctoritate.

Sed in Vicario epiſcopi in con-
2 trarium eſt veritas, teſte Fel.in cap.
eam te,nu.17.circa prin. extra de re
ſcrip. poſt Rot. deciſ. 9. alias 847.de
offic.vic.in antiq.& eo.tit. deciſ.4.in
antiquioribus Biſigneti,& deciſ.6.ti.
de offi.deleg. ſecundum nouam im-
preſſionem,Pauin.de off.& pot.cap.
ſede vac.2.par.prin.q.10.nu.35.Cuc.
Inſt.iur.can.de Vic.epiſ.num.115.iu
riſdictio enim quæ nondum compe
tit,committi non poteſt, vt dixi ſu-
pra,q.36.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius foraneus epiſcopi, an cauſas ſubdelegare poſſit,remiſſiue.*

## QVAESTIO CXXXIIII.

1 NVnquid autem vicarius fora-
neus epiſcopi cauſas ſubdelega
re poſſit,dixi ſupra hoc eodem libro
q.66.vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt cognoſcere cauſam epiſcopo delegatam.*
*Ampliatur,nu.4.& ſeq.*
*Declaratur,nu.6.cum ſeq.& nu.9.*
2 *Epiſcopus cognoſcit cauſam ſibi delegatam, non vt epiſcopus ſed vti delegatus.*
3 *Epiſcopus conſtituendo Vicarium videtur illi ſolum committere ea quæ competunt rõne ordinariæ iuriſdictionis.*
4 *Cauſæ epiſcopo delegatæ non tranſeunt in capitulum ſede vacante.*
5 *Litteræ,præcepta & mandata apoſtolica directa epiſcopo non tranſeunt in eius Vicarium.*
6 *Vicarius epiſcopi à ſummo Pontifice conſtitutus omnes prerogatiuas epiſcopi conſequitur.*
7 *Mandatum epiſcopo factum extenditur ad eius Vicarium creatum à Papa.*

## QVAESTIO CXXXV.

HVc etiam neceſſario pertinet,
quòd ſi epiſcopo fuerit cauſa
delegata, non poteſt eam Vicarius
1 cognoſcere,Doct.in cle.2. de reſcri.
Franc.in c.non putamus, col.2.verſ.
delegatio autem, de conſuet. lib.6.
Fel.in c.at ſi clerici, §.ſi. num.21.de
iud.Dec. in c.quoniam Abb. nu.15.
extra de offic. deleg. Feder. de Sen.
conſ.130.ad finem, Bertach.in tract.
de epiſ.lib.4.par.7.q.4.& par.5.tit.de
poteſt.& auct.epi.circa iud.num.39.
Pauin. de offi. & poteſt. cap. ſed vac.
2.par.prin.q.10.num.34. poſt Inno.
& alios,in c.eam te.vbi Ripa, nu.46.
& ſeq.extra de reſcrip.Soc.conſi.39.
capio primum dubium, col. 6. verſ.
amplius, dicto volum.4. Sebaſt.Sap.
in apoſt.ad Abb.in rep.c.ſi quis con-
tra,nu.35.in ver.facit idem conciſto
rium,extra de foro compet.Et ratio
2 eſt, quia cauſam delegatam epiſco-
pus non cognoſcit, vt epiſcopus,ſed
tanquam delegatus, Gugl.de Cu.in
l.& ſi Prætor.ff.de offic.eius,ſic rela-
tus per Dec. in d.c.quoniam Abbas
numero 15. poſt Alexan. in l.& quia
ad finem, ff.de iuriſ.om.iud.Et ideo
non ſuccedit Vicarius in illa præro-
gatiua, & dignitate, in qua epiſco-
pus, quia epiſcopus conſtituendo
3 Vicarium generalem, videtur ſo-
lum ea committere,quæ competunt
ratione ordinariæ iuriſdictionis, nõ
autem ea quæ competunt ratione
iuriſdictionis delegatæ, ſecundum
Feder. de Sen. dicto conſilio 130.
Dec. in dicto c.quoniam Abbas,nu-
mero 15.Rolan.conſi.39. nume.18.
vol.1.Cucc.Inſt.iur.can. de vic.epiſ.
numero 116.

Am-



Ampliatur, idem in capitulo ſede
4 vacante,in quod non tranſeunt cau-
ſæ epiſcopo delegatæ,Doct.in c.eam
te, vbi Fel.nu.17. extra de reſcrip.in
c.cum olim, vbi late Abb. extra de
maior & obed.in c.verum, num.17.
extra de foro compet. Roman.conſ.
506.vbi Mandoſ.num.14. Dec.conſ.
128.col.1.

Secundo ampliatur idem in man-
5 datis,præceptis,& litteris apoſtolicis
epiſcopo directis, quæ non tranſeũt
in eius Vicarium,Alexan. in dicta l.
& quia, in fine, Fel. in d.c.eam te,§.
ſcriptum fuerat,in fine, & nu.17.ex-
tra de reſcrip.

Declaratur, vbi vicarius eſſet ab
epiſcopo conſtitutus, ſecus ſi à ſum-
mo Pontifice, quia tunc omnes præ-
6 rogatiuas epiſcopi cõſequitur. Ideo
etiam cauſas epiſcopo delegatas po-
terit cognoſcere, vt declarat Alex.
in dicta l.& quia, & Dec. in dicto c.
quoniam,numero 15.in fine,& pro-
bat Bar.in l.filius. ff. de legat. & iſto
caſu mandatum factum epiſcopo ex
7 tenditur ad Vicegerentem,Alexan.
in l.more, num.41. ff.de iuriſd.om.
iud.firmat Rip. quamuis ſimpliciter
loquatur,in dicto c.eam te, num.46.
& ratio eſt, quia Vicarius à Papa
creatus videtur magis repræſentare
epiſcopum, quam eo caſu quo crea-
tur ab epiſcopo, vt reſpondit Ruin.
conſi 148.nu.5.in 4.

Declaratur, niſi Pontifex alterna
8 tiue mandauerit cauſam epiſcopo,
vel eius vicario,Fel. in d. c. eam te,
nu. 17.circa medium, de reſcript.&
dixi ſupra,lib.1.q.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus non poteſt cognoſcere cauſam vicario ſuo delegatam.*
*Contra,nu.8.*
*Declaratur,nu 6.8.9.12.13.& ſeq.*
2 *Vicarius epiſcopi delegatus Papæ non cognoſcit cauſam tanquam vicarius ſed vt delegatus.*
3 *Delegationis reſcriptum non extenditur vltra delegatum.*
4 *Vicarius epiſcopi delegatus Papæ maior eſt epiſcopo ſuo in cauſa ſibi delegata.*
5 *Capitulum ſede vacante non poteſt cognoſcere cauſam Vicario delegatam ſub nomine officij.*
*Contra,num.8.*
6 *Epiſcopus cauſam cognoſcere poteſt Vicario delegatam ſub nomine officij.*
*Contra,nu.8.*
7 *Vicarius epiſcopi delegatus Papæ dicitur cognoſcere cauſam vice epiſcopi.*
9 *Litteræ præcepta,& mandata apoſtolica directa vicario epiſcopi tranſeunt etiam in epiſcopum.*
*Contra nu.10.*
*Ampliatur affirmatiua,nu.11.*
13 *Dominus nouiter creatus non conuenitur per reſcriptum obtentum cõtra vicarium niſi lite conteſtata.*
14 *Inhibitio facta vicario capituli ſede vacante non afficit ſucceſſorem, & Modernum epiſcopum.*

## QVAESTIO CXXXVI.

SEd quid econuerſo,an epiſcopus
cognoſcere poſſit cauſam eius Vi
cario delegatam. Et non poſſe tra-
1 dunt Docto. in clem.2. vbi Anchar.
col.1.Card. numero decimo, Imola
num.14.de reſcript. Franc. in c.dile-
cti,el 2.q. 5.extra de app. & iterum
in c.non putamus, col.2. verſ. dele-
gatio autem,de conſuet.lib.6.Dec.
in c.quoniam,num.9.ad finem,extra
de offic. deleg. Barbat. in apoſt. ad
Bar.in l.quod Principi,ff de leg.poſt
Butr. in dicto c. quoniam, Bertach.
tract.de epiſ.lib.4.par.7.q.4.& par.5.
tit.de auct.epiſ.circa iud. num.39.ſe
cundum vnam impreſſionem, & 59.
ſecundum alteram. Et ratio eſt,quia
2 tũc Vicarius nõ cognoſcit cãm tanq̃

Vi-

Vicarius epiſcopi,ſed tanquam de-
legatus Papæ, Gugl. de Cu. in l.& ſi
Prætor. ff. de off. eius.quem refert,
& ſequitur poſt alios Dec. in d.cap.
quoniam,nu.15.Et ideo ad ipſum nõ
3 eſt cognitio cauſæ extendenda. l.nõ
omnis, ff. ſi cer.pet. c.cum intentio-
nis, extra de priuileg. Rota deciſ.
431. in no. Crauet. conſi. 251. in 4.
probatur in c.P.& G. extra de reſcr.
c.2.eod.tit.lib.6. Fel.in c.eam te.nu
me.17.extra eo.Vbi reſcriptum non
debet ad alios extendi,neq; ad mul-
tos.Et in cauſa delegata per Papam
4 maior eſt vicarius epiſcopo ſuo, &
ſeparatum eſt auditorium vnius ab
auditorio alterius, ſecundum Doct.
in dicta clemen. 2. & in ſpecie Card.
numero decimo, Imola, numero 14.
cum cæteris ſuperius adductis.

5 Ampliatur idem in vicario capi-
tuli, ſede vacante,Paui.de pote.cap.
ſede vacan.2.par.prin.q.10. num.14.
poſt Paul.de Eleaz. in cle. & ſi prin-
cipalis,de reſcrip.

6 Declaratur ſupradicta concluſio,
vt locum habeat quando cauſa eſt
delegata vicario ſub nomine pro-
prio, & dignitatis:ſecus ſi nomine di
gnitatis tantum,quia tũc epiſcopus
illam cognoſcere poterit, Bertach.
tract.de epiſ. lib.4 par.5. nume.59.
poſt Specul.in tit.de legat. ver. quid
ſi cauſa,Innoc.in c.eam te, nu.5.vbi
Abb. num. 14. de reſcrip. Barbat. in
apoſt.ad Bar. in d.l.quod principi,in
ver.c.ea ratione, quia licet Vicarius
7 ſit delegatus Papę,dicitur tamen co
gnoſcere cauſam vice epiſcopi, cum
talis dignitas vicariatus ei non com-
petat iure proprio, vt poſt Bar.in d.
l.quod Principi, in fi. & in l.& quia,
ff. de iuriſd.õm.iud. firmat late Dec.
in c.quoniam Abbas, num.9. extra
de offic. deleg. & oriatur ex iuriſdi-
ctione, & tribunali epiſcopi; vt dixi
ſupra hoc eodem libro.q.22.

8 Sed quod etiam epiſcopus non
poſſit cognoſcere cauſam à Papa de-
legatam Vicario ſub nomine officii
tenet Card.poſt Pau. in clem.2. q.9.
de reſcrip. refert illum Ripa in d.c.
eam te,numero 46.Imola in d.clem.
2.numero 14.in fine, de mente But.
Franc.in cap.ſtatutum, col. . . . verſ.
ſexto aduerte,de reſcrip.in 6.& in c.
non putamus,colum.2. verſ.delega-
tio autem,de conſuetu. in 6. & in c.
dilecti.q.5.de app. Cucc.Inſt.iur.ca-
no.de vic.epiſ.numero 117. cum ſe-
quen. vbi inquit epiſcopum poſſe ſe
immiſcere in illa cauſa, quando vica
rius functus eſt officio ſuo, aut re-
mouere Vicarium ab officio, vt il-
lum impediat in delegatione. Cum
enim ſeparatum ſit auditorium de-
legati Papæ, & epiſcopi, non debet
reſcriptum extendi ad alium, quam
ad ipſum delegatum, vt ſuperius di-
xi. Nec Bertach.ſupra in contrarium
relatus firmat in ſua ſententia pedẽ
ſed remittit ſe ad Doct.in d.clemen.
2. qui tenent contrarium, vt ſupe-
rius dixi.

Secundo declaratur, vt locum ha
beat in reſcripto delegationis, non
autem in præceptis, litteris, & man-
9 datis apoſtolicis, quæ fiunt vicario
epiſcopi, quia huiuſmodi tranſeunt
in epiſcopum, Abb. in d.c. eam te,
numero 46. & licet Bal.in l.aliquan-
do,nu. quinto,ff.de offi.proconſ.di-
10 cat mandatum factum Vicegerenti
non arctare dominum; Receptior
tamen videtur præcedens ſententia
ex numero Doctorum & ea ratio-
ne, quia mandata reſtingi non de-
bent ſicut debet reſtringi delegata
iuriſdictio, ſed ampliari, cap. ſcien-
dum, 8. quæſt. prima, & poſt alios
Fel.in dicto cap. eam te, §.ſcriptum,
columna prima,in prin.nu.16.

Extende huiuſmodi declaratio-
11 nem, vt in dubio ſcriptum videatur
vicario, vt vices epi gerenti non vt
executori, Abb. in dicto c. eam te.
in fi.Feli.in d.§.ſcriptum fuerat, col.
1.in prin.nu. 16.

Secun-



Secundo extenditur etiam ſi epi-
ſcopus crearetur poſt commiſſionẽ
12 datam Vicegerenti, Abb.in d.c.eam
te,nume.14.Fel.in dicto §.ſcriptum.
d.col.1.nume.16. late Paui.de off.&
poteſt. c.ſede vac.1.par. princi.q.10.
nume.20.

13 Subdeclaratur vt procedat in Mã-
datis,non autem in iuriſdictione de-
legata, quia per reſcriptum contra
Vicegerentem non conuenitur do
minus nouiter creatus,niſi quando
contra gerentem vices eſſet lis con-
teſtata,Innocen.Io.And.But.Imola.
& Gemin.quos refert Feli. in dicto
§.ſcriptum fuerat, columna 1. circa
medium.

14 Secũdo ſubdeclaratur, vt non pro
cedat in inhibitione facta Vicario
ſeu officiali deputato per capitulum
ſede vacante,quia talis inhibitio nõ
afficit ſucceſſorem & modernum
epiſcopum,vt ſi ille contraueniat in
hibitioni dicatur attentaſſe, Rober.
Lancellott, trac, de attent. c.20.lim.
28. nume. 5. dicens ita vltimo loco
fuiſſe reſolutum 15.Decembris 1574
in vna Albarazinen. coram R. P. D.
ac Fratre ſuo Cantutio, Præceptore
ac D.M.in Gymnaſio Peruſino reco
lendę memorię.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius poteſt eſſe iudex in cauſa ſui*
*Epiſcopi.*
*Contra,nu.2.*
*Ampliatur,nu.5.*
*Declaratur,nu.6.& 7.*
3 *Vicarius epiſcopi dicitur iudex compe-*
*tens ad mittendum in poſſeſſionem*
*nomine pauperum epiſcopi Procu*
*ratorem.*
4 *Epiſcopus executor piarum voluntatum*
*& Pater ac Proc pauperum.*

## QVAESTIO CXXXVII.

QVæritur etiam & in dubium re
uocatur,an Vicarius poſſit eſſe
1 iudex in cauſa ſui epiſcopi? Partem
affirmatiuam tenet Papaz. in apoſt.
ad Rotam,deciſ.1.alias,47. in fi.nu-
me.5.citans Feli.in c.cum veniſſent,
col.fi. num 7.ad finem,in ver. & vide
Bal.de iudi.

2 Sed certior videtur ſententia ne-
gatiua quam ſequi videtur Sapia in
Apoſt.ad Abb.in 1 lect,c.ſi quis con
tra,nume.25,in ver,ad eius vicarium
extra de foro comp.ſecundum par-
uam impreſſionem iuniorem de mẽ
te Feli.in dicto c.cum veniſſent,co-
lum.fi.nume.7.ad finem,in ver.& vi-
de Bal.in l.ſi quis, C.de epiſ.& cleri.
qui nume, 6. videtur præſupponere
quod non poſſit, quia idem eſt Tri-
bunal epiſcopi & Vicarij, c.2.de con
ſuetu.in 6. cum glo. in clemen. 2.de
reſcrip.firmat Caball.in add.ad con-
ſti.Aegid.lib,2.c. 17.numero quinto
pulcre Capc, deciſ. 137. in princip.
& nu.9.Barbat,de præſtan.Card.q.11.
nume.10.

Nec aduerſatur Apoſt. Rot.alle-
gata ſuperius in contrarium, quia
fundat ſe in auctoritate Feli.in dicto
c.cum veniſſent, dicto verſi. & vide
Bal. in d. l. ſi quis,nume. 6.Qui tan-
tum dicit vicarium eſſe iudicem com
petentem admittendum in poſſeſſio
3 nem procuratorem epiſcopi nomi-
ne pauperum,quod etiam probauit
Gemin.conſi.114.numero 5. Dicens
quod vicarius epiſcopi poteſt pro-
nunciare ſe iudicem competentem
in cauſa coram eo mota per procura
torem epiſcopi nomine pauperum
contra laicum excipientem de in-
competentia.

Nam epiſcopus pias exequitur vo
4 luntates & dicitur Procurator pau-
perum

perum pater, vt poſt alios ſcribit Menoc. de adip. poſſeſ. rem. quarto numero 256. referens communem eſſe opinionem, quòd ideo poſſit petere miſſionem in poſſeſſionem nomine pauperum hæredum inſtitutorum. ſi ergo Vicarius cognoſcit miſſionem in poſſeſſionem petitam per epiſcopi, procuratorem nomine pauperum, non erit iudex vicarius in re epiſcopi ſed in re pauperum in effectu, vt declarat Baldus in dicta lege, ſi quis, dicto numero ſexto, pulchre declarat Geminia. dicto, conſilio 114. numero quinto & ſexto, atque ita declarabitur locus ſupra relatus in contrarium.

5 Ampliatur vt nec etiam poſſit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſui epiſcopi eo caſu quo nec etiam epiſcopus eſſe poteſt, Capic. deciſ. 137. in prin. & nu. 9. & alias dicam infra, li. 3. q. 14. quod epiſcopo ſuſpecto recuſato poteſt etiam Vicarius recuſari.

6 Declaratur, quòd licet Vicarius non poſſit eſſe iudex in cauſa epiſcopi ſui, non tamen prohibeatur coram epiſcopo teſtificari in cauſa pro Actore ſi neceſſitas immineret, glo. c. dilecto, in ver. recuſaſtis, in fine, extra de teſt. Gemin. conſi. 114. nu. 6.

7 Subdeclaartur vbi Vicarius deponeret de exercitio ſuę iuriſdictionis quia tunc erit teſtis ſuſpectus, vt tenuit Rota, teſte Diu. deciſ. 7. in codicibus manuſcriptis.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus non poteſt in propria cauſa iudicare.*

2 *Poteſt tamen eſſe iudex in cauſa ſui Vicarij.*

*Declaratur, nume. 3. & nume. 5. & ſequen.*

3 *Epiſcopus quando dicatur iudicare in propria cauſa.*

4 *Epiſcopus non tenetur ſtare malefactis à Vica. ſuo.*

*Vicarius in malefactis ab eo non gerit vices epiſcopi.*

5 *Vicarius epiſcopi quando poſſit conueniri coram Metropolitano ſiue eius vicario.*

## QVAESTIO CXXXVIII.

AT non minor ſupereſt difficultas, nunquid econuerſo epiſcopus poſſit eſſe iudex in cauſa ſui vicarij. Cum enim epiſcopus & vicarius faciant vnum & idem tribunal & Auditorium & eandem habeant iuriſdictionem, capitu. Romana, vbi Canoniſtæ in prin. de appella. in 6. ca. non putamus cum glo. in ver. videatur. vbi Archidia. nume. 2. Franc. col. 1. poſt Anchar. numero ſecundo, Gemin. nume. 1. & 7. de conſuet. lib. 6. cum cæteris adductis ſupra hoc eodem lib. q. 57.

1 Diceretur epiſcopus iudicare in propria cauſa & fungi officio iudicis & partis, quod ei prohibitum eſſe dicit Bal. in l. ſi quis, numero 6. C. de epiſco. & cleri. & in l. prima, in fine vbi Salic. C. ne quis in ſua cauſa iudi.

2 Sed contrarium probat Specula. in titu. de compet. Iud. adit. §. ſequitur, nume. 3. Dicens quòd de maleficio vel quaſi commiſſo in officio ab officiali epiſcopi, vt puta in ſententia & proceſſu agendum eſt coram epiſcopo, cuius eſt officialis, & non coram Archiepiſcopo vel eius officiali, ſequitur Bal. in add. ad §. fi. in ver. officiales Dicens quod officiales epiſcopi conueniuntur coram epiſcopo, Paui. de poteſt. cap. ſede vac. 2. par. princi. q. 10. nume. 22. Bertac. de epiſco. li. 4. par. 5. nume. 19. probat Capic. deciſ. 137. nu. 7. poſt Franc. in c. 1. col. 2. 3. & penult. de pęn. lib 6. Alber. in d. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa iud. plura ſcribit in propoſito, Foller. ſuper conſt. Regni, tit. de magiſt. iuſt. cap. Magiſter iuſticiarius, nu. 36. 37. 38. cum alijs ſeq.

Nec refragantur rationes ſuperius allegatæ in contrarium, quia locum habent, quando epiſcopus eſſet in aliqua culpa delicti commiſſi ab
3 eius vicario: tunc enim diceretur epiſcopus in propria cauſa iudicare, qa ex ea teneretur, Hoſt. in c. ad hęc vbi Zabarel. q. 5. Butr. colum. fin. extra de offic. Archid. Rota deciſ. 6. alias 278. tit. de offic. vic. in no. & deciſ. 6. eodem tit. in antiq. & deciſ. 1. in antiquioribus Biſigneti, & vbique Papaz. in apoſt. Anchara. Archid. & Geminia. in c. ſi epiſcopus, de off. ord. in 6. Fely. in c. cum ordinem, numero ſexto, extra de reſcrip. & in c. Petrus, numero octauo, extra de homic. cum multis concordantibus, de quibus infra, lib. 3. q. 30. vbi vide.

4 Alias verò factum à vicario, quando male agit non dicitur factum ab epiſcopo, nec illi actui ſtare tenetur, Gemin. conſ. 114. Caſtrenſ. conſ. 348. columna ſecunda, volumine primo, Dec. conſi. 142. nume. 3. & in c. ſanè, el ſecondo, columna ſecunda, de off. deleg. vbi dicit, quod tunc Vicarius non gerit vices epiſcopi, Franc. in apoſt. ad Abb. in c. eam te, nu. 12. & 13. in littera A, extra de reſcrip. Bellame. conſi 4. vtrum epiſcopus, colum. penult. Syl. in §. ab hoſtibus, Inſt de Att. tut. Rebuff. in pract. benefi. tit. forma vic. Arch. numero 189. Fel. in dicto c. Petrus, numero vndecimo, extra de homic. Et ideo nō dicitur iudicare in propria cauſa. Vnde Bal. in l. obſeruandum, §. proficiſci, numero ſecundo. ff. de off. pro conſ. dicit quòd tunc Poteſtas non poteſt eſſe iudex in crimine ſuæ familiæ ſi pro ea tenetur.

5 Declaratur, vbi epiſcopus requiſitus nollet cauſam cognoſcere, quia tunc Vicarius coram Metropolitano, vel eius Vicario poterit conueniri, Specul. in dicto §. ſequitur, numero tertio.

Secundo declaratur eiſdem mo-
6 dis quibus infra, lib. 3. q. 57. Vbi traditur an epiſcopus punire poſſit Vicarium ſuum delinquentem, & ibi vide latius quam hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius generalis epiſcopi poteſt etiam ſe intromittere in cauſa vicarij ſpecialis.*

*At contra, nu. 2.*

3 *Epiſcopus delegando cauſam alicui videtur illam abdicare vicario ſuo.*

## QVAESTIO CXXXIX.

QVid etiam ſi epiſcopus faciat Vicarium ſuum generalem, & vnum ſpecialem, an generalis ſe intromittere poſſit in illa cau-
1 ſa ſpeciali. & poſſe late probat Bero. conſilio vigeſimoſecundo, numero 40. volumine primo, ea ratione, quia deputatus videtur accumulatiue nō autem priuatiue, iſte vicarius ſpecialis, vt late ibi per eum.

2 Sed contrarium tenet Gemin. in c. licet, numero decimotertio, vbi Franc. columna ſecunda, verſ. quid autem ſi epiſcopus, de offi. vic. lib. 6. poſt Lapum ibi relatum, & ratio eſt quia epiſcopus delegando cauſam
3 alicui videtur eam abdicare vicario ſuo, Innoc. in c. Romana, de appel. Franc. in c. dilecti, q. 2. eodem titu. Bertach. de epiſ. libro quarto, parte prima, numero vigeſimoquinto, in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus quando non habeat iuriſdictio-*

*ſtionem in loco Vicarij ſpecialis ſuæ dicæceſis.*

## QVAESTIO CXL.

His etiam addi poteſt, quòd ſi
aliquis vicarius ſpecialis in ali
quo loco diœceſis ex diſpoſitione
1 iuris ſeu ex conſuetudine derogati
ue, & non accumulatiue fuerit depu
tatus, epiſcopus in illo loco non ha-
bebit ordinariam iuriſdictionem,
nec illam per ſe aut per alium exer-
cere poterit, vt reſpondit Bero.con-
ſil.22.nu.7.vol.1.poſt Canoniſtas, in
c.cum epiſcopus, de off.ord.in 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus quando poſsit delegare cauſam Vicario alterius epiſcopi.*
2 *Epiſcopus non poteſt exercere iuriſdictionem cōtentioſam extra diœceſim.*

## QVAESTIO CXLI.

Nec etiam prohibetur epiſco-
pus delegare cauſam Vicario
alterius epiſcopi ſi vltra conſenſum
1 committentis adſit quoque conſen-
ſus commiſſarii, & partium, Rota de
ciſ. 7. alias 371. vbi Papaz in apoſt.
tit.de off. vic. in no.numero quarto,
& 9. & deciſ. vltima, eod.tit.in anti-
quioribus Biſigne. ſecundum no-
uam impreſſionem. Quod etiam ea
2 ratione confirmatur, quia alias epi-
ſcopus non poteſt exercere iuriſdi-
ctionem contentioſam extra diœ-
ceſim, Gomeſ.in c.2.§.ſtatuto, num.
61. in fine, de conſt. in 6. & clarius
ante illum, Fely.in c.auditis, nu.vn-
decimo, extra de præſcrip. quos re-
fert, & ſequitur Menoc. de arb. iud.
lib.1.q.43.num.20.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus, an cognoſcere poſsit de nullitate ſententiæ ſui vicarij, & econtra Vicarius de nullitate ſententiæ epiſcopi, remiſsiue.*

## QVAESTIO CXLII.

An autem epiſcopus cognoſce-
re poſſit de nullitate ſenten-
1 tiæ vicarij, & econtra Vicarius de nul
litate ſententiæ epiſcopi, dicam in-
fra, lib.3.q.11.vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, non poteſt cognoſcere cās criminales ſine mādato ſpeciali.*
*Ampliatur, nu.2.3.& 4.*
*Declaratur, num.6.7.8.10.11.12.13.14.15.18.19. & quæ ſint cauſæ criminales fori epiſcopalis, remiſsiue, nu.1.in fi.*
5 *Indefinita, quando non æquipolleat vniuerſali.*
9 *Epiſcopus vel alius ſuperior, an ex eadem inquiſitione vicarij ſine nouo proceſſu condemnare debeat inquiſitum, remiſsiue.*
15 *Laicus qui depoſuit falſum coram iudice ſui loci, cui tamen remiſſa fuit examinatio per vicarium epiſcopi, poteſt ab eodem vicario puniri.*
16 *Teſtis qui depoſuit falſum in cauſa matrimoniali coram epiſcopo, uel eius vicario, poteſt etiam puniri per iudicem ſæcularem.*
17 *Practica iudicis eccleſiaſtici in cauſis criminalibus, remiſsiue.*

## QVAESTIO CXLIII.

Licet autem in officialem epiſco-
pi per generalem commiſſionē
ſibi factam cauſarum cognitio tranſ
feratur, poteſtas tamen inquirendi
corri-



corrigendi aut puniendi aliquorum
exceſſus ſeu aliquos à ſuis beneficijs
vel adminiſtrationibus amouendi
non transfertur in eundem niſi ſibi
ſpecialiter hæc committantur, vt for
malibus verbis iuſſit Bonifacius hu-
ius nominis octauus, in c.licet, de off.
Vic. in ſexto. ex quo tex. fit conclu-
ſio quòd Vicarius epiſcopi non poſ-
ſit cognoſcere cauſas criminales abſ
1 que mandato ſpeciali, ſecundum Io.
And. Archid. Anchar. Domin. Franc.
& alios ibi, Specul. titu. de inquiſ.§.
1. numero 5. Barto. in l. 1.§.cum vr
bem, numero 10. ff. de offic. præfec.
vrb. latiſſime, Marian.Soc.in c. quali-
ter & quando, nume. 162. extra de
accuſat. Maran. in aur. Specu.4.par.
titu.an ſit iud.ord.vel delega.nume.
16. Bertac.de epiſco.lib.quarto, par.
6.q.13. Paui.de offi.& poteſt. capitu.
ſede vacan.q.10.ſecundę par.princi.
numero 33. Rebuf. in practi.benef.
titu.forma Vica.Arch.numero 173.
Lancellott.Inſti.iur.cano.§.1.de off.
Vica. Clar.in practi.crim §. fi.q.40.in
fine. vbi etiam Giacar. in addit. Nec
aduerſatur idem Specu. in d. titu.de
Inquiſ.§.1.verſicu. quid de officiali-
bus, Dicens officiales epiſcoporum
poſſe cognoſcere ordinarie cauſas
criminales per extrauag.dudum, Ale
xan. 4. de appell. & ita fuiſſe obten-
tum, pro vt refert Maria. Soc. in di-
cto c.qualiter, numero 162. Namque
dictam extrauag. dudum, fuiſſe corre
ctam per tex.in dicto.c.licet, compro
bat Io.And.ibi, quem refert Soc. in
d.c.qualiter, nume.162.cum ſequen.
concludens, nume.173.poſt alios ibi
relatos, quòd Vicarius epiſcopi non
poteſt inquirere ad finem vt pu-
niat.

Et quamuis Hoſtien.in dicto c.li-
cet, aſſerat etiam quòd ex ſpeciali
commiſſione epiſcopi Vicarius non
poſſit de crimine accuſati cognoſce-
re nec diffinire ea ratione quia, nec
epiſcopus electus & confirmatus po
teſt talia facere, vt ipſe not. in capitu
lo, ex frequentibus, extra de Inſtitu.
& hæc omnia refert Nicola. de Mil.
in reper. in verſiculo, Vicarius epi-
ſcopi.

Contrarium tamen ſeruari refert
Lap.in dicto capitulo, licet, & Mill.in
d.verſicu. Vicarius epiſcopi vbi ratio
nem Hoſtien. confutat ex alijs per
eundem Mill. relatis. Cauſas autem
criminales & earum ſpecies ſpectan-
tes ad forum epiſcopi recenſet co-
pioſe Cucc. Inſt. iur.cano.de epiſco.
à nume.78.vſque ad 116.lib.2.quem
vide.

2 Ampliatur vt ſi Vicarius cogno-
ſcat cauſas criminales. ſine ſpeciali
mandato epiſcopi, proceſſus ſit nul-
lus tanquam iuriſdictione deficiente
Feder.de Senis conſi.220.numero ſe
cundo.

3 Secundo ampliatur etiam in vica-
rio capituli ſede vacante, Paui dicta
q.10.nume.3.

4 Tertio ampliatur etiam ſi epiſco-
pus vſus fuerit in commiſſionibus
his verbis videlicet, Committo tibi
curam & regimen epiſcopatus. Nam
ex huiuſmodi indefinita non poterit
Vicarius cognoſcere cauſas crimina-
les, Barto.in dicta l.1.§.cum vrbem.ff.
de off præfec. vrb. ſequitur Anchar.
in dicto c.licet, in princ.& Franc. co-
lum.fi.ad fi.in ver.ſed quæritur, ea ra
tione ſecundum eoſdem, quia inde-
5 finita non æquipollet vniuerſali, quā
do militat par ratio omnium particu
larium: non ſi diuerſa, ſicut militat
in eis quæ requirunt mandatum ſpe-
ciale, cum non veniant in generali
conceſſione vicariatus, dicto capitu.
licet.

6 Primo declaratur niſi in generali
mandato vicariatus expreſſa forent ſi
milia prædictis, aut maiora; vt ſi colla
tio beneficiorum committeretur &
ſimile, Tunc enim poſſet cognoſcere
cauſas criminales, Maria.Soc. in d.c
qualiter, nume. 173. extra de accuſa.

Cucc.Inſt.iur.cano. de Vica. epiſco.
nu.71.cum ſeq.
Secundo declaratur,quando vica-
rius inquirit & cognoſcit vt referat
7 epiſcopo,non autem vt puniat, quia
tunc non requiritur ſpecialis com-
miſſio Io.Monac.& Lap. in dicto ca.
licet,quos refert Gemin.nu.4 qui (li
cet perplexe) ſequitur Lapi ſenten
tiam contra Io.And. qui tenet con-
trarium , eandem ſequitur Anchar.
nume.2.Franc.col.1.in princi. 1.lim.
poſt Rot.deciſ.2.alias,66.vbi Papaz.
in Apoſt.titu.de offi.Vica.in no.An-
gel. in reperto.in ver.vicarius, Ber-
tac.de epiſco.dicta q.13.Maria.in di-
cto c.qualiter,q.5.art.14.nu. 173.quẽ
refert & ſequitur Feli. in c. non po-
teſt,colum.4.nume.5.extra de re iud.
& declarat Diaz in practi.crim.cano.
capitulo 4. numero 5. Mill.in dicto
verſicu.vicarius epiſcopi.Menoc.de
arb.Iud.lib.1.q.43.nume. 27.Foller.
in pract.crim.cano.prima par.moral.
nume.124.& par.3.titu.vel abſoluan
tur,nume.26.Cucc.Inſti.iur.cano.d.
titu.de Vica.epiſco.nume.70.quam-
uis ſub dubio id relinquat.
Extenditur hæc declaratio,vt non
ſolum poſſit Vicarius inquirere ad
8 effectum referendi epiſcopo quando
uidet inquiſitum eſſe condemandũ
ſed etiam poteſt illum abſoluere ,
quando videret abſoluen. abſque
alia relatione.Marian.in dicto c.qua-
liter,nu.171.
An autem epiſcopus vel alius ſu-
perior ex eadem inquiſitione ſine
nouo proceſſu condemnare debeat
9 inquiſitum, remittit ſe Maria. ad
20.articulum principalem in dicto
c. qualiter,verſicu. item aduerte.vbi
vide.
Tertio declaratur, quando Vica-
rius vellet inquirere vt delinquen-
10 tes ſe corrigant & emendent ſi male
fecerint, quia tunc non requiritur
ſpecialis commiſſio,Franc. in d.c.li-
cet,col.1.in prin.limi.3.poſt Innoc.&
Io.Andr.in c.ad noſtram,el 2.extra,
de iureiur.Anchar.nu.2. verſi.ſed in
alio caſu.vbi dat exemplum quando
inquiritur contra vſurarium vel aliũ
vt pœniteat,firmat Gemin. nume. 4.
poſt Lapum quem refert ibi & ſequi
tur ad finem Marian.in dicto c.quali
ter,nu.162.cum ſeq.
11 Quarto declaratur,quando Vica-
rius vellet inquirere ad publicam vti
litatem,ſecus ſi ad priuatam in caſi-
bus in quibus inquirere poteſt, Ma-
rianus in dicto capitu.qualiter,nu-
me.175.
Quinto declaratur,vbi vicarius vel
let inquirere & punire pœna priua-
tionis ſeu depoſitionis ab officio vel
12 ab adminiſtratione vel alia maiori,
ſecus ſi pœna pecuniaria vel alia ſi-
mili,arg.à ceſſante ratione tex. in di
cto capitu.fina.de off. Vic.li.6.& tra-
dit Marian. in dicto capitu. qualiter,
numero 167. Vbi tamen non audet
hoc affirmare propter generalitatẽ
tex in dicto capitu. fina. in verſi. pu-
niendi.
Sexto declaratur,quando vicarius
vellet inquirere in crimine hæreſis
13 quia tunc non requiritur ſpeciale
mandatum,Franc. in dicto c.licet,in
tertia lim.per tex. in ca. præſidentes
& in c.vt commiſſi,de hæret.in ſexto
Marian.in dicto capitu. qualiter,nu-
me.173.poſt Io.And.in dicto capitu.
licet.
Septimo declaratur,quando Cle-
ricus vel laicus offenderet aures vica
rij ne ſi falſum coram eo depone-
rent,aut ſi vellet alio modo inciden
14 ter inquirere,non autem principali-
ter:tunc enim Vicarius poſſet illum
pro motu ſuo punire arbitrarie,Fe-
der.conſi.302.Paul.de offi. & poteſt,
c.ſede vac.2.par.princi.q. 10. nu.22.
Marian.in dicto.c.qualiter,num.175.
quod tamen intelligit in caſibus à iu
re permiſſis per eundem relatis,nu.
103.cum pluribus ſeq.
Extenditur hæc declaratio etiã ſi





laicus falſum dixiſſet coram iudice
ſui loci,cui tamen remiſſa fuit exa-
15 minatio per Vicarium epiſcopalem
vt in vicario epiſcopi Aquen. reſp.
Rolan. conſi.12. à numero 1. vſque
ad 12. vol.2. Vbi etiam ſubdit vnum
aliud,num.12. cum ſeq.hic non omit
tendum , quod ille teſtis qui depo-
nit falſum in cauſa matrimoniali co
16 ram epiſcopo , vel eius vicario poſ-
ſit etiam puniri per iudicem ſæcula
rem,quod etiam deciſum in facti cõ
tingentia per conſilium Neapolita-
num teſtatur Afflict.deciſ.219.ſequi
tur Clar.in prac.crim § fi.q.38. verſ.
quæro nunc. Practicam autem iudi-
17 cis eccleſiaſtici ad procedendum in
criminalib.ponit Foller.pract.crim.
cano.tit.aut criminibus ſpecificatis,
num.50.cum ſeq.
Octauc declaratur,vt prædicta ve
ra ſint in vicario generali epiſcopi;
18 non autem foraneo,Zabarel.in cle,
1.q.17.& 18.de offi.vic.Mil.in reper.
in ver.vicarius epiſcopi.
Vltimo declaratur,vt non proce-
dat ſupradicta concluſio in vicario
19 epiſcopi creato per Papam,nam po-
teſt cognoſcere cauſas criminales
abſque ſpeciali mandato epiſcopi,
Bal.conſi.478.nu. 14. & ſeq.vol.4.Re
buf.in prac.benef.tit.forma Vic.Ar-
ch.nu.152.& nu. 156.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi dicens in principio in quiſitionis, de mandato & ordine ſuperioris, an dicatur procedere, vt ordinarius, an vero vt delegatus, nu.2.*

## QVAESTIO CXLIIII.

ADuertendum etiam cenſeo,
quòd ſi Vicarius epiſcopi in-
1 quirat contra aliquem, & dicat in
principio inquiſitionis,de mandato,
& ordine ſuperioris , videlicet,Ar-
chiepiſcopi , adhuc dicetur proce-
dere, vt ordinarius,probat gloſ.in c.
cum aliquibus,de reſcrip. in 6. Fol-
ler.prac.crim. cano.2. par.iud tit.aut
criminibus ſpecif.nu.13. Sed contra
rium tenet Lap.in c.licet, de off.vic.
2 in 6.Innoc.& Hoſt.in c.1.de off.Ar-
chipresb.& Archid.in c.1.de off.vic.
in 6.quos refert Maria.in c.qualiter,
& quando,nu.179. Quod tamen in-
telligitur,& declaratur, vt dixi ſupra
hoc eodem libro,q.55.in 2. declara-
tione,cum ſequen. vbi vide melius,
quam hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi qualiter procedere poſſit contra canonicos eccleſiæ cathedralis, & num.2.*

## QVAESTIO CXLV.

NOn tamen Vicarius epiſcopi
procedere poterit contra Ca-
1 nonicos eccleſiæ cathedralis,niſi ad
hibitis duobus de capitulo,iuxta for
mam Conci.Trid.in c.6.ſ. ſſ.25.in de
reform.tradit Picard. inter conſ.Me
noch.52.num.180.in 1.
Declaratur,niſi vicarius ex priui-
legio, aut conſtitutionibus ſiue con
2 ſuetudinibus, ſiue concordijs, ſeu
quocunque alio iure maiorem ha-
beat poteſtatem, quam dicto decre-
to Concilii comprehendatur, vt tra-
ditur in d.c.6.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt punire exceſſus officialium laicorum illi ſeruientium.*
*At contra, nu.2.*
*Ampliatur, nu.3.*
*Declaratur, nu.5.*

4 *Vicarius Cardinalis punire poteſt familiares eidem Cardinali ſeruientes*
6 *Officialis minor volens punire delinquẽtem ſubditum maiori officiali tenetur notum facere.*
7 *Epiſcopus maior eſt Vicario ſuo.*
8 *Caſus in quibus quis poteſt eſſe iudex ſuorum familiarium, remiſſiue.*

## QVAESTIO CLXVI.

SEd nunquid Vicarius epiſcopi punire poſſit officialium & laicorũ exceſſus, qui illi ſeruiũt, videlicet Cãcellarij, vel Notarii Actorum, Nunciorum, executorum & ſimilium. Dubium faciebat tex. in c.cum contingat, extra de foro competen. ubi clerici non debent conueniri propter exceſſus coram eo cui ſeruiunt, per quem tex. partẽ negatiuam tenẽt
1 Butr. & Anchar. & latius Barb. num. 14. vbi latiſſime diſputat, an epiſcopus uel eius officialis poſſit tam in ciuili quam in criminali eſſe iudex illorum qui de ſua familia ſunt, & Carauit. ſuper Ritu magnæ curiæ. Vic. 49. num. 24.

Sed contrariam ſententiam defen
2 dit Io.And. poſt Archid. in c. ſi epiſcopus, de off. ord. in 6. quos refert & ſequitur Boer. deciſ. 9. nu. 7. poſt Aufrer. in trac. de poteſt. eccleſ. ſuper laic. fol. 40. verſic. 25. epiſcopus, Franc.Marc.q. Delphin. 281. in fine, par. 1. Foller. in prac. crim. in ſecunda edit. verſ. fiat relatio Nuncii, & uerſ. Audiãtur excuſatores. et ſuper cõſt. regni tit. de magiſt. iuſtit. cap. magiſter iuſtitiarius, num. 33. poſt Barba. in dicto c. cum contingat. nu. 14. & in tract. de præſtan. Card. q. 21. nu. 10. poſt Card. in cle. ne Romani, de elec. plura cogerit Carauit. ſuper dicto Ritu 49. numero decimo, & numero 23. & alibi etiam ſcribit Abb. in c. fin. num. 5. per illum tex. de offic. Arch. quod familiares epiſcopi gaudent priuilegio fori. Ita vt ſi delinquant non poſſint à iudice laico puniri, ſed per iudicem eccleſiaſticum. & ita ad fauorem epiſcopi Brixienſis, qui petijt familiarem ſuum captum à familia poteſtatis pulcre reſpondit Calcan. conſi. 72. cui ſubſcripſit Io. de Monte Sperello, dicẽs ita communiter teneri, firmat Capic. deciſ. 12. nu. 1. Boſſ. de foro compet. poſt numerum 127. & eſt communis opinio, vt teſtatur Clar. in pract. crim. §. fin. q. 35. ver. quæro nunquid, cum alijs per eundem relatis. Et ideo Vicarius tanquam iudex eccleſiaſticus punire poterit familiares, ſibi ſeruientes, vt expreſſe dicunt Boer. & Marc. in locis iam citatis.

Ampliatur, vt non ſolum punire
3 poſſit officiales, & cancellarios alioſque familiares ſibi ſeruientes, ſed etiam familiares, & ſeruientes epiſcopo ſuo, tum propter vnitatem epiſcopi, & vicarij, de qua ſupra hoc eodem libro, q. 57. Tum etiam quia familiares Cardinalium puniri poſ-
4 ſe ab eorum vicarijs, dicit Cardi. in dicta clemen. ne Romani. quem refert, & ſequitur Barbat. d.q. 11. numero decimo, & familiares epiſcopi per iudicem eccleſiaſticum, dicit Clar. dicta q. 35. verſ. quæro nunquid, cum cæteris iam adductis. quibus addo Soarez lib. recep. ſenten. numero 156. epiſcopi familiam. vbi teſtatur de communi.

Crediderim tamen veram eſſe huiuſmodi ampliationem, quando
5 Vicarius notum faceret epiſcopo voluntatem puniendi illos. Quia ſecundum Bar. in l. officiales. C. d off. rect. prouinc. per illum tex. qando minor officialis vult punire delin-
6 quẽtẽ ſubditũ maiori officiali, illi tenetur notum facere, ſequitur illum Boer. dicta deciſ. 9. numero quinto, in fi. & numero 6. Vnde cum maior

ſit



ſit epiſcopus Vicario ſuo, ſecundum
7 Arch. in c. Romana. col. 1. i ver. curiã. de appel. in 6. Brugen. enchiridion par. aut ſimil. iur. in ver. iudicium, ad medium, Pet. Bell. tract. de re milit. par. 1. tit. 17. de off. Vic. nu. 2. illi tenetur facere notũ. Declaraciones autẽ
8 quæ deſeruiunt ſupradictę cõcluſioni adfert pleno cornu, Barbat. in d. c. cum contingat, nu. 83. vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Familiares epiſcopi, & Vicarij illisque ſeruientes portare poſſunt enſes, & arma defenſiua, uel inuaſiua.*

## QVAESTIO CXLVII.

NOn omitto etiam in propoſito, quòd ſicut epiſcopus familiares & ſeruiẽtes habere poteſt armatos,
1 qui portare poſſint enſes & arma defenſiua, vel inuaſiua, ſecundũ Bal. in l. nam & ſalutẽ. §. fi. ff. de off. præfec. vig. quem refert & ſequitur Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſu 394. nu. 65. Aufre. de poteſt. eccl. nu. 18. Rolã. conſi. 37. nume. 17. in 4. Sic etiam Vicarius eoſdem ſeruientes habere poterit ratione vnitatis perſonæ & tribunalis, vt ſepiſſimè dictum fuit.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex laicus, an crimen vſurarum cognoſcere poſſit, an vero remittere debeat ad iudicem eccleſiaſticum, remiſſiuè.*
2 *Iudex laicus vſuram cognoſcere poteſt, cum quæſtio verſatur ſuper facto, non autem ſuper iure, & nu. 4.*
3 *Vicarius epiſcopi inhibere poteſt iudici ſeculari ne inſtrumentum quaſi uſurarium exequatur, & nu. 5.*
*Et reuocare inhibitionem & reuocationem inhibitionis in cauſa vſuraria.*
6 *Vicarius epiſcopi, an poſſit inhibere iudici laico, ne procedat contra clericum, qui falſum coram eo depoſuit.*
7 *Iudex eccleſiaſticus, an laicum punire poſſit, qui coram eo falſum depoſuit.*
8 *Et quando & qualiter, & in quibus caſibus poſſit iudici ſeculari inhibere.*

## QVAESTIO CXLVIII.

SAepiſſime etiam quæri ſolet, & in dubium reuocari, An crimen vſurarum cognoſci poſſit per iudicem eccleſiaſticum, an per laicum, & Senat. Pedemont. poſt alios diſ-
1 ſerendo hunc articulum ad partes refert infinitas auctoritates hincinde, & late etiam illum examinat Cucc. Inſti. iur. Cano. de epiſc. tit. 6. à nume. 87. vſque ad 98. quorum omnium argumenta referre eſſet potius laborioſum quàm ſubtile.

Sed ea ab omnibus diſtinctio approbatur, iudicem ſecularem tantum procedere poſſe, cum quæſtio ſuper facto, non ſuper iure verſatur, quam diſtinctionem fecit Bartol. in l. omni. C. de ſacroſan. eccl. & in l. Titia. ff. ſolu. matrimo. ſequuntur illam Feder. de Sen. Lap. Alexand. Roma. Campeg. in locis relatis, & probatis per Mandoſ. ad Lap. alleg. 55. in littera b. hanc etiam conſulendo ſequutus fuit Rolan. conſil. 75. nu. 37. in primo, poſt Doct. in l. Titia. ff. ſolu. ma. Dec. & Card. in locis per Rolan. citatis, & latè comprobat Cucc. Inſti. iu. cano. de epiſc. tit. 6. num. 88. cum ſequẽ. lib. 2. poſt alios à ſe congeſtos, ita etiam concludere omnes Doctores tam Legiſtas quàm Canoniſtas, refert Iaſ. conſi. 153. nu. 3. in 4. poſt Bald. in l. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. qui dicit ita de conſuetudine ſeruari, Clar. in practi. cri-

 min.

mi.§. vſura.ver. hoc crimẽ, & §.fi.q.
37.ver.q̃ro igiẽ,referẽs ita practicari
cõcludi & obſeruari poſt Soc.Alcia.
& alios eo loci cumulatos hãc ẽt ma
gis communẽ refert Turzan. in ſuis
comm. op. 90. in fine, & ſecundum
hanc diſtinctionem reſpondit Vul-
pell. in conſi.70.numero quarto poſt
Marquar.Rip.& alios eo loci relatos
dicens huiuſmodi diſtinctionem
omnes pro indubitata comprobare,
& Sereniſſimum Principem Vrbi-
nenſem,reſcripſiſſe aliàs ad preces
inquiſiti per litteras ad Iudicem di-
rectas vt fieret relatio, ex qua decer-
nere poſſet an cognitio cauſæ foret
ad eccleſiaſticum Iudicem remitten
da, ita etiam pro Vicario epiſcopi
ſcripſit Franc. in capitulo, cum tenea
mur, numero vigeſimoquarto, de ap
pel. dum ponit vnum exemplum in
Vicario epiſcopi, qui primo inhibuit
3 Iudici ſeculari ne aliquod inſtru-
mentum quaſi uſurarium exeque-
retur, ſubdens vlterius quòd ſi pro-
nunciet inſtrumentum non eſſe uſu
rarium & reuocet ſuam inhibitio-
nem & ab hac ſententia appelletur
poterit idem Vicarius ſuam reuoca-
tionem reuocare & iudici ſeculari
iterum inhibere & mandare vt ſuper
ſedeat in exequendo; quem refert
& ſequitur; Robert. Lancellott. in
tract. de attent. capitu. 20. lim. 2. nu-
me. 19. & ad Iudicem eccleſiaſticum
inhibentem ſeculari fieri huiuſmo-
di cauſæ remiſſionem, dixit Maria.
in capitulo, cum ſit generale, nume-
ro 22. de foro comp. quem ſequitur
Clar. in dicta quæſt. 37. firmat Cæ-
phal. conſi. 402. numero 27. in tertio
Dicens, cautius eſſe cauſam vſura-
riam tractari coram iudice eccleſia-
4 ſtico ad auferendam omnem dubi-
tationem, de mente Bal. conſi. 17. nu
me. primo, in fi. vol. . Vbi inquit etiã
pluries vidiſſe ſeruari, & proinde
Cæphal. in loco præcitato docet pra-
xim vt poſſit adiri Vicarius epiſcopi
& coram eo oſtendi teſtatorem fuiſ
ſe vſurarium manifeſtum, qui Vica-
rius receptis debitis informationi-
bus pronunciabit dictum teſtato-
rem fuiſſe vſurarium manifeſtum
qua pronuncia redditur delictum
manifeſtum, & alias epiſcopum poſ-
5 ſe prohibere iudici laico ne exequa-
tur teſtamentum vſurarij, dixit Bal.
in l. hac conſultiſſima, C. de teſta.
quem refert & ſequitur, Bertac. de
epiſco. lib. 4. par. quinta, titu. de pote
ſta. epiſco. circa Iud. numero 66. vbi
etiam numero 63. cum ſequen. ſcri-
6 bit an poſſit inhibere iudici laico ne
procedat cõtra clericum qui falſum
coram eo depoſuit; de quo etiam
Clar. dicto § fina. verſicu. ſed quæro,
qui refert plures opiniones com-
munes, & illam ſeruari dicit in pra-
ctica, quod ſecularis iudex clericum
punire non poſſit neque corporali
ter neque pecuniariter, & pro vica-
rio epiſcopi Aquenſ. ita reſpondit
Rolan. conſi. 12. numero 26. cum ſe-
quen. in 2. & iterum Clar. in verſicu.
7 quæro nunc firmat iudicem eccleſia
ſticum poſſe laicum punire qui co-
ram eo falſum perhibuit teſtimoniũ
& locum eſſe præuentioni inter iudi
cem ſecularem & eccleſiaſticũ Quo
rum tamen rationem veritatemque
& quando iudex eccleſiaſticus ſub
pretextu quod inſtrumentum cuius
executio coram ſeculari petitur ſit
vſurarium, vel pretextu abſolutionis
8 petitę à iuramento, vel quòd cauſa
ſit eccleſiaſtica poſsit inhibere iudi-
ci ſeculari ſcribunt Ang. Imo. Alex.
Rip. & alij, l. 4. §. condemnatum. ff. de
re iud. & q̃ plures caſus inhibitionis
faciendę per iudicem eccleſiaſticum
ſub pęnis & cenſuris, ponit Mandoſ.
trac. de inhibit. q. 10. 11. 12. 13. & 14.
quem in ſpecie refert & ſeqtur Lan-
cellott. de Attenta. poſt inhibitionẽ
in p̃fat. par. 2. q. 4. nu. 79. 80. 81. 82. 83.
84. 85. 86. 87. Vbi ẽt late ſcribit nõ re
quiri citationem iudicis ſecularis in
huiuſ-



huiuſmodi inhibitione, dũmodo co
rã eccleſiaſtico fuerit pars citata, ſe-
cundum magis communem, nume-
ro 82. licet aliqui contra, num. 83. &
alij male ſeruari citationem dicant;
nume. 85. inhibitiones vero iudicis
eccleſiaſtici ſeruari de ſtylo refert
idem, nume 89. & nume. 91. tunc in-
hibere iudici ſeculari in certis caſib.
quando cauſa eſt ſpiritualis, uel ſpiri
tuali annexa, & dependens, alias ſe
cus. Quæ omnia libuit tangere per
indicem, cum ſint generalia loca iu-
dicis eccleſiaſtici, non autem ſpecia-
lia vicarij epiſcopalis, de quo tantum
decet habere ſermonem.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt recipere cautio-*
*nem de reſtituendis vſuris, ab hæredi*
*bus vſurarij manifeſti, & illis parare*
*actionem quibus eſt reſtitutio facien*
*da iuxta formam ca. quanquam, de*
*vſur. in 6.*

## QVAESTIO CLXIX.

ILlud etiã certi iuris eſt, quod vbi
vſurarius eſt manifeſtus nõ poteſt
1 ſepeliri in eccleſiaſtica ſepultura etiã
ſi mandauerit uſuras reſtitui, niſi pri
mo de ipſis vſuris fuerit, prout pa-
tiuntur facultates eius plenarie ſa-
tisfactũ, vel illis, quibus facienda eſt
reſtitutio ſi præſto ſint ipſi, aut alij,
qui eis poſſint acquirere, vel eis ab-
ſentibus epiſcopo aut eius Vicario,
ſiue Rectori parochiæ cautum ſit de
reſtitutione facienda, per quos actio
illis quibus eſt facienda reſtitutio pa
ratur, vt eſt tex. in capit. quamquam,
ubi Canoniſtæ, ſuper glo. in ver. loci
ordinario, de vſuris libro ſexto, la-
te ſcribit Cæphal. conſilio 402. in
tertio.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi debet compeſcere per*
*cenſuram eccleſiaſticam dominos, &*
*terrarum vniuerſitates, ne permittãt*
*alienigenas in terris ſuis conducere*
*domos ad fœnus exercendum, vel con*
*ductas habere.*
2 *Et capitulum ſede vacante.*

## QVAESTIO CL.

ET quia quo minor fęneratoribus
aderit fęnerandi commoditas eo
magis adimetur fęnus exercendi li-
bertas, dicit ſummus Pontifex in ca
pitulo primo, de vſuris, in ſexto. Vi-
1 carius epiſcopi tanquam loci ordina
rius debet per cenſuram eccleſiaſti-
cam compeſcere dominos, & terra-
rum vniuerſitates ne permittãt alie-
nigenas in terris ſuis conducere do-
mos ad exercendum fęnus, vel con-
ductas habere, vt probatur dicto ca-
pitulo primo, in fine, vbi Canoniſtę,
de vſur. libro 6. Quod in capitulo ſe
de vacante tanquam ordinario, & vi
2 ces gerente epiſcopi: nec non in il-
lo qui alias iuriſdictionem habet in
ſpiritualibus exemplum ponit Paui.
de offic. & poteſta. cap. ſede vacante,
quæſt. 7. 2. par. princ. num. 3. Propte-
rea idem in Vicario epiſcopi dicen-
dum eſt, qui etiam eſt ordinarius, ut
ſcripſi ſupra hoc eodem libro, quæ-
ſtio. 55.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimina mixti fori, quæ ſint?*

## QVAESTIO CLI.

1 INter crimina autem mixti fori, in
quibus iudex ſecularis, & eccleſia-
ſticus

ſticus præuentionem ſæpe conten-
dunt, ſolent paſſim connumerari cri
men hæreſis, adulterium, inceſtus,
concubinatus, ſtuprum, ſacrilegium,
ſodomia, ſortilegium, vſura, ſimonia,
falſum in litteris apoſtolicis, blaſphe
mia, diuinatio, fornicatio fœminarũ
cum clericis, & perſonis eccleſiaſti-
cis, lenocinium parentum, & domi-
norum filias, & famulas proſtituen-
do, vt poſt alios refert Clar. in pract.
crim. §. adulterium. § fornicatio. §. hę
reſis, §. inceſtus, §. ſacrilegium, §. ſo-
domia, §. ſtuprum, & q. 18. & 37. in
§. fin. & caſus in quibus epiſcopus po
teſt procedere contra laicos recẽſet
Bertach. tract. de epiſc. libro 4. par. 2.
tit. de auct. epiſc. circa ſpir. a nume. 5.
vſque ad 18. & Senat. Pedem. q. 103.
latiſſime Cucc. Inſti. iur. can. de epiſ.
tit. 6. nume. 87. cum ſequen. & nume
ro 100. vbi pręd icta crimina mixti fo
ri recenſet, & alia delicta eccleſiaſti-
ca ſpecieſque cauſarum, quæ ſpectãt
ad forum epiſcopalem, quæ tantum
ſat eſt hic ſupremis labijs deguſtare
ne videar proprios, & ſpeciales limi-
tes Vicariatus excedere.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi in criminibus mixti fo-*
*ri procedere poteſt contra laicos per*
*viam capturæ.*
*At contra, nu. 3.*
*Declaratur, nu. 4.*
2 *Epiſcopus tenere poteſt officiales arma-*
*tos pro executione iuſtitiæ.*
4 *Prælatus, qui præſcripſit facultatem exe*
*quendi contra laicos poteſt eos capi*
*facere, & incarcerare.*

## QVAESTIO CLII.

EX prædictis autem criminib. mix
ti fori in quibus epiſcopus proce
dere poteſt contra laicos, vt ſuperius
tactum fuit, dubitatio ſolet oriri, an
iudex eccleſiaſticus in illis poſſit ca-
pi facere laicos, aut carcerare, vel pu
nire, an vero tantum procedere poſ-
ſit contra eos per cenſuras.

1 Nam partem affirmatiuam pro iu
dice eccleſiaſtico probãt Ioan. Andr.
Domin. & Franc. in cap. cum epiſco-
pus, de offic. ord. in 6. Rom. ſing. 711.
Felin. in cap. cum ſit generale, nu. 20.
extra de foro competen. & in cap. ſi-
gnificaſti, colum. fi. ext. de off. deleg.
late Aufrer. in clemen. 1. q. 5. de hæ-
ret. & in tract. de poteſta. eccle. ſuper
laic. in princ. per tex. in cap. attenden
dum, 17. q. 4. ca. contra idolorum, 26.
q. 1. quos citat in ſpecie noſtra Co-
uar. de pract. queſt. cap. 10. nume. 2. &
poſt longam diſputationem ita con-
cludit Foller. pract. crim. cano. ſecun
da par. iud. titu. aut crimin. ſpecif. nu-
me. 52. & num. 54. late etiam tuetur
hanc partẽ Cuc. Inſt. iur. can. de epiſ.
titu. 6. nume. 112. libro 2. dicens plu-
ribus in vrbibus vidiſſe laicos capi &
carcerari a familia pontificia, iudici-
bus laicis non repugnãtibus, & alias
epiſcopum tenere poſſe officiales ar
matos pro executione iuſtitiæ, re-
2 ſpondit Rolan. conſi. 37. per totum,
volu. 1.

Sed pro contraria parte reſpondit
3 Oldr. conſil. 86. arguendo a ſpeciali
crimine hæreſis, de quo tex. in capit.
excommunicamus, el ſecondo, ad fi.
de hæret. cap. vt commiſſi. eo. titu. in
ſexto, & in clemen. 1. eo. & in cap. 1.
de off. ord. in cap. poſtulaſti, extra de
homic. ca. cum C. laicus, de foro com
pet. l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ. §. ſi
vero canonicum, in Auc. de mãdatis
princ. quibus probatur iudicibus ec-
cleſiaſticis non aliter eſſe permiſſam
coercendi poteſtatem, quam cenſu-
ris, & eis non ſufficientibus, miniſte
rio iudicis ſecularis, quibus funda-
mentis conatur hanc ſententiam di-
fendere latiſſime Ioan. Lup. in capit.
per



per veſtras, §. ſed eſt pulchra dubita-
tio, de donat. inter vir. & uxo. Ancha
ran. in dicto cap. cum epiſcopus, & in
reg. ea, quæ. q. 11. de reg. iur. in 6. qui
dicit hanc eſſe communem ſenten-
tiam, & idem fatetur Ioan. Andr. in
addit. ad Specu. tit. de off. ord. Foller.
in pract. crim. cano. fol. 97. nume. 52.
& ſeq. Didac. dicto capit. 10. nume. 2.
quem retulit idem Foller. ſuper con
ſti. Regni, tit. de epiſ. audien. num. 6.
& poſt Menchiac. & alios, Clar. in pra
cti. crim. §. fin. q. 37. ver. vnum tamen,
ſubdens hanc opinionem communẽ
in practica ſeruari apud ipſum, nec
ab illa eſſe ullo pacto recedendum,
& ita ex facto iudicatum per Parla-
mentum Pariſienſe, & ad terminos
Vicarij epiſcopalis, quod nõ habeat
capturam contra laicos in cauſa ma-
trimoniali, & alijs cauſis ſpiritualib.
comprobat latiſſime Franc. Marc. q.
Delphin. 449. per totam, par. 1.

4 Quæ tamen ſententia declaratur,
vbi prælatus legitime præſcripſiſſet
hanc facultatem exequendi contra
laicos, quia tunc eos capi, & carcera
ri facere poſſet, Bal. in cap. ſignifica-
ſti, de off. deleg. ſequitur Lup. in d. §.
ſed eſt, nu. 26. quem ſequitur Couar.
dicto cap. 10. nume. 2. verſ. primum.
Dicens ita iamdiu obtinuiſſe uſum
in aliquot Hiſpaniarum diœceſibus,
nec unquam abrogatũ a Carolo Re-
ge inuictiſſimo. Hanc etiam opinio
nem ab vtriuſque partis fautoribus
receptam refert Clar. dicta q. 37. in
fine. Et quoniam in hac quæſtione
ſpecialis edita fuit conſultatio dire-
cta Gregorio XIII. fe. re. ab incerto
Auctore inter conſi. Iac. Beret. 3. per
totam, ubi multis folijs diſſerendo
articulũ ad partes, & referendo hinc
inde ſingulas rationes, & argumenta
partem affirmatiuam uti magis com-
munem defendit, & conſ. 4. traditur,
an liceat epiſcopo tenere familiam
armatam pro exequutione iuſtitiæ,
non putarem eſſe ab iſta magis com
muni diſcedendum, nec ad alium
Auctorem in hac controuerſia eſſe
recurrendum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Tortura debilitat membra.*
2 *Irregularitatis periculum imminet cleri-*
*co torquenti.*
3 *Vicarius epiſcopi poteſt inferre torturam*
*abſque periculo irregularitatis, & nu-*
*me. 4. & 7.*
*Ampliatur, nu. 11.*
5 *Et mandare laicis miniſtris, quod tor-*
*queant clericum, & nu. 9.*
6 *Quamuis de iure epiſcopus, vel eius Vi-*
*carius faciens clericum torqueri per*
*laicos ſit excommunicatus.*
8 *Tortura clericorum non debet eſſe ſæua,*
*ſicut laicorum.*
9 *Conſuetudo obſeruatur, quod laici tor-*
*queant clericum ad mandatum epi-*
*ſcopi, quamuis aliud diſponat ius com-*
*mune, & nu. 7.*
10 *Delicta clericorum non debent remane*
*re impunita.*
11 *Vicarius epiſcopi cum aſsiſtentia iudi-*
*cis ſecularis faciens vnum clericum*
*torqueri propter crimen ex quo poſtea*
*fuit ad mortem condemnatus non ef*
*ficitur irregularis.*

## QVAESTIO CLIII.

SEd magis in ſpecie proſequendo
iuriſdictionem vicarij epiſcopalis
in ijs, quæ ad criminalia pertinent.
Quæro nunc, an iſte iudex reos poſ
ſit ſubijcere tormentis? Dubium ete
nim faciebat, quia per torturam de-
bilitantur membra. Et debilitatio
probatur tum per ipſam experientiã
tum etiam auctoritate Abb. in c. accu
ſaſti, in fine, extra de accuſat. Angel.
de malef. in uer. membrum, nume. 8.
Bal.

Bal.in l.non ſunt liberi,in ſecũda le-
ctura,ff.de ſtatu homi.uum ſcribunt
tortum non poſſe ſtatim exercere of
ficium brachij. Quãdo autem mem-
bra debilitantur,tunc periculum eſt
ne torquens clericus incurrat irre-
gularitatem,Card. in cap.1.extra ne
2 cler. vel mona. dicens bonum eſſe,
quod talis clericus peteret diſpenſa-
tionem,refert illum Felin.in capitu.
cum illorum,nume.12.extra de ſen-
ten excom.

3 Sed in contrarium eſt veritas, ut
teſtatur glo.in cap.presbiteri,el pri-
mo,5.q.6. probat tex.in cap.illi, qui,
5.q.5.ibi,religioſus tortor.Abb.in c.
vniuerſitatis, nume.5. extra de ſent.
excom.ubi Felin.nu.2.Diaz in pract.
crimin. cano. capitulo 117. numero
15. & ita quotidie practicari vide-
mus.

4 Nec allegata ſuperius in contra-
rium ſuper periculo irregularitatis
vera ſunt, quia contrarium tenet gl.
in dicto cap.accuſaſti,Abb.in cap.cle
rici,nume.3.extra ne cler.vel mona.
Fel.in capit.cum illorum, nume.12.
Nec diſſentit ab hac ſententia,Card.
in dicto cap. 1. prout etiam declarat
Felin.in præcitato capitulo, cum il-
lorum.

Ampliatur, vt Vicarius epiſcopi
laicis etiam miniſtris præcipere poſ-
5 ſit, quod torqueant clericum: licet
enim de iure epiſcopus, vel eius Vi-
carius faciẽs clericum torquere per
laicos ſit ipſo iure excommunicatus
vt ex alijs refert Felin.in dicto capit.
vniuerſitatis,nume.2.Dec.in cap.di-
6 lectis,in princ. extra de appell. Diaz
in dicta pract. crimi.cano.dicto c.17.
num.7. Subdens de mente aliorum,
quod ſi clerici neſciunt torquere,tũc
poterit uocari laicus officialis,qui li-
7 gabit clericum torquendum, & po-
ſtea clerici torquere poterũt, firmat
hanc ſententiam Abb.in dicto c.vni-
uerſitatis, nume.6.ea potiſſimum ra
tione, quia tortura clericorum non
debet eſſe ita ſæua, ſicut laicorum,
8 ſed debẽt ſubijci verberibus, non au-
tem debent ſupponi aculeis, ſeu fidi
culis, & in cap.cum in contemplatio
ne, de reg.iur.in 6. Diaz in loco iam
citato, num.13. & ſeq. Viu.opin.com
mun.in ver. clerici nõ poſſunt,Clar.
in pract.crim.§.fin.quæſt.64.verſ.ſed
an clericus. Verbera autem non per
laicum, ſed clericum debent inferri,
vt dictum fuit ſuperius. Et ideo tor-
tura non eſt per laicum inferenda,
ſed per clericum,ſecundum commu-
nem ſententiam,de qua Ripa, in ca-
pitu.decernimus,nume.39. extra de
iudic.

9 Tamen in contrarium eſt commu
nis obſeruãtia,ſecundum Abb.in di-
cto cap.vniuerſitatis,nume.6.& in c.
vt famæ, nume.8.de ſenten. excom.
quem refert Diaz pract. crimi. cano.
cap.117.num.6.Foller.pract.crimin.
cano.fol.260.nume.11. & poſt alios,
Clar.dicta quæſt.64.ver.ſed hic quę-
ro. Dicens quotidie vidiſſe obſerua-
ri,ut mandante epiſcopo,clerici a iu
dicibus ſecularibus torqueantur, &
hanc eſſe bonam conſuetudinem, ne
alias delicta clericorum remaneant
impunita, quidquid dixerit Abb. in
10 dicto cap.vniuerſitatis, & in dicto c.
vt famæ, cuius dicta confutat Alex.
in dicto cap.illi,qui,vt refert Clar.in
d.verſ.ſed hic quæro.

11 An autem Vicarius epiſcopi,cum
aſſiſtentia iudicis ſecularis faciens
vnum clericum torqueri propter cri
men, qui poſtea ad mortem condem
natus fuit,efficiatur irregularis, ex fa
cto reſpondit Cępol. conſil.crim.78.
per totum,Vicarium non effici irre-
gularem,quem retulit Giacar.apoſt.
ad Clar.§.fin.quæſtione quadrageſi-
ma,in fine.

*S V M M A R I V M.*

1 *Concilium Toletanum prohibuit ne iudi*
*ces eccleſiaſtici iudicium ſanguinis*
*agitarent.*

*2 Irre-*



2 *Irregulares ſunt iudices & omnis parti-*
*cipantes in cauſa ſanguinis.*
3 *Vicarius epiſcopi non poteſt exercere pœ*
*nam verberationis uel fuſtigationis.*
*Contra,nu.4. Declaratur,nume.5.cum*
*alijs ſeq.*
6 *Epiſcopus qui facit aliquem crudeliter*
*fuſtigari per duos menſes à miſſarũ*
*celebratione ſuſpenditur.*
7 *Presbyteri, Abbates & Leuitæ nullis de-*
*bent verberibus ſubiacere exceptis gra*
*uibus, & mortalibus culpis.*
8 *Clericus in caſu quo ſit uerberandus nõ*
*poteſt verberari per laicum etiam de*
*mandato epiſcopi, ſed per miniſtrum*
*eccleſiæ.*

## QVAESTIO CLIIII.

ET cum olim fuerit ſtatutum in
Concilio Toletano ne iudices ec
cleſiaſtici iudicium ſanguinis agita-
1 rent, ne ve per ſe facerent membro-
rum truncationes aut iudicarent in-
ferendas ſub pœna priuationis ho-
noris, ac loci.c.his à quibus 23. q.8 c.
in archiepiſcopatu,vbi Abb.extra de
rapt.c.clerici,& c.ſententiam,& vtro
bique Canoniſtæ.ext.ne cler.vel mo
na.diuus Tho.4.ſent.diſt.5.q.2.art.5.
2 poſt medium, vbi dicit quod iudex, &
omnes qui participant in cauſa ſan-
guinis ſunt irregulares propter hoc
quòd effuſio ſanguinis non decet Mi
niſtros Dei, refert illum, Ant.Franc.
in apoſt.ad Abb.in cap. ſicut ante fi-
nem extra eo.Diaz.in pract.crim.ca-
no.cap.92. Boſſ.de foro compet.nu.
160. dicens Vicarium epiſcopi non
condemnare hæreticum ad mortẽ,
ſed declarare hæreticum eſſe.

2 Quæro etiam in propoſito,an Vica-
rius Epiſcopi poſſit exercere pœ-
nam verberationis vel fuſtigatio-
nis, in quibus,vt plurimum ſolet in-
teruenire aliqualis effuſio ſanguinis.
3 Nam pro negatiua eſt tex. in d. c.in
Archiepiſcopatu,cum glo.in ver. fla-
gellis,vbi epiſcopus poteſt ſubditos
flagellis afficere ea moderatione ad-
hibita quòd flagella ad ſanguinẽ nõ
procedant,glo.in d.c.his à quibus,in
ver. præcipiant,23. q.8. & hanc par-
tem videtur probare Abb.in dicto c.
in Archiepiſcopatu.nu.3.& in cap.1.
nu.3.extra de calumniat. Sed con-
trariam ſententiam tenet Paul.Gril-
lan.in tract.de relax.carcer. q. 5. quẽ
ſequitur Diaz in pract.crim.cano. c.
125.nume. 6. Vbi in fine deteſtatur
4 illos iudices qui flagellandos induũt
lineis veſtibus cera intinctis, vt de-
ſuper flagellentur,quaſi diligant inu
tiles correctiones dum ſcrupulis cõ
ſulunt, ea ratione, quia illa qualis
qualis effuſio nõ conſideratur, cum
non veniat principaliter ex ſenten-
tia,ſed ex poſt facto,ſecundum regu
lam l.ſi quis nec cauſam, vbi Doct.ff.
ſi cert.pet.

Nec aduerſatur tex. in dicto c.in
archiepiſcopatu,quia ibi non repro-
batur aliqualis effuſio ſanguinis, ſed
quod flagella in ſanguinis vindictam
videantur tranſire, vnde prohibe-
tur vindicta ſanguinis non autem ac
cidentalis effuſio.

Declaratur igitur prædicta conclu
5 ſio, vbi adeſſet qualis qualis effuſio
ex moderata verberatione, ſecun-
dum Grillan.& Diaz. in locis ſupe-
rius allegatis,ſecus ſi immoderata &
crudelis, firmat etiam Clar.in pract.
crim.§.ſi.q.70.ver.eſt etiam,vbi dicit
quòd epiſcopus,qui facit aliquẽ cru-
6 deliter fuſtigari per duos menſes à
miſſarum celebratione ſuſpenditur
per tex.in cap.præterea,de cler. per-
cuſſ.

Secundo declaratur in Clericis,
qui verberari poſſunt pro minoribus
7 culpis, ſecus in Presbiteris, Abbati-
bus & Leuitis, qui nullis debent ver
beribus ſubiacere exceptis grauibus
& mortalibus culpis,tex.cum glo. in
c.cum beatus.45.diſt.Præpoſ.in c.ſi.
35.diſt.Diaz.in d.c.125.nu.2.

Tertio

Tertio declaratur, quod in caſu
quo clericus venit verberandus non
8 poſſit verberari per laicum etiam de
mandato ſuo, ſed per miniſtrum ec-
cleſiæ clericum, & pro honeſtate in
eccleſia, cap. vniuerſitatis, vbi Abb.
in princ. & nume. 5. de ſent. excom.
Idem Abb. in cap. inter alia, col. 4. de
immunit. eccleſ. & poſt multos alios,
Diaz in dicto capitu. 125. numero 3.
& quarto.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex eccleſiaſticus non poteſt imponere pęnam exilij.*
*Contra, nu. 2.*
3 *Intellectus cap. cum non ab homine, extra de iud. & cap. 2. extra de cler. excommu.*
4 *Epiſcopus poteſt regulariter inuocare auxilium brachij ſecularis.*

## QVAESTIO CLV.

SOlet etiam dubitari, an Vicarius
epiſcopi poſſit imponere delin-
quentibus pęnam exilij. Nam huiuſ-
modi facultas non videtur conceſſa
1 iudici eccleſiaſtico, cap. cum non ab
homine, vbi Butr. & late Abb. nu. 14.
extra de iud. firmat Felin. ibidem, nu
mero 7. per tex. in capit. 2. in fine, de
cler. excommu. & in cap. 1. numero 3.
extra de calum. & hanc dicit eſſe cō-
munem opinionem Alciat. in dicto
cap. cum non ab homine, nume. 110.
Clar. in pract. crim. §. fin. quæſtio. 67.
in fine.
2 Sed contrariam ſententiam tenet
Abb. in dicto capit. 1. nume. 3. per il-
lum tex. & in d. cap. cum non ab ho-
mine, nume. 4. Dec. nume. 13. ad fin.
poſt Barbat. ibi, colum. 6. verſ. & dicit
hoc Diaz, qui de Vicario epiſcopi lo
quitur in pract. crim. cano. cap. 126.
in princ. & nume. 3. & 4. & hanc ob-
ſeruare communis conſuetudo dicit
Foller. in pract. crim. cano. 3. par. iud.
tit. & ſi confeſſi, aut conuicti, nume-
ro 15. & 16. Clar. dicta quæſtione 67.
in fine.

Probatur hæc ſententia tum in dicto cap. 1. tum etiam in cap. hi, qui. 3. queſtio. 4. cum glo. in ver. in exilio, & in cap. cum beatus, 45. diſt. & in cap. ſynodo, 63. diſt. cap. felicis, de pęn. & c. accedens, extra de reſtit. ſpol. cum cæteris ſimilibus citatis per Doctores ſuperius allegatos.

Nec aduerſantur tex. in d. ca. cum
non ab homine, & in dicto cap. 2. de
cler. excommun. min. quia loquun-
3 tur, quando quis traditur curię ſecu
lari, quo caſu eccleſia ſolet interdi-
cere ne moriatur, cap. nouimus, ext.
de verborum ſignific. & iſto reſpectu
de exilio loquuntur, ut mortem exi
lio excludant, non autem, quod iu-
dex eccleſiaſticus exilium impone-
re nequeat, prout etiam ſic declarat
Dec. in dicto cap. cum non ab homi-
ne, nume. 13. Aliter etiam reſpondet
Abb. in dicto cap. 2. numero quarto,
quod cum epiſcopus de facto pęnam
exilij imponere non poſſit, inuocat
auxiliũ brachij ſecularis, ſicut regu-
4 lariter poteſt, vt in capitulo primo,
de offic. ordin. & tradit late Couar. li
bro pract. quæſtio. capitulo decimo,
Pau. Fuſc. tract. de uiſitat. & reg. eccl.
cap. 32. numero decimotertio, libro
ſecundo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi non poteſt reuocare clericum ab exilio.*
2 *Princeps ſolus, & non alius dare poteſt licentiam reuertendi miſſo in exilium.*
3 *Epiſcopus, vel eius Vicarius poteſt dare licentiam exuli reuertendi ex iuſta cauſa.*
*Declaratur, nu. 4.*
5 *Clericus miſſus de facto in exilium per Vicarium epiſcopi, poteſt per eundem reuocari.*



## QVAESTIO CLVI.

QVid autem econuerſo? an Vica-
rius epiſcopi reuocare poſſit
clericum ab exilio, in cuius
pœnam dãnatus fuit? Videtur enim
non poſſe ſecundum Præpoſ. in cap.
1 in primis, per illum tex. 2. quæſtione
prima, ea ratione ſecundum eũ, quia
ex quo legitime eſt miſſus in exiliũ
non poteſt inferior ſuper iſtis gratiã
facere, argumen. tex. in cap. cum te,
vbi Canoniſtæ, extra de ſent. & re iu-
dic. facit tex. in l. relegati, in fine, vbi
Bart. ff. de pœn. notat, quod miſſo in
exilium ſolus Princeps, & non alius
poteſt dare licentiam reuertendi, la
2 te comprobat Franc. Marc. quæſtio.
Delphin. 353. parte ſecunda, & hu-
iuſmodi argumentis in Vicario epi-
ſcopi firmat hanc partẽ Diaz in pra-
cti. crim. cano. c. 126. in fi. Foller. prac.
crim. cano. 3. par. iud. tit. & ſi confeſſi
aut conuicti ſunt, nu. 121. & 122.
Declaratur, niſi adſit iuſta cauſa re
uertendi, quia tũc epiſcopus, vel eius
3 Vicarius dare poteſt licentiam reuer
tendi, Diaz. d. c. 126. in fi. poſt Bart. in
d. l. relegati. quæ autem ſit iuſta cau-
ſa reuertendi, reſidet in arbitrio ip-
ſius iudicis ſecundum ea, quæ ſcribit
Menoc. de arbit. lib. 2. caſu 140. Et ſe-
cundum huiuſmodi arbitrium vide-
mus quotidie epiſcopos, & eorum vi
carios facere gratiam de pœnis exi-
lij quemadmodum de alijs nulla ha-
ta differentia.
4 Subdeclaratur vbi adeſſet ſpeciale
mandatum epiſcopi, aut verba in in-
ſtrumento Vicariatus importantia
ſpeciale mandatum ſecundum nota-
ta de Vicario imperij per Felin. in d.
c. cum te, nu. 15. poſt Bal. in l. 2. nume
ro decimoquarto, C. de pedan. iud.
Anchar. conſi. 331.
Secundo declaratur, niſi clericus
eſſet de facto miſſus in exilium per
Vicarium, tunc enim poſſet per eun
5 dem iudicem reuocari, Diaz in dicto
cap. 126. in fi. poſt Præpoſ. in d. cap. in
primis, Bal. & Iaſ. in l. ſi pacto quo pę
nam. C. de pac. ſcribit late Vant. tra-
cta nullit. titu. quid ſit nullitas, nu-
mero 17.

*SVMMARIVM.*

1 *Delicta perſonarum eccleſiaſticarum, quæ ob illorum atrocitatem deponuntur, & traduntur curiæ ſeculari, quæ ſint, remiſsiue tamen.*
2 *Depoſitio quotuplex.*
3 *Depoſitio verbalis, quæ ſit.*
4 *Depoſitio actualis ſiue degradatio clerici, quæ?*
5 *Degradandi forma, & modus, qui, remiſsiue, & nu. 11.*
6 *Depoſitio verbalis eſt ordinis epiſcopalis.*
*Contra, nu. 8.*
7 *Vicarius generalis epiſcopi non poteſt aliquem deponere ab ordine.*
8 *At contra ſi adſit mandatum ſpeciale.*
*Declaratur, nu. 9.*
10 *Degradatio actualis, & ſolemnis, qualiter fiat.*
12 *Degradans clericum, quomodo pronunciare debeat, vt degradatus tradatur curiæ ſeculari.*
13 *Iudex ſecularis in crimine mere eccleſiaſtico tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici, non autem in crimine communis fori.*
14 *Crimina communis fori, quæ ſint, remiſsiue.*

QVAE-

## QVAESTIO CLVII.

ET quia non nunquam tam gra-
uia delicta à perſonis eccleſiaſti
cis committuntur vt ob eorum atro
citatem e ſacris ordinibus deponan
tur & curiæ tradantur ſeculari, c.tuę
1 de pęn.Specul.in titu.de accuſ.§.52.
Abb. in c. cum non ab homine, col.
8.& ſequen & in capitu. at ſi clerici.
§.de adulterijs, extra de iud. Maran.
de ord.iud.4 par.11.diſtin.titu. de Iu
dic.ſecul vel ecc. nume. 71. Diaz in
practi.crimina.cano.c.127. nume. 7.
& ſequen.& c.132.& 133.Iul.Clar.in
practi.crimina.§.ſi.quæſt.36.verſicu.
ſcias etiam,cum ſeq. Concil. Trid.c.
4.ſeſſ.13.

Quæro igitur,an Vicarius Gene-
ralis epiſcopi poſſit clericum depo-
nere. & pro intellectu huius quęſtio
nis aduertendum, cenſeo duplicem
eſſe depoſitionem:Nam alia eſt ver-
2 balis & alia actualis. Verbalis eſt quã
do epiſcopus pronunciat ſententiam
contra clericum,per quam priuat il-
3 lum ordinibus clericalibus, & hæc
proprie loquendo appellatur depoſi
tio, licet quandoque à Doctoribus
dicatur degradatio. Actualis vero de
poſitio, quæ proprie à Doctoribus
4 appellatur degradatio, eſt quando
clericus non modo priuatur per ſen
tentiam, ſed etiam perſonaliter &
actualiter degradatur, exuitur & ſpo
liatur ordinibus eccleſiaſticis,capit.
degradatio,vbi Doct.de pęn.in ſexto
Abb. in c.qualiter & quando lo ſe-
condo,numero decimo,extra, de ac
cuſ.Iul.Clar.in pract.cri.q 74.in prin
ci. poſt alios ibi citatos,& in ſpecie
5 Foller.qui ponit modum & formam
degradandi ſacerdotes verbaliter &
realiter,in practi.crimina. cano.ter-
tia par.iud.titu.& ſi confeſſi & conui
cti,nume.15.& 16.Lancellott. Inſti.
iur.cano.in rub.de depoſ.ſeu degra-
da.cum glo.& in princi.& §. 1. Con-
cil.Trid.dicto c. 4. ſeſſ.13.Menoc.de
arb.Iud.lib.ſecundo,cent.5.caſu 415.
per totum.

Vbi ergo quæritur an verbalis de
poſitio fieri poſſit per vicarium. Du-
6 bium facit, quia plerique dicunt
hanc eſſe ordinis epiſcopalis, vt per
glo.in c.tranſmiſſam,in ver.de dotali
bus,vbi Abb.refert quinque opinio-
nes diuerſas Canoniſt. in c. non po-
teſt,de reg.iur. in ſexto, & in capitu.
2. de pęn. in 6. Specul.titu.de accuſ.
in ver.degradatur,& ea quæ ſunt or-
dinis epiſcopalis perfici non poſſunt
per vicarium,vt dixi ſupra hoc eodẽ
libro quæſt. Et vicarium generalem
epiſcopi non poſſe aliquem ab ordi-
7 ne deponere,ſed tantum amouere à
beneficio,dicit Franc.in capitu.licet
in glo. prima,in fine,verſicu. de iure
tamen,& colum. ſecunda,verſicu.in
ea glo.dicitur non in omnibus, & co
lum.ſi.verſi.aduerte. Gemin. nume.
7.poſt Anchar.num.2.& Lap. de off.
Vica.in 6.

Ita quòd ſi vicario concedat capi
tulum ſede vacante quòd omnia poſ
ſit excepta collatione beneficiorum
non poterit adhuc deponere cleri-
cos.Paui.in tract.de off. & poteſt,ca.
ſede vacan.2.par.prin.q.10.nume.18.
poſt Lapum ibi citatum,eandem cõ-
cluſionem probat Lancellott.in.§.1.
cum ſequen. cum glo. in verſi. ſolus
epiſcopus,Inſti.iur.cano.de depoſ.&
degradat.Archid.in c.Romana,col.1.
in ſi.de appella.in 6. Anchar. rub. de
reg.iu.in ſexto,cum adductis per Pa-
uinum d.q.10.nume.18. ſibi contra-
rium,num e.33.

Tamen vicarium ex mandato ſpe
8 ciali epiſcopi poſſe etiam deponere
clericum,dicit Bal.in l.aliquando nu
mero octauo,ff.de offi.proconſ.& ita
de conſuetudine ſeruari dicit Fran.
in dicto ca.licet,in glo.prima, in fine
Gemin.numero ſeptimo.& pro vica
rio epiſcopi Peruſini qui volebat de
ponere



ponere canonicũ ob delictum, quod
patrarat, reſpondit Abb.conſilio vi-
geſimoquinto,in fine,volumine pri-
mo, Paui.dicta quæſt.10. numero 33.
Albert. in repe.cap.quoniam,q.7.nu
mero octauo, de hæret.in ſexto, to-
mo 5.poſt hæc ſcripta uiſus.Et hodie
ex decreto Concilij Tridentini in di
cto cap.4. ſeſſ. 13.cauetur Vicarium
epiſcopi ad verbalem depoſitionem
deuenire poſſe cum aſſiſtentia Abba
tum, vel aliorum conſtitutorum in
eccleſiaſtica dignitate, & tradit glo.
in d.§.1.in ver auctoritatem, Inſtit.
iur.can. de depoſ.

9 Declaratur, vt procedat in Vica-
rio generali,non autem in vicario fo
raneo,Paui.dicta quęſtione decima,
nume.33.

10 Actualis autem,& ſolemnis degra
datio fit per ipſum epiſcopum ſerua-
tis hodie ſolemnibus, de quib.Con-
cil.Triden.dicto ca.4.ſeſſ.13.ubi hęc
omnia traduntur poſt tex. in dicto c.
degradatio, ubi Archid.& tradit Me
noc.dicta centu.5.dicto caſu 415.nu-
mero 25.Lancellot.dicto §.1.Inſt.de
depoſ.& degra. Clar.dicta q.74.verſ.
ſed quæro.

11 Forma autem verbalis depoſitio-
nis,& actualis degradationis ponitur
in dicto cap. degradatio, de pœn. in
ſexto, & in pontif. libro, fol.189. &
190. ſic referente Claro in d.q.74.in
princip.ponit eandem Io. Viguer.in
ſtit.Chriſti.Theolog.titu.de ſacram.
ord. ſub cap.de pœn.& cenſur.eccle.
nume.197.remiſſiuè Menoc.dicto ca
ſu 415. numero 24. Lancellot. dicto
§.primo.

Facta autem ſolemni degradatio-
ne ſeculari poteſtate præſente degra
12 dans pronũciabit, vt ſecularis iudex
degradatum tanquam clericali priui
legio exutum recipiat puniẽdum in
forum ſuum, vt formalibus uerbis
docet Lancellot.in dicto titu.de de-
poſ.§.clericus.ſubdens eccleſiã tunc
debere intẽdere, vt citra periculum
mortis in illum ſentẽtia moderetur;
de quo late Doc.in cap.nouimus,de
verborum ſignific. Diaz in prac.cri-
min.cano. cap.133. numero quarto,
Boſſ.de foro compet.nu.160.

An autem iudex ſecularis tenea-
13 tur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſti
ci, Clar.in pract.criminal §.fin.q 96.
verſ.quæro etiam,dicit eſſe commu-
nem ſententiã,quod in crimine me-
re eccleſiaſtico ſecularis teneatur
exequi ſententiam eccleſiaſtici abſ-
que alia cognitione, ſecus ſi crimen
eſt communis fori,quia tunc non te
netur ſtare proceſſui eccleſiaſtico,
ſed de nouo cognoſcere debet. Quæ
autem ſint crimina fori communis
ponit Clar.in dicta prac.crimin.§.ſi.
14 quæſtione trigeſimaſeptima,per to-
tum, & 18. caſus in ſpecie recenſet
Bertach.de epiſc.libro quarto,parte
ſecunda,titu.de poteſta.& auc.epiſ.
circa ſpir.a numero quinto,vſque ad
18. & tetigi ſupra hoc eodem libro
quæſt.150. Et quoniam materia iſta
non magis pertinet ad Vicarium epi
ſcopalem,quam ad inquiſitorem, &
alios iudices eccleſiaſticos, vt per
Clar.in dicta quæſtio 96.verſ.quæro.
ideo ſat eſt lectorem admonuiſſe lo-
caque deſignaſſe, ex quib. ipſe quod
in rem ſuam eſſe videbitur,poſſit de
promere, more Tiraquel. in tracta.
de utroque retrac. in præfat. nu.42.
in fine.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudices eccleſiaſtici, in quibus caſibus punire poſſint clericos publicatione bonorum.*

2 *Vicarius epiſcopi ſine ſpeciali mandato non poteſt confiſcare bona clericorum.*

3 *Confiſcatio bonorum non venit in generali commiſſione iuriſdictionis.*

4 *Vicarius generalis Papæ habet ius confiſcandi ſine mandato ſpeciali.*

*Pandulphus Malateſta Vicarius ſummi Pontificis in Ciuitate Fani.*

## QVAESTIO CLVIII.

QVæri etiam ſolet, & in dubium
reuocari, an iudices eccleſia-
ſtici imitã. leges ciuiles poſ-
ſint punire clericos pœna amiſſionis
bonorum, ex not. per But. in ca. quia
diuerſitatem, extra de conceſſ. præb.
quem refert Imo. col. 4. Felin. in cap.
irrefragabili, §. cæterum, nume. 11.
extra de offic. ordin. ſcribit late Diaz
in pract. crimin. can. cap. 124. ferè per
totum. vbi, nume. 6. in fine, cum ſe-
quen. dicit hunc articulum egere de
claratione pontificia, firmans nihilo
minus licere iudicibus eccleſiaſticis
ad legum imitationem punire cleri-
1 cos bonorum publicatione in caſib.
in quibus laici eſſent puniendi nul-
la habita ratione ſiue mobilia ſint ſi-
ue immobilia, & ita communiter te-
neri dicit Clar. in pract. crimin. §. fin.
quæſtione ſeptuageſimaoctaua, verſ.
quæro nunc, poſt Anchar. in cap. ver-
gentis, numero vigeſimoprimo, ext.
de hære. & late ſcribit Boer. dec. 263.
per totam.

Ideo quæro nunc in ſpecie noſtra
an Vicarius epiſcopi poſſit in prædi-
ctis caſibus confiſcare bona clerico-
rum. Et non poſſe, niſi adſit manda-
tum ſpeciale probatur, tum quia Vi-
carius ex generali mandato non po
2 teſt punire, cap. 2. vbi Docto. de offic.
Vic. in 6. Tum etiam, quia in generali
commiſſione iuriſdictionis non ve-
3 nit ius confiſcationis bonorum, ſecũ
dum Bal. in l. Imperatores, in fi. ff. de
off. præfec. vig. ſequitur illum Franc.
Marc. q. Delphin. 613. nume. 1. par. 2.
poſt Alex. in l. 1. nu. 75. ff. de off. eius,
Rom. conſi. 59. num. 2. vbi late Man-
doſ. in annot. in ver. poſiti, & in ver.
reſeruata.

Declaratur, vt non procedat in Vi
cario generali Papæ, in quem tranſit
ius confiſcandi, abſque ſpeciali com-
miſſione, vt pro Pandulpho Malate-
ſta Vicario ſummi Pontificis in Ciui
tate Fani reſpondit Roma. conſi. 59.
nu. 2. cum ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia, quales pœnas indicere poſſit.*

## QVAESTIO CLIX.

HAbet etiam eccleſia alias pœnas
imponere præter ſupradictas.
1 Nam poteſt facere imprimi chara cte-
rem in faciem, inducere ſeruitutem
damnare ad triremes, ad perpetuos
carceres, ad perpetuum murum, in-
ferre pœnam mitrationis, gabiæ, pu-
blicationis bonorum, detrudere in
arctum monaſterium, interdicere aſ-
ſumptionem dignitatis, indicere pri
uationem dignitatis, mandare, vt mu
lieri, quæ habuerit duos viros ton-
deantur veſtes, & abſcindantur cri-
nes, & publicè vituperetur, & alias
quoque imponere pœnas etiam cor-
porales citra ſanguinis vindictam, de
quibus Hoſtien. in ſumma, titu. de
pœn. §. quas pœnas. Innocen. in cap.
qualiter, & quando, lo ſecondo, nu-
mero ſexto, cum ſequen. de accuſat.
apoſt. ad Felin. in capitulo ſecundo,
in ver. pœnam, extra de calum. idem
Felin. in capit. cum non ab homine,
nume. 8. extra de iud. Diaz in pract.
crimina. cano. a cap. 123. vſque ad fin.
Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 70. Fol-
ler. prac. crim. cano. 2. par. iud. tit. re-
perti culpabiles citentur, nume. octa
uo, cum ſequentibus, & tertia parte,
titu. & ſi confeſſi, numero 56. cum
pluribus ſequen. Quas pœnas ſatis
fuit quaſi tangere per indicem ne vi
dear



dear proſilire extra cancellos Vica-
rij epiſcopalis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt imponere cleri-
cis pęnas pecuniarias, & illas came-
ræ epiſcopali applicare.*
2 *Diœceſanus epiſcopus habet fiſcum.
At contra, quod habeat cameram tan-
tum, nume. 3.*
4 *Fiſcus quomodo differat a camera.*

## QVAESTIO CLX.

SIcut etiam poteſt Vicarius epiſco
pi imponere clericis pœnas pecu-
niarias pro delicto, & illas cameræ
1 epiſcopali applicare tanquam iudex
eccleſiaſticus, cap. dilectus, extra de
off. ord. & cap. ſi vos, 23. quæſtio. 5. &
quamuis contrarium diſſerendo ſu-
ſtineat Paul. Fuſc. epiſcopus Sarnen.
tract. de viſit. & regim. eccleſ. cap. 32.
libro 1. ſub rub. de pęnis pecuniarijs:
Tamen præcedens opinio affirmati-
ua eſt communis, vt teſtatur Abb. in
cap. vt clericorum, num. 10. extra de
vita, & honeſt. cler. Clar. in pract. cri-
min. §. fi. quæſt. 80. verſ. in hac autem.
2 Nam diœceſanus epiſcopus habet fi-
ſcum, glo. in cap. quia diuerſitatem,
extra de conceſſ. præb. Aufrer. deci-
ſio. Toloſ. 229. qui de procuratore fi-
ſcali loquitur Archiepiſcopatus Tho
loſæ, refert illum Franc. Marc. quæſt.
Delphin. 339. nume. 12. & poſt Card.
in cap. 2. §. 1. de hęret. Felin. capit. ex-
communicamus, eo. tit. circa princi-
pium, & hanc ſententiam omnes te-
nere dicit Foller. pract. crim. cano. 2.
par. iud. titu. de nunc. fac. numero 14.
& numero 16. quod fiſcalis promo-
tor Vicario aſſiſtit eiuſque curiæ in
cauſis fiſcalibus, & in Miſcellan. nu-
me. 14. hanc eandem communem, &
veriorem dicit Diaz in pract. crimin.
cano. cap. 124. & 134. & moribus re-
ceptam, & frequentiſſimo vſu com-
probatam dicit Couar. libro ſecun-
do variarum reſolut. cap. 9. numero
nono, Clar. dicto §. fin. quæſtio. 80. di
cto verſ. in hac, firmans ex alijs ita ſer
uari de conſuetudine cum declara-
tione tamen de qua per Diaz in di-
cto cap. 134. in fine, & Couar. dicto
cap. 9. nume. 10. Cucc. Inſtit. iur. cano.
de epiſc. num. 75. dicens de generali
conſuetudine dari epiſcopo procura
torem, & aduocatum fiſcalem. Hanc
eandem generalem conſuetudinem
late proſequitur Carauit. ſuper ritu
17. nume. 11. vſque ad finem, & illam
extendit in quolibet alio habente iu
riſdictionem quaſi epiſcopalem, poſt
Imo. in dicto cap. quia diuerſitatem,
numero decimo, in fine, extra de cõ-
ceſſ. præben.
3 Quamuis in puncto iuris diſpu-
tando ſuſtinere conetur, quod eccle
ſia vniuerſalis habeat fiſcum, epiſco
pus autem Cameram tantum, cui pę-
nę applicentur, eam conſtituens dif-
ferentiam inter fiſcum, & cameram,
vt fiſcus habeat nonnulla priuilegia
4 hypothecæ præſertim tacitæ camera
vero non, iuribus, & rationibus de
quibus ibi per eum, quæ ſupre-
mis tantum labijs deguſtaſſe ſat erit,
cum non ſint propria huius materię
loca.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreſis in cauſa qualiter proceda-
tur.*
2 *Hæreſis in cauſa exprimuntur nomina
accuſatoris, & teſtium coram epi-
ſcopo, vel eo abſente coram eius Vi-
cario.*
*Ampliatur, nu. 4.*
*Declaratur, nu. 5.*
*Subdeclaratur, nu. 9.*

3 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis de conſilio*
*epiſcopi ſiue eius Vicarij ad hæretici*
*condemnationem procedere debet, &*
*qualiter.*
6 *Capitulum ſede vacante non ſuccedit*
*in conſilio epiſcopi requiſito in aliquo*
*actu.*
7 *Eſt tamen ſucceſſor epiſcopi, & maiora*
*poteſt, quam eius Vicarius.*

## QVAESTIO CLXI.

SEd quid in cauſa hæreſis? Tu ſcis,
quod in ea proceditur ſimpliciter
1 & de plano, nec dicta teſtium publi-
cantur ubi periculum imminet gra-
ue in publicatione, cap. vt inquiſitio-
nis, & cap. fin. c. in fide, cap. accuſato-
res, §. licet, ca. ſtatuta, §. iubemus, de
hære. in ſexto, & in extrauag. comm.
in prima, quæ incipit, ex eo, Lancel.
in §. plura, cum gl. in uer. proceſſum,
Inſtitu. iur. cano. de hęret. Sed ſecre-
to, quando proceditur coram inqui-
ſitore nomina accuſatoris, & teſtiũ
exprimuntur coram epiſcopo, vel eo
2 abſente coram eius Vicario, & de ip
ſorum conſilio ad condemnationem
3 proceditur, dicto §. iubemus, & cap.
vt commiſſi, §. ſi priuandi, eo. tit. fir-
mat Couar. lib. 3. variarum reſolutio.
cap. 20. numero tertio, ad finem, poſt
Alciat. in cap. quod ſedem, nume. 77.
extra de off. ordin. Boſſ. de foro com
peten. nume. 160. dicens, quod inqui
ſitor cum Vicario epiſcopi non con-
demnat hæreticum ad mortem, ſed
declarat hæreticum eſſe.

Quęro, an talis expreſſio nominũ
4 accuſatoris, & teſtium fieri poſſit co
ram Vicario non habente ad id ſpe-
ciale mandatum, ſed generalem tan-
tum commiſſionem. & poſſe fieri tra
dit Archid. in cap. licet, in ver. tranſ-
feratur, de off. Vicar. in 6. probat Al-
ciat. in dicto cap. quod ſedem, nume
ro 77. Couar. dicto cap. 20. nume. 3.
Et in capitulo ſede vacante, & eius
Vicario, Pauin. tract. de off. & poteſt.
cap. ſede vacan. 1. par. princ. q. 10. nu-
mero 24.

Declaratur huiuſmodi concluſio
5 vt procedat epiſcopo abſente, ſecus
eo præſente, glo. in dicto c. ſtatuta, §.
iubemus, in ver. abſente, & ibi Doct.
6 Quibus ſuffragatur hæc ratio. Nam
capitulum ſede vacante nõ ſuccedit
in conſilio requiſito per epiſcopum
in aliquo actu ſecundum Abb. in ca.
cum olim, col. pen. verſ. nono, extra
de maior. & obed. per tex. in cap. vni-
co, ne ſede vac. in 6. & tamen dicitur
epiſcopi ſucceſſor, & eſſe maioris po
7 teſtatis, quam Vicarius epiſcopi, vt
de primo tradit Feder. de Sen. con-
ſil. 30. nume. 3. poſt glo. in cap. vnico,
de maior. & obed. in 6. quod pro re-
gula ponit Abb. in cap. cum olim, in
primo not. extra eo. hanc etiam eſſe
communem regulam ſcribit Roma.
conſi. 506. num. 13. in fine, vbi etiam
Mandoſ. apoſt. in ver. 1. Burſat. conſi-
lio 108. nume. 25. in primo. Et de ſe-
cundo idem Feder. dicto conſil. 30.
numero 3. quem ſequitur Dec. in ca-
pitu. quoniam Abbas, nume. 15. verſ.
& videmus, extra de off. deleg. Paui.
dicto tract. de poteſta. capit. ſede vac.
par. 1. q. 2. nu. 2.

Subdeclaratur, niſi fieret expreſ-
ſio iſta coram officiali epiſcopi tan-
8 quam coram perſona honeſta, & iu-
re perita, dicto §. iubemus, cap. ſtatu-
tum, in ver. aliquibus alijs perſonis,
cum glo. in dicto verſicu. abſente, vbi
Doct.

Secundo ſubdeclaratur, niſi talis
expreſſio præſente epiſcopo, fieret
coram Vicario de conſcientia eiuſ-
9 dem epiſcopi, ut ſentire videtur glo.
in dicto verſicu. abſente, faciunt in
propoſito dicta per Abb. in capitu-
lo, ſignificaſti, ſecundo notabi-
li, extra de officio ordinar. Ioan.
Andr. in capitulo, nullus, §. infe-
riores, in verbo, remotis, in fine,
de



de temp. ord. in 6. Rolan. conſi. 4. nu-
mero 19. in primo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, quando dare poſſit*
*conſilium.*
*Inquiſitori hæreticæ prauitatis in cõdem*
*natione hæretici.*

## QVAESTIO CLXII.

DIxi in proxima quæſtione præ-
cedenti, quod inquiſitores hære
ticæ prauitatis debent condemnare
hæreticos de conſilio epiſcopi, vel
1 eius Vicarij ipſo epiſcopo abſente,
& de conſilio eorundem punire de-
fenſores hæreticorum, & receptato-
res ſub pœnis, de quibus in capitu. vt
commiſſi. §. puniendi, de hæretic. in
ſexto.

Modo quæro, an Vicarius abſque
mandato ſpeciali epiſcopi dare poſ-
ſit huiuſmodi conſilia inquiſitori. &
ſatis eſſe generalem commiſſionem
tradit Archid. in c. licet, in ver. tranſ-
feratur, de off. Vic. in 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, an poſſit requirere ma*
*giſtratus ſeculares, vt iurent facere*
*obſeruari conſtitutiones contra hære-*
*ticos.*

## QVAESTIO CLXIII.

RVrſus ex generali commiſſione
habet Vicarius epiſcopi auctori
1 tatem requirendi Poteſtates, & Re-
ctores Ciuitatum ſeu gubernatores,
vel alios ſuperiores ſeculares quo-
cunque nomine cenſeantur, vt iurẽt
obſeruare, & facere obſeruari conſti
tutiones editas contra hæreticos, ca.
vt officium, §. fi. vbi Gemin. & Franc.
de hæret. in 6. Archid. in cap. licet, in
ver. transferantur, de offic. Vicar. in
ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi compellere poteſt eccle*
*ſiaſticæ cenſura magiſtratus ad ex-*
*hibendũ ſibi ſtatuta facta contra ſan*
*ctum officium Inquiſitionis.*
2 *Vicarius epiſcopi quando priuare poſſit*
*magiſtratus eorum officijs, & illos in*
*habilitare.*

## QVAESTIO CLXIIII.

ET eandem auctoritatem habet vi
carius epiſcopi compellendi ec-
cleſiaſtica cenſura magiſtratus ad ex
hibendum ſibi ſtatuta facta ad impe-
1 diendum, vel retardandum ſanctum
officium Inquiſitionis contra hære-
ticos, vt reuocent, vel moderent ea-
tenus ne impediatur proceſſus vel
aliquatenus retardetur, c. ſtatutum,
el 2. de hæret. in 6. Arch. in c. licet, in
princ. de off. Vic. lib. 6. Dec. in c. con-
ſuetudinis, in fi. extra de conſuet.

Sicut etiam priuandi officijs di-
2 ctos magiſtratus, & illos inhabilitare
ſi illi obedire recuſent in concernen
tibus fidem, cap. vt officium. §. fin. vbi
Gemin. nume. 3. Franc. in vlt. notab.
de hæret.

*SVMMARIVM:*

1 *Vicarij Poteſtatum poſſunt concedere re*
*praſalias.*

*Vicarij epiſcoporum ex mandato ſpe-
ciali.*
2 *Vicarius epiſcopi, an habeat merum, & mixtum imperium, & iuriſdictionem.*

## QVAESTIO CLXV.

ET quoniam Vicarij Poteſtatum,
qui habent merum, & mixtũ im-
perium, & iuriſdictionem, concede
re poſſunt repræſalias, teſte Bal. in l.
1 ſi cum te, §. ſed omnino, numero 4.
C. ne fil. pro pa. ubi apoſt. in ver. quis
magiſtratus, ſequitur illum Bertach.
in tract. de epiſ. par. 6. libro quarto, ti
tu. de Vicar. epiſ. nume. 10. putarem
hoc idem Vicario epiſcopali eſſe per
miſſum ex mandato ſpeciali, quia &
2 is habet merum, & mixtum imperiũ,
& iuriſdictionem, cap. ſi quis epiſco-
pus, vbi glo. prima, 1. quæſt. 8. & c. de
perſona, 11. quæſtio. prima, Docto. in
capitu. cum contingat, extra de foro
competen. Iaſ. in l. imperium, nume-
ro 18. vbi alij, ff. de iuriſd. omn. iudic.
Abb. in c. quod ſedem, num. 4. 5. 6. 7.
& ſeq. de off. ord. & dixi ſupra, hoc eo
dem lib. q. 1. in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt inquiſitum abſoluere abſque mandato ſpeciali, & nume. 4.*
*Contra, nu. 2.*
*Declaratur, nu. 5.*
3 *Condemnare, qui non poteſt, non poteſt etiam abſoluere.*
6 *Abſolutus a crimine non commiſſo habet exceptionem rei iudicatæ, nec amplius contra eum procedi poteſt.*
7 *Abſolutus a crimine non probato poteſt iterum inquiri, nec illi competit exceptio rei iudicatæ.*

## QVAESTIO CLXVI.

DIctum fuit ſupra, quod Vicarius
generalis epiſcopi nõ poteſt pu-
nire aliquem ſine mandato ſpeciali.
Quæro econtra, an abſoluere poſſit
inquiſitum? Partem in hac quæſtio.
1 affirmatiuam tenuerunt Maria. in c.
qualiter, lo 2. q. 5. art. 14. extra de ac-
cuſat. quem refert, & ſequitur Felin.
in cap. non poteſt, col. 4. nume. 5. ex-
tra de re iud. Dicens, quod licet Vi-
carius epiſcopi ex generali mandato
non poſſit punire: Tamen ſicut po-
teſt inquirere abſque mandato ſpe-
ciali ſecundum Ioan. Monac. Lap. &
Gemin. in cap. licet, num. 4. Anchar.
nume. 2. Franc. col. 1. in princ. in pri-
ma limit. de off. Vicar. in 6 Rota de-
ciſ. 2. aliàs 66. vbi apoſtil. Papaz. titu.
de off. Vicar. in no. Diaz in pract. cri-
min. cano. cap. 4. nu. 5. Menoc. de arb.
iud. lib. 1. q. 43. nu. 27. ita poteſt ab-
ſoluere inquiſitum etiam abſq; alia
relatione ad ſuperiorem, ſubdẽs hoc
eſſe dictum peregrinum, & nũquam
obliuiſcendum.

Sed contrariam ſententiam tenet
Ripa in l. qui condemnare, col. 3. nu-
2 me. . . . ff. de re iudic. vbi refert Ma-
ria. & Fel. in locis ſuperius citatis, &
eorum ſententiam impugnat ea ra-
tione, quia Vicarius epiſcopi prohi-
betur cõdemnare crimonoſos ex de
fectu poteſtatis, non autem in fauo-
rem inquiſiti, per tex. in cap. licet, de
off. Vic in 6. Vnde ſicut Vicarius ca-
ret poteſtate cõdemnandi, ita etiam
carere videtur poteſtate abſoluendi
per regulam l. nemo, qui condemna
3 re, vbi Dec. & Cagno. ff. de regulis iu
ris, quam multis extollit Menoc. li-
bro primo, de arb. iud. q. 43. num. 25.
non diſſentiens, nume. 27. a Ripa in
loco ſuperius relato, & impugnans
Maria. & Felin in locis præallegatis
ea ratione, quia iuriſdictio in capitu.
penult.



penult. de offic. Vicar. in 6. eſt limita-
te conceſſa vicario, cum illi cognitio
cauſarum mãdata fuerit, non autem
deciſio cauſarum criminaliũ, & ideo
ad abſolutionem non videtur exten
dendã ſecundum regulam ſupradi-
ctam, & hanc ſententiam defendit la
te Foller. pract. criminal. cano. 3. par.
iud. tit. vel abſoluantur, in fine, ea ra
tione, quia ſi abſolutio illi permitte-
retur, fruſtratoria eſſet relatio faciẽ
da epiſcopo.

Sed præcedentẽ affirmatiuam de-
fendit Diaz in pract. crimin. cano. di
4 cto cap. 5. numero quinto, in illis ta-
men terminis in quibus loquitur de
ciſio Rotę 66. ſuper qua Maria. & Fe-
lin. fundant eorum intẽtionem, hoc
eſt, quod ſicut Vicario permittitur fa
cere inquiſitionem ad effectum re-
mittẽdi culpabiles inquiſitos ad epi-
ſcopum, ſecundum Rotam dicta de-
ciſ. 66. cum cæteris ſuperius adductis
eodem modo poterit abſoluere in-
quiſitos ad effectum remittẽdi illos
ad epiſcopum ſi fuerint inuenti cul-
pabiles, & ſic intelligendo ceſſat re-
gula dictę l. nemo, qui condemnare
ſecundum Diaz in dicto cap. 5. nu. 6.
5 Negatiuam vero declarat eſſe verã
vbi Vicarius abſolueret inquiſitum
a crimine, & ſecundum eandem de-
clarãtur dicta per Ripam, & Menoc.
in locis ſuperius adductis, non au-
tem ſi abſolueret inquiſitum non a
crimine, ſed ab inquiſitione ad effe-
ctum tranſmittendi illum punien-
dum ad epiſcopum ſi fuerit culpabi-
lis inuentus, ſicut fuit dictum ſupra
procedere partem affirmatiuam. Et
hãc diſtinctionem crederem eſſe re-
cipiendam, quia conciliat vtramque
partem, & illã confirmo ratione prę-
ter alios, apud me ſatis concludenti.
Nam vbi reus inquiſitus abſoluitur
ab inquiſitione ad effectum tranſ-
mittendi illum ad epiſcopum ſecun
dum primam partem, non videtur ab
ſolutus ſimpliciter, & diffinitiuè, ſi-
cut quando abſoluitur a crimine nõ
commiſſo, prout loquitur ſecunda
opinio, quia in primo caſu non ob-
6 ſtat exceptio rei iudicatæ quemad-
modum in ſecundo, ſed iterum in-
quiri poteſt, ſecus in ſecundo, ut per
Barto. in l. ſecunda, ff. vi bon. raptor.
Boſſ. tit. de ſenten. numero 77. Clar.
in pract. crimin. §. fin. quæſtio. 57. ver
ſicu. hæc quidem, & verſi. ſequen. re-
ferens veram eſſe concluſionem, &
ab omnibus approbatum, quod quan
do quis eſt abſolutus a crimine non
commiſſo, competit exceptio rei iu-
dicatæ, nec poteſt amplius contra eũ
procedi, ſecus ſi abſolutus eſſet a cri
mine non probato, poſt Foller. in pra
7 cti. crimin. cano. fol. 302. numero ter
tio, & ideo non eſt mirum ſi vicarius
de poteſtate ordinaria poterit abſol-
uere inquiſitum ad allegatum effe-
ctum tranſmittendi illum ad epiſco-
pum, puniendum, vt in prima parte,
licet prohibeatur punire ipſum, non
autem poſſit abſoluere diffinitiue, vt
in ſecunda.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum purgationis, quando deferatur.*
2 *Eſt meri imperij.*
*Nec deferri poteſt a Vicario ſine mandato ſpeciali.*
3 *Vicarius ſine ſpeciali mandato non poteſt exercere merum imperium.*

## QVAESTIO CLXVII.

CVmq; in eccleſiaſticis curijs fre-
quenter obſeruari ſoleat forma
iuramenti purgationis, quando ac-
cuſator non probauit etiam ſi reus
nihil probauerit, nec adſint inditia

ad torturam contra ipſum reum, vt
per Soc.in l.ait Prætor,in princi.ver-
ſi.circa ſecundum, de iureiur. Ber-
tac.de epiſco.lib.4.par.1.titu.de vita
epiſc.nume.12.in fine,& late tradi-
tur in 2.q 5.per totum, Clar.in pra-
cti.crimin.§. fina. q.63. verſicu.ſolet
etiam.

Ideo quæro,an Vicarius epiſcopi
reo deferre poſſit huiuſmodi iura-
mentum.& non poſſe ſine mandato
ſpeciali probatur ea ratione, quia
iſtud iuramentum eſt meri Imperij
2 Specul.titu.de iur.om.Iud.in ver.ſe-
cundum canones,Bertac.de epiſco.
dicto titu. de Vita epiſco. nume.12.
in fi. ea vero quæ ſunt Imperij meri
3 non poſſunt expediri per Vicarium
ſine ſpeciali epiſcopi mandato,capi-
tulo ſecundo,vbi Doct. de offic.Vi-
ca.in 6.& dixi ſupra hoc eodem li-
bro q.56.

*SVMMARIVM.*

1 *Gladius excommunicationis eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ.*
2 *Excommunicatio eſt actus Iuriſdictionis epiſcopi.*
3 *Vicarius epiſcopi & quilibet iudex eccleſiaſticus excommunicare poteſt.*
*Ampliatur,nu.5.6.& 7.*
*Declaratur,nu.8.*
*Vicarius Archiepiſcopi quando excommunicare poſſit ſuffraganeos.*
4 *Iuriſdictio ſine coerctione,nulla eſt.*
8 *Vicarius epiſcopi quando poſſit excommunicare iudices & Dominum temporalem.*
9 *Iuriſdictio Vicarij epiſcopalis ſine facultate excommunicandi eſſet nulla in effectu.*

## QVAESTIO CLXVIII.

AT neruus eccleſiaſticæ diſcipli
næ eſt gladius excommunica-
1 tionis,c.nemo,2.q 1.c.dilecto,de ſen
ten.exc.in 6. Concil. Triden.in c.3.
ſeſſ. 25.

Vnde quæro in propoſito,an Vica
rius epiſcopi poſſit excommunica-
re? & quod poſſit ea ratione proba-
tur:Nam excommunicatio eſt actus
2 iuriſdictionis epiſcopi,c.cum ab ec-
cleſiarum,vbi glo.in ver.eccleſiaſtica
ſententia,& ibi Abb.& alij, extra de
off.ord.c.tranſmiſſam, vbi glo.& alij
in ver.de dotalibus.extra, de elect.
glo.in dicto c.nemo,in ver. excom-
municet,2 q.1. Couar. in cõment.c.
alma mater,par.1. §.11. in princi.&
ob vicem commiſſam mandatam eſ-
ſe facultatem excommunicandi,vo-
luit glo.in dicto c.ab eccleſiarum,in
dicto ver.eccleſia,in fine, Abb.& Fe
li.in c.ex litteris,nume.4.de offi.de-
3 lega.Immo quòd quilibet iudex ec-
cleſiaſticus poſſit excommunicare,
etiam ſi ſit delegatus inferioris, à
Principe,& ab ipſo epiſcopo ,probat
tex.in capi.peruenit,11.q.1.& per il
lum tex.glo.in dicto capitulo, ex lit-
teris, in verſi.ſi ſubdelegatus, & ibi
Abb.& alij extra,de offi.delega. glo.
in dicto c.nemo,in ver.excommuni
cet.Abb.in dicto c. cũ ab eccleſiarũ,
nume.4. & eſt communis opinio,vt
teſtatur Couar. in d. c. alma mater,
dicta par.1.§.11.nume.1.in fi. Nauar.
in Manuali Confeſſ.c.27.numero 5.
& in terminis Vicarij epiſcopi,Bero.
in rubri.numero 27.extra,de offi.de
lega.

Amplius etiam Vicarium Archie-
piſcopi ſuſpendere, interdicere vel
excommunicare poſſe epiſcopum
ſuffraganeum nondum conſecra-
tum, aut etiam conſecratum, Ar-
chiepiſcopo abſente ſcribunt Archi-
dia. & Domin. in capitulo primo
§.fi.



§.fi.per illum tex.de offic. ord. in 6.
Fel.c.eam te,col.2.circa medium,de
reſcrip.Cucc.Inſt.iur. cano. de con-
ſecr.epiſ.nume.6.lib.4. Alioquin vi-
carius epiſcopi non diceretur habe
re iuriſdictionem, cum iuriſdictio ſi
4 ne coerctione ſit nulla.l.1. vbi Doct.
ff.de iuriſd.om.Iud.& in c.cum con-
tingat.extra, de foro compet. Abb.
Imola,Fel. & alij in dicto c. ex litte-
ris, & gladius excommunicationis
dicitur neruus eccleſiaſticæ diſcipli
ne,dicto c.dilecto,cum alijs ſuperius
citatis. Quod tamen falſum eſt,cum
vicarius habeat iuriſdictionem &
quidem ordinariã, vt dixi ſupra hoc
eodem libro,q.55. ergo etiam non
eſt verum quod Vicarius epiſcopi
non poſſit excommunicare.

5 Ampliatur etiam ſi Vicarius epi-
ſcopi non eſſet ſacerdos, Abb. poſt
Cald.in c.ab excommunicato,nume
ro 16.extra,de reſcr.Paul.Borgaſ.tra
cta.de irreg.& diſpenſ.fol.359.Brun.
conſi.97.nu.10.lib.2.

6 Secundo ampliatur etiam in vica
rio capituli ſede vacante,cap.his qui
in fi.extra,de maior. & obe. c.vnico,
eo.tit.in 6.Rebuf.in prac. benef.tit.
de deuolut.nu.63.

7 Tertio ampliatur vt tanquam or-
dinarius poſſit excommunicare iudi
ces & Dominum temporalem, qui
ab eo moniti volunt negare ſacramẽ
tum pœnitentiæ damnatis ad mor-
tem illud petentibus,cle.1.de pœni-
ten. & remiſſ. quem tex.in capitulo
ſede vacante & eius vicario,citat Pa
uin.de offi.& poteſt capi. ſede vacan.
prima par.princi.quæſtio.8.numero
quinto.

8 Declaratur,vicarium epiſcopi ex-
communicare poſſe non quidem
principaliter ſic puniendo crimina
& delicta,quia illa non poteſt cogno
ſcere c.2.& ibi Doc.de off.Vica.in 6.
ſed incidenter & in conſequentiam
ne ſit eluſoria ſua iuriſdictio,quæ ſi-
9 ne illa nulla eſſet in effectu,vt decla-
rat Bero.in rub.numero 27.& 28.ex
tra de offic.delega.per tex.in capitu.
præterea,& capitu. ex litteris,extra
eodem.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi quando poſſit excommunicatos denunciare Religioſos.& nume.2.*
3 *Parocus vel alius ſacerdos ſiue regularis ſiue ſecularis, qui ſponſos alterius parochiæ ſine illorum parochi licentia matrimonio coniungere auſus fuerit,ſuſpenſus munere debet arbitrio ordinarij.*

## QVAESTIO CLXIX.

ET eodem modo vicarius epiſco-
pi publice denunciare poteſt ex-
communicatos illos Religioſos,qui
1 clericis aut laicis ſacramenta extre-
mę vnctionis vel euchariſtiæ mini-
ſtrarunt,vel matrimonia ſolemniza-
runt,non habita ſuper his præsbite-
ri parochialis licentia ſpeciali . Vel
qui excommunicatos à canone præ
terquam in caſibus à iure expreſſis,
vel per priuilegia ſedis apoſtolicæ
cõceſſis per ſtatuta prouincialia aut
ſynodalia promulgatis abſoluere à
pœna & a culpa quemquam præſum
pſerint, vt eſt tex.in cle. 1. in princi.
in verſi.locorum ordinarij,vbi Abb.
nume.22.de priuileg.

2 Declaratur vbi vicario conſtiterit
de excommunicatione per citatio-
nem excommunicati vel extraiudi-
cialem informationem, Abb. in d.
cle.1.d.nu.22.

Hodie autem parochi vel alij
ſacerdotes ſiue regulares ſiue ſe-
culares qui ſponſos alterius Pa-
rochiæ ſine licentia Parochi
illo-

illorum matrimonio cõiungere aut
benedicere auſi fuerint, etiam ſi id
ſibi, ex priuilegio, vel immemorabi
li conſuetudine licere contendant,
ipſo iure tamdiu ſuſpenſi maneant
quamdiu ab ordinario eius Parochi
qui matrimonio intereſſe debeat,
ſeu à quo benedictio ſuſcipienda
erat abſoluatur, vt in cap.1. ſeſſ.24.
apud Concil. Triden. in decret. de re
formatione matrimonij.

*SVMMARIVM.*

1 *Anathema qualiter differat ab excom-
municatione, & nu.10.*
2 *Anathema quid, & nu 3.*
4 *Anathematizati ſeparati ſunt à fra-
terna ſocietate, & à corpore Chriſti
quod eſt eccleſia.*
5 *Anathema qua ſolemnitate feratur, &
qualiter etiam Abſolutio, nu.6.*
7 *Anathema, quando, & quibus impona-
tur.*
8 *Competit ſolis epiſcopis.*
9 *Vicarius epiſcopi anathematizare po-
teſt ſine mandato ſpeciali.*
11 *Sicut inferior ab epiſcopo habens epiſco
palem iuriſdictionem, de iure ſpe-
ciali.*
12 *Anathematis ſolemnia hodie commu-
niter non ſeruantur.*

## QVAESTIO CLXX.

DVbitari etiam poteſt, an vica-
rius epiſcopi ſicut abſque ſpe-
ciali mandato poteſt excommunica
re, ſimili etiam modo poſſit anathe-
matizare. Et videbatur dicendũ non
poſſe, quia differt anathema ab ex-
1 communicatione. c. pe. §. notandum,
& c. ſi. 3. q. 4. Abb. in c. cum ab eccle-
ſiarum, num.5. vbi apoſtilla Antonij
Franc. & aliorum, extra de offi. ord.
& in c. cum non ab homine, vbi Dec.
2 num.13. extra de iud. Eſt enim ana-
thema mortis æternæ damnatio. c.
nemo epiſcoporum, 11. q. 3. Archid.
in c. Guiliſarius, 23. q. 4. Ant. Franc.
ad Abb. in d. c. cum ab eccleſiarum,
num.5. & in rub. de ſent. excom. Fel.
in c.2. nu.7. extra de excep. Dec. in
d. c. cum non ab homine, nu.13. Vbi,
quòd dicitur anathema, ſuprema ma
3 ledictio. Et anathematizati intelligẽ
di ſunt non ſimpliciter à fraterna ſo
4 cietate, vel etiam corpore Chriſti,
quod eſt eccleſia ſeparati, d. c. ſi. 3. q.
4. & probatur in c. certum, 24. q. 3. Et
ideo cum maiori ſolemnitate, quam
excommunicatio fertur ab epiſcopo
circunſtantibus ſibi duodecim ſa-
5 cerdotibus, & cãdelis accenſis, quæ
poſt publicationem ſententiæ proij-
ciuntur, & pedibus conculcantur, &
interdum candelæ extinguuntur, &
proiiciuntur tres lapides in ſignum
maledictionis æternæ Dathan, &
Abiron, & plus ſoluitur in hoc de ſi-
gillo propter aggrauationem excõ-
municationis, c. deberit, 11. q. 3. c. En
geltrudam, 3. q. 4. Fel. in rub. numero
3. extra de ſent. excom. Specul. tit. de
ſent. §. vt autem, nu.29. Franc. Marc.
q. Delph. 855. nu.2. par.2. latius Co-
uar. in comment. c. alma mater, par.
1. §. 8. nu.6. & 7. cum ſeq. vſque ad fi-
nem, Pau. Borgaſ. tract. de irreg. & di
ſpenſ. par.6. q.8. & ſeq. Prout etiã cũ
maiori ſolemnitate fertur abſolutio
6 anathematis, vt legitur in c. cum ali-
quis, dicta 11. q. 3. Abb. in d. c. cum ab
eccleſiarum, nu.5. Nec debet anathe
ma imponi niſi pro mortali crimi-
ne & illis, qui aliter corrigi nõ patiũ
7 tur, c. nemo epiſcoporum, 11. q. 3.
Apoſtilla, ad Fel. in c.2. num.7. extra
de excep. & aduerſus proteruum, &
maximum in rebellione contuma-
cem, Couar. in d. c. alma. § 8. Et com-
petit ſolis epiſcopis, quamuis excõ-
8 municatio competat etiam Prælatis
inferioribus, Dec. in d. c. cum non ab
ho-



homine, num.13. de iud. gl. in princ.
in ver. anathema, Inſt. Lancellot. de
ſent. excomm. Couar. d. §. num.6. cir
ca prin. Et ideo licet Vicarius epiſco
pi excommunicari poſſit abſque mã
dato ſpeciali, non tamen videtur
poſſe anathematizare tanquam ma-
ius ſit ex prædictis, quam excommu
nicare, arg. c. licet, de off. vic. in 6.

Verior tamen videtur mihi con-
traria ſententia, quod. ſ. vicarius epi-
9 ſcopi abſque ſpeciali mandato poſſit
anathematizare. Nam certum eſt,
quòd anathema eſt in effectu excõ-
10 municatio, nec differt ab excom-
municatione quoad vinculum, ſed
quoad ſolemnitatẽ, ſecundum Abb.
Dec. & alios Canoniſtas, in d. c. cum
non ab homine, nu.13. & in dicto c.
cum ab eccleſiarum, num.5. & idem
Abb. in rep. c. ſi quis contra, num.52.
extra de foro compet. Lancellot. in
fi. princ. Inſt. iur. can. de ſent. excom.
Franc. Marc. d. q 855. in prin. par.2.
Couar. d. §. 8. in princ. & in fi. & nu.6.
in prin. Pau. Borgaſ. d. tract. de irreg.
par.6. fol. mihi 324. Et cum excom-
municatio ſit actus iuriſdictionis. c.
cum ab eccleſiarum, vbi gl. in ver. ec
cleſiaſtica ſentẽtia, & ibi Abb. & alij,
in ver. de dotalibus, extra de elect.
gl. in c. nemo, in ver. excommunicet,
2. q. 1. Couar. in comment. dicti c. al-
ma mater, par.1. §. 11. in prin. Dicen-
dum eſt, quod etiam vicarius epiſco
pi poſſit anathematizare, ex dictis
per Abb. in d. c. ſi quis contra, num.
51. & ſeq. col. pen. quem refert, & ſe-
quitur Fely. in d. c.2. nu.7. ad finem,
extra de excep. Dum ſcribunt, quòd
anathema competit etiam inferiori
11 epiſcopo habenti epiſcopalem iuriſ
dictionem iure ſpeciali. à fortiori ita
que competere debet vicario, qui
non ſolum habet epiſcopalem iuriſ-
dictionem, ſed eſt vna, & eadem per
ſona cum ipſo, & facit idem tribu-
nal, & auditorium, vt ſæpiſſime di-
ctum fuit.

Ad contraria reſponſio patet ex
ſupradictis, quia non eſt differentia
quoad vinculum inter anathema, &
excommunicationem, ſed quoad ſo
lemnia, quæ hodie communiter nõ
12 ſeruari teſtatur Abb. in rep. d. cap. ſi
quis, numero 52.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoriæ contra detinentes res alienas
aut ſcientes detineri non aliter, quã
ab epiſcopo conceduntur.*
2 *Regulariter autem tam ab epiſcopo, quã
ab eius vicario.*

## QVAESTIO CLXXI.

FVit etiam in Concilio Tridenti-
no, ſeſſ.25. c.8. conſtitutum ne Mo
1 nitoriæ generales contra detinen-
tes res alienas aut ſcientes eſſe de-
tentas ab alijs vt niſi reſtituant vel
reuelent detentores intra certum
tempus ſint excommunicati, ab alio
quam ab epiſcopo concederen-
tur.

At regulam, quod tam epiſcopus
quam eius Vicarius illas decernere
2 poſſet, ponit Syl. nupt. lib. 3. verſic.
monitoriæ, nume.28. poſt Doct. in l.
in ciuile, C. de furt. glo. Cardi. Lan-
franc. & alij in clemen. diſpendioſam
in verſicu. præmoniti, de iud. & alios
cumulatos. quod ea ratione confir-
matur quia Vicarius epiſcopi excom
municare poteſt vt ſcripſi ſupra hoc
eodem libro, q.167. Nec per incluſio
nem epiſcopi excluditur eius Vica-
rius, qui facit idem Tribunal cum ip
ſo, vt ſępius dixi, & alias Conci. Tri-
den. excludens Vicarium in c. 6. ſeſſ.
24. loquitur taxatiue, & expreſſe, di-
cens quòd epiſcopis tantum, non eo-
rum vicariis ſit permiſſum.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus remitti debet ad ſuũ excommunicatorem abſoluendus.*

2 *Condemnare qui poteſt, poteſt etiam abſoluere.*

*Declaratur, num. 6.*

3 *Vicarius epiſcopi poteſt abſoluere illum quem excommunicauit.*

*Ampliatur, nu. 4. cum ſeq.*

*Declaratur, nu. 9. cum ſeq.*

5 *Iudex quilibet eccleſiaſticus etiam non ſacerdos nec ſubdiaconus poteſt excõmunicare etiam extra diœceſim, & nu. 7. 8. & 12.*

*Contra, nu. 11.*

*Declaratur, nu. 9. cum ſeq. & num. 13. cum alijs ſeq.*

9 *Abſoluens à culpa debet eſſe ſacerdos.*

10 *Sacerdos qui non eſt, poteſtatem non habet ligandi, & ſoluendi, in foro pœnitentiæ.*

11 *Vicarius epiſcopi, qui non eſt ſacerdos ſanctè, & honeſtè faceret ſi committeret ſacerdoti abſolutionem excommunicationis, & nu. 13.*

14 *Vicarius epiſcopi, non poteſt ſine ſpeciali commiſſione abſoluere excommunicatum, quando tantum eſſet illi commiſſa ſententia excommunicationis.*

15 *Vicarius epiſcopi, quando ex ſolo mandato ad excommunicandum non poſſit abſoluere excommunicatum, & num. 16.*

## QVAESTIO CLXXII.

SVcceſſiue quæro an vicarius epi
ſcopi poſſit abſoluere ſicut excõ-
municare. Et poſſe, ea ratione proba
1 tur. Quia excommunicatus ad ex-
communicatorem ſuũ remitti debet
abſoluẽdus, ſcd̃m regulã c. paſtoralis
§. præterea, vbi Fel. nu. 9. poſt Abb.
& alios, extra de offi. ord. Inno. in c.
prudentiam, num. 14. Fel. nume. 19.
extra de offi. deleg. & ille qui poteſt
condemnare, poteſt etiam abſolue-
re, l. 3. vbi Doct. ff. de re iud. & cõuer
2 tibilia ſunt abſoluere, & condemna-
re, nam qui poteſt vnum, poteſt etiã
aliud, Ripa in d. l. 3. & poſt Archid.
& Card. in c. inferior, 21. diſt. Menoc.
de arb. iud. lib. 1. q. 43. num. 3. & ſeq.
ſubdens, ex tex. in c. verbum, de pœ-
nit. diſt. 1. poteſtatem datam ad ligan
dum eſſe quoque commiſſam ad ſol
uendum, quod placuit Innoc. in d. c.
prudentiam, num. 14. extra de off. de
leg. & hanc opinionem tenuit Anto.
de Butr. in c. tua, de off. vic. quem re-
fert apoſtilla ad Abb. in c. nuper, in
ver. excommunicatus, circa medium
3 extra de ſent. excom. & de Vicario
epiſcopi, Card. in cle. 1. nu. 19. de off.
vic. ſcribit late in propoſito Couar.
in comment. c. Alma. par. 1. §. 11. nu-
mero 10.

4 Ampliatur idem in Vicario capi-
tuli ſede vacante, c. his qui, extra de
maio. & obed. c. vnico, eod. tit. lib. 6.
Rebuff. in pract. benef. tit. de deuo-
lut. nu. 63.

Secundo ampliatur, vt abſolutio
expediri poſſit à vicario etiam ex-
5 tra diœceſim, quia abſolutio eſt vo-
luntariæ iuriſdictionis, quæ extra
prouinciam poteſt exerceri. l. 2. vbi
Bal. de off. proconſ. Iaſ. in l. fi. vbi etiã
alij. ff. de iuriſd. om. iud. Rota dcciſ. 5.
de of. vic. in antiq. Boer. q. 30. Menoc.
de arb. iud. lib. 1. q. 43. num. 16. & 19.
Vbi etiam adfert quamplures decla
6 rationes ad regulam dictæ l. 3. ff. de
re iud. q̃ deſeruire videntur huic q.

Tertio ampliatur, etiã ſi vicarius
7 epiſcopi non ſit ſacerdos, Abbas
poſt Cald. in c. ab excommunicato,
nu. 16. extra de reſcrip. & in c. tranſ-
miſſam, nu. 2. poſt Hoſt. extra de ele.
Io. Viguer. Inſt. Chriſt. Theolog. tit.
de ſacram. ord. c. de his qui excom-
municare poſſunt, nu. 100. Pau. Bor-
gaſ. tract. de irregular. & diſpenſ. fol.
359. nume. quarto. Et ratio eſt, quia
ex-



excõmunicatio eſt actus iuriſdictio-
nis & à quolibet iudice eccleſiaſtico
exerceri poteſt, etiam non ſacerdo-
te, vel diacono, nec ſubdiacono, vt la
te diſſerendo ſcribit Couar. in cõ-
men. d. c. alma. par. 1. §. 11. nume. 10.
de ſenten. excom. Brun. conſi. 97. nu-
me. 10. lib. 2.

Declaratur hæc ampliatio, vt pro-
cedat reſpectu pęnę, non autem re-
9 ſpectu culpę; Abſoluens debet eſſe
ſacerdos, Abb. in dicto. c. ab excom-
municato, nume. 16. extra de reſcri.
per tex. in cap. omnis. de pęnit. & re-
miſſ. & in c. in nouo. 21. diſt. Nec ali-
quis in foro pœnitentiæ habet aucto
ritatem legandi & ſoluendi, niſi ſit
10 ſacerdos, dicto c. omnis, extra de pœ
nit. & remiſſ. c. cum ſatis, vbi Innoc.
nu. 2. Abb. in prin. & num. 2. extra de
offi. ord. & idem Abb. in c. accedenti-
bus. in fi. extra de exceſſ. prælat. vbi
Sap. in apoſt. in ver. per ſolum epiſco-
pum Oldr. conſi. 73. nume. 7. Et ideo
vbi Vicarius non eſt ſacerdos ſanctè
& honeſte faceret committere abſo
11 lutionem̃ ſacerdoti, qui abſoluat à
pęna & à culpa, ſecundum Abb. in di
cto cap. ab excommunicato, nu. 16.
de mente, Hoſt. ibi, & more Saluato-
ris noſtri, qui non curauit aliquem
pro parte, ſed in totum, quem addu-
cit in propoſito Abb, in loco prælle
gato, firmat Spec. in titu. de ſent. §. vt
autem. num. 36. Silueſt. in ſumma, in
ver. Abſolutio. 1. no. 3. ver. quintus.
Henric. Bott. tract. de ſyno. par. 3. art.
5. nume. 12. Dicens hanc opinionẽ
eſſe tutiorem, vt refert Couar. in cõ
men. dicti c. alma. dicto §. 11. nu. 10.
Quamuis diſputando conetur mul-
tis argumentis contrarium ſuſtinere
12 ex intentione, & Ioan. Andr. & Hen
ric. in cap. à nobis. colum. 3. de ſent.
excom. vbi etiam Card. opp. 2. & Flo-
rent. 3. par. tit. 24. c. 77. in prin. Con-
cludens omnino abſolutionem ab ex
communicatione poſſe miniſtrari ab
habente iuriſdictionem, etiam ſi is,
nec presbyter, nec diaconus ſit, nec
ſubdiaconus. Sed præcedentem de-
clarationem, videtur quoque appro
13 bare Nauar. in Manual. confeſſ. cap.
27. nu. 41. de mente diui Thomæ, in
4. diſt. 18. ſum. Anton. 3. par. titu. 24.
cap 77. & Tabien. in uer. abſolutio.
Dicens à ſola excõmunicatione poſ-
ſe excommunicatorem abſoluere, ẽt
non ſacerdotem quoad forum con-
ſcientiæ ſola prima tonſura initiatũ,
Non autem abſoluere poſſe quoad
forum pœnitentiæ, vbi abſolutio con
iungitur cum peccatorum abſolutio
ne, commodius tamen videri com-
mittere abſolutionem Præsbytero,
à quo vt abſoluatur excommunica-
tus coram Notario, & teſtibus cura
re debet, vt cum opportuerit poſſit
probare abſolutionem.

Secundo declaratur ſupradicta cõ
cluſio, niſi Vicario eſſet tantum ex-
14 communicationis ſententia delega
ta, quia tunc ſi excommunicat non
poterit abſoluere, niſi hoc in com-
miſſione dicatur, Borgaſ. tract. de ir-
reg. & diſpenſ. par. 6. titu. de abſolut. à
maiori excom. nu. 29. poſt Goffred.
in ſimili tract. citatum.

Tertio declaratur, quando Vica-
rius haberet mandatũ epiſcopi ad ex
communicandum, tunc enim ſi in
15 contumaciam èxcommunicauit ab-
ſoluere poterit, niſi eſſet cõmiſſa cau
ſa cum termini præfixione ad expe-
diendum, & terminus eſſet elapſus,
Paul. Borgaſ. dicto tract. de irregula.
& diſpenſ. par. 6. tit. de abſolutione à
maiori excommunic. nu. 29. Aliàs. n.
extra huiuſmodi terminũ Vicarius
16 epiſcopi, ſine ſpeciali mandato ab-
ſoluere non poterit excommunica-
tum, vt probat Borgaſ. dicta par. 6. nu
me. 29. per tex. in c. ſi homo. 27. q. 1. &
in c. in litteris, extra de offi. deleg.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus qualiter, & quando*

*do in abſolutione excommunicationis debeat præſtare cautionem iuratoriam de parendo mandatis.*

2 *Abſolutionis ab excommunicatione forma qualis.*

## QVAESTIO CLXXIII.

POrro in abſolutione excommu-
nicati cautio iuratoria de paren-
1 do mãdatis eccleſiæ recipienda eſt.
c.ſuper eo. cum alijs ſeq. vbi Abb.&
altj, extra de ſent.excom. & iterum
Abb.in c.ad hæc, num.3.extra de ap
pella. Et exhibenda eſt realis ſatiſ-
factio per excommunicatum ante-
quam abſoluatur ſi offenſa fuerit ma
nifeſta. Si vero dubia ſufficiet cautio
cum pignore, vel fideiuſſore. c.ex
parte,el primo, de verb.ſig. c.venera
bilibus.§.1.de ſent.excom.in 6. Doc.
in c.qua fronte. de appella. late Co-
uar.in comment. c.alma mater. par.
1.§.xi.nu.10.de ſent.excom.in 6.Di
cens idem eſſe reſpondendum in
excommunicato propter contuma-
ciam.Nam ſi contumacia eſt manife
ſta non poteſt abſolui niſi præmiſſa
reali ſatisfactione expenſarum, &
præſtita ſufficienti cautione de ſtan
do in iudicio,ſed ſi contumacia non
eſt manifeſta abſolutio fit præſtita
tantum ſufficienti cautione. d.c.ve-
nerabilibus.§.1.d.c.qua fronte, & ibi
gloſ. quam communiter ſequuntur
ibi Doct.vt refert Couar.d. §.11.nu-
mero 11. ad medium, vbi declara-
tur, quando ſatisfactio poteſt exhi-
beri. Et demum in abſolutione di-
2 citur, Pſalmus & oratio iuxta for-
mam ca.à nobis, de ſent. excom.de
de qua Couar. in loco iam citato, in
ver.tertium.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus remitti debet ad excommunicatorem abſoluendus.*

2 *Abſoluere nemo poteſt, qui non poteſt condemnare, & nu.3.*
*Declaratur, nu.17.*

4 *Excommunicatus ab epiſcopo, non poteſt abſolui niſi à Metropolitano vel Papa.*

5 *Princeps incipiendo cauſam cognoſcere videtur eandem ſibi aduocaſſe.*

6 *Epiſcopus poteſt ſibi aduocare cauſam et prohibere Vicario ne ſe intromittat.*

7 *Vicarij iuriſdictio ſuſpenſa dicitur in cauſa per epiſcopum aduocata.*

8 *Epiſcopus committendo cauſam in ſpecie, derogat vicario iuriſdictionem.*

9 *Condemnandi poteſtate ſublata dicitur ſublata poteſtas abſoluendi.*
*Declaratur, num.17. & 18.*

10 *Subdelegatus abſoluere poteſt excommunicatum per delegantem.*

11 *Suffraganei poſſunt abſoluere excommunicatos à Concilijs prouincialib.*

12 *Inferior quando abſoluere poſſit excommunicatum in ſtatutis epiſcopi, remiſsiue tamen, nu.20.*

13 *Archidiaconus abſoluere poteſt excommunicatum ab epiſcopo.*

14 *Penitentiarius abſoluere poteſt excommunicatum etiam in caſibus epiſcopo reſeruatis.*

15 *Vicarius epiſcopi poteſt abſoluere excommunicatum ab epiſcopo.*
*Declaratur, num.18. cum ſeq. & per totam quæſtionem.*

16 *Intellectus, c.paſtoralis. §.Præterea, extra de off.ord.*

## QVAESTIO CLXXIIII.

QVid autem ſi epiſcopus aliquẽ
excomunicauerit, an iſte ex-
communicatus abſolui poſ-
ſit à Vicario. & videbatur dicen-
dum non poſſe. Quia regula eſt,
quod ab excommunicatione lata
ab homine alius homo non ab-
ſoluit, ſed excommnnicatus ad
1 ſuum remittitur excommunica-
torem, quam regulam ſumit Feli. ex
c.Paſtoralis, vbi idem, nume. 9.poſt
Abb.extra,de offi. ord. & idem Abb.
in c.ſi quis contra, in prima lectu.nu
me.25.& in ſecunda, nume.30 extra,
de foro compet.Innocen.poſt glo.in
capitulo, prudentiam, numero 14.Fe
li.nume.19.Abb.in §.ſi vero, in fi nu.
10.extra, de offi.deleg.
2 Et quia ſicut is qui condemnare
poteſt abſoluere poteſt, ſic nemo ab
3 ſoluere poteſt qui condemnare non
poteſt.l.nemo qui condemnare, vbi
Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur.& hanc
regulam multis extollit Menoc.de
arb.Iud.lib.1.q 43.nume.25. cum ſe
quen.Couar.in cõment. c. alma ma-
ter, par.1. §. 11. numero decimo, de
ſent.exc.lib.7.& ideo cum Vicarius
non excommunicauerit, ſed epiſco-
pus, non videtur quòd Vicarius ab-
ſoluere poſſit ſed epiſcopus, cum ad
epiſcopum pertineat abſoluendi po
teſtas, ad quem etiam poteſtas ligan
di pertinuit, Innocen.in dicto c.pru
dentiam, nume.14.extra de offi.dele
ga.ſcribit late Couar.d.§.11.nume.10.
Et ſicut poſito vno ponitur & aliud
ex prædictis, ita vno ſublato tollitur
& aliud, Menoc.d.q.43.in fine, & ma
gis in puncto probat tex.in c. primo
26.q.6. Vbi excommunicatus ab epi
ſcopo non poteſt abſolui ab alio quã
4 Metropolitano vel Papa.
Pro ut etiam & tertio, quia epiſco
pus cognoſcendo cauſam excommu
nicationis, videtur illam cauſam ſibi
aduocaſſe, vt de Principe incipien
te cauſam cognoſcere ſcribit Innoc.
in c.cum M.Ferrarienſis, vbi Dec.nu
me.36.in ſecunda concluſione, extra
5 de conſt.& iterum, conſi. 137. Cal-
der. conſi. 7. titu. de præben. & eſt
communis opinio, vt teſtatur Ripa
in dicto c.cum M.nume.197 Grauat.
in annot.ad Veſtr.lib.3.prac.c.9.nu-
me.18. Et idem eſt dicendum in epi
ſcopo, qui etiam auocare poteſt ſibi
6 cauſam & Vicario interdicere ne de



aliquo negocio ſe intromittat, Tho
loſ. deciſ.480.vbi Aufrer.in addit. &
poſt Innocen.in c. Romana de offi.
ord.lib.6.Abb. in c. ſi quis contra, in
prima lect. nume. 25. & in ſecunda
nume.30. extra, de foro compet. Et
cauſa per epiſcopum aduocata dici-
tur quoque ſuſpenſa iuriſdictio Vi-
7 carij quo ad illam cauſam & geſta
per eum ſunt nulla, Tholo.dicta deci
ſio.480.& ibi Aufrer.in addit. col.1.
faciunt no.per Abb.in dicto c.ſi quis
contra, in prima lectura, nume.25.&
in rep.nume.30. Vbi tenet quòd epi
ſcopus vni committendo cauſam in
ſpecie derogare videtur iuriſdictio-
8 ni Vicarij.ſi ergo eius iuriſdictio eſt
ſuſpenſa & geſta tunc per eum ſunt
nulla, cauſa executionis per epiſco-
pum auocata, videtur quoque ſuſpẽ-
ſa poteſtas abſoluendi, quia condem
9 natione ſublata cenſetur etiam ſu-
blata abſolutio, Anchar. in cle. 1.de
heret.Docto.in rub. de acq. poſſ.vbi
Soc.nume.24.de communi fidem fa
cit, quos cum alijs retulit Menoc.di
cta q.43.nume.29.ad finem & ſequu
tus eſt nume. 32. in fine: Vbi nulla
poteſt ratio conſiderari cur potius
condemnandi facultas interdicatur
quam abſoluendi.
Sed contrariam ſententiam puto
veriorem, & quòd Vicarius poſſit ab
ſoluere excommunicatum ab epiſco
po.pro cuius concluſionis fundamẽ
to præſupponendum eſt quod Vica
rius habet idem conciſtorium cum
epiſcopo, idem tribunal & eandem
perſonam, vt late ſæpiſſime ſcripſi &
in ſpecie ſupra, q.57. Nec non habet
cognitionem cauſarum & iuriſdi-
ctionem ordinariam, c.licet, vbi Ca-
noniſtæ, de off.Vic.in 6. Card.in cle.
1.nu.19.de off.Vic. Abb. in c.ſi quis
contra, nu.25.in 1.lect.& in 2.nu.30.
de foro compet.& dixi ſupra, q.55.&
poteſtatem abſoluendi excommuni
catos vt ſupra dixi.q.171. Ideo vide-
tur quod poſſit etiam abſoluere ex-
com-

communicatum ab epiſcopo, cum
etiam ſubdelegatus abſoluere poſſit
10 excommunicatum per delegantem
ſecundum Feli.in c.paſtoralis,nume
ro 11.extra,de off.ord. poſt Domin.
& Lap.in c.cum plures, de offi.dele-
ga.in 6. Nauar. in Manua. confeſſo.
c.27.nume.5.Et ſuffraganei abſolue
11 re poſſunt à ſententijs latis per Con
cilia prouincialia, Archid.in ſumma
18.diſt.in finalibus verbis,& ibi Ge-
min.& Præpoſ.quos refert,& ſequi-
tur , Duen.regu.252.circa medium.
vbi facit regulam quòd inferior poſ-
ſit abſoluere excommunicatum in
12 ſtatutis epiſcopi niſi reſeruauerit ſi
bi abſolutionem,poſt Io. And. Imol.
& Abb.in c.graue , in fi. de præben.
de quo late Henric.Bott.de ſyno.epi
ſco. arti. 5.concluſ.vnica,per totam.
Nec non etiam Archidiaconum poſ
ſe abſoluere excommunicatum ab
13 epiſcopo firmant Innocen.& Abb.
in capitulo primo, in fine , verſicu.
14 quęro extra,de off.arch.Et quòd etiã
Pœnitẽtiarius abſoluere poſſit excõ
municatum ab excommunicatione
reſeruata etiam epiſcopo,dicit Abb.
in c.his,qui.nume.3.ad finem,extra,
de maio.& obed.Lancellott.in §.epi
ſcopali, Inſti.iur.cano.de ſent.excõ-
mu.ergo etiam Vicarius epiſcopi ab
15 ſoluere poterit, cum idem tribunal
& Auditorium faciat cum epiſcopo
vt ſuperius dictum fuit.

Nec aduerſatur quòd excommu-
nicatus,ad ſuum excommunicatorẽ
remitti debeat abſoluendus,dicto c.
paſtoralis,§ præterea,ſuperius addu
cto in contrarium: Quoniam re-
ſpondetur, tex. in dicto §. præterea
& Canoniſtas ibi,loqui de excom-
municatis à delegato,qui abſolui nõ
16 poſſunt ab alio Iudice vel ordinario
vel delegato, de quo late Menoc.de
arb.Iud.libro primo, q.43.nume.22.
nos autem de Vicario epiſcopi qui,
non diuerſus,ſed eſt idem iudex qui
epiſcopus, vt ſuperius relatum fuit
& tradit pulchre,Brugen.enchir.par.
aut ſimil. iur.in ver. iudicium & ge-
ſta per eum dicuntur geſta per epi-
ſcopum,glo.in c. 1. in ver. epiſcopos
de capel.monac.in 6.

Minus & 2.obſtat quòd q non po
tuit condemnare non poſſit etiam
abſoluere per regulam l.nemo, qui
condemnare. ff. de regu.iur.& quòd
abſolui non poſſit niſi ab excommu-
nicatore , & ſic ab epiſcopo ſecundũ
ea quę ſuperius dicta ſunt quia reſpõ
detur quòd huiuſmodi regula non
17 habet locum , vbi habenti poteſta-
tem abſoluendi & coudemnandi fuit
poteſtas , condemnandi ſublata,
quia non propterea cenſetur ſubla-
ta poteſtas abſoluendi ſecundum gl.
in clementina prima, in ver. contra
eos,vbi Canoniſtæ, de hæret. quo-
rum ſententiam communem eſſe di
cit Ripa in dicta l.3.nume. 11. ff.de
re iud.cum cæteris adductis per Me
noc dicta q.43.nume.29. vbi nume.
31.declarat veram huiuſmodi com-
munem,quando ratio ſublatæ pote-
ſtatis in condemnando non militat
in abſoluendo, ſicut non uidetur mi
litare in Vicario epiſcopi,quia habet
idem Auditorium & Iudicium,quod
epiſcopus,vt ſuperius relatum eſt.

Vltimo non obſtat quòd epiſco-
pus cauſam ſibi aduocaſſe videatur
per cognitionem excommunicatio-
nis,& quod aduocata cauſa, ſuſpenſa
videatur iuriſdictio Vicarij , ſecun-
dum ſuperius dicta: Nam reſponde-
tur quòd licet ſit ſuſpenſa poteſtas
excommunicandi , non tamen ſu-
ſpenſa uidetur poteſtas abſoluen-
di,vt etiam ſupra dictum fuit in præ-
cedenti reſponſione:& quia videtur
per epiſcopum derogatum cauſæ
quo ad ſpeciem excommunicationis
per illius aduocationem,non autem
quo ad ſpeciem abſolutionis vt arg.
capituli, cum ſtuduiſti,& not. ibi
& in capitulo,cum M. Ferrarienſis
extra de conſtitu.& c.ad petitionem
de



de accuſ.tradit Abb.in c.ſi quis con-
tra,nu.25.in 1. lect.& in 2.nu.30.ex-
tra de foro comp.

Ego tamen crederem ꝙ quando
18 *epiſcopus* eſſet in diœceſi, vel in lo-
co propinquo,tunc abſoluendus eſ-
ſet excõicatus ab ipſo epiſcopo, ſecũ
dum ea quæ dicit Abb. in d.c. ſi quis
contra, in prima lectura,nu.25.& nu
30.in ſecunda, vbi in illa quæſtione,
an à delegato epiſcopi recuſati , vel
non recuſati,appellari poſſit ad eius.
Vicarium, diſtinctionis fędere ſentit
non eſſe appellandum ad eum præ-
ſente epiſcopo,ſiue exiſtente in diœ
ceſi vel loco vicino,in quo etiam di-
citur præſens, ſecundum Abb.in lo-
co præallegato,per tex.in c.ſi contra
vnum,de offi.dele.in 6.

Et hæc diſtinctio confirmari poſ-
ſe videtur ex iis quæ ſcripſi ſupra in
ea q.58. an Vicarius Archiepiſcopi
habeat iuriſdictionem in epiſcopos
ſuffraganeos,vbi in præſentia epiſco
pi non poteſt illos excommunicare,
ergo etiam ipſo epiſcopo præſente
non poterit Vicarius abſoluere ex-
communicatum ab epiſcopo, ſecun-
dum regulam d.l.nemo qui condem
nare. Et quia in reuerentialibus Vi-
carius præſente epiſcopo non exer-
cet iuriſdictionem, Feder.de Sen. cõ
ſi.302.nu.4. cum aliis concordanti-
bus adductis ſupra dicta quæſt.

Hæc tamen diſtinctio non eſſet fa
19 cienda,vbi adeſſet ſpeciale manda-
tũ epiſcopi ad abſoluendum excom
municatum. Nam Vicarius põt ex
ſpeciali mandato abſoluere etiam à
caſibus epiſcopo reſeruatis,gl. in c.1.
in princi.26.q.6. Rebuf.in pract.be-
nef.tit.forma Vic.arch.nu.179. poſt
Hoſt.in ſum.§.cui conferendũ , ver.
quod ſi epiſcopus,de pœniten.& re-
miſſ.gl.in §.de eo.in ver.in generali.
Inſt.iur.cano.Lancellotti de pęni.&
remiſſ.Concil.Trid. cap.6.ſeſſ.24. in
decreto de reform.& in c.7. ſeſſ. 13.
tit.de caſuum reſeru. Et alios caſus
20 in quibus inferior abſoluere poteſt
vel non à cenſuris epiſcopi ponit
Henric.Bott.in tract.de ſyno. art.5.
conclu.vnica,à numero 1.vſque ad fi
nem ad quæ loca lectorem remit-
to, cum propria non ſint quæſtionis
noſtræ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Legatus generalis non poteſt ſe impedi-
re in cauſa ſpecialiter commiſſa per
Papam.*

2 *Excommunicatus à delegato Papæ non
poteſt abſolui niſi per Papam, etiam
defuncto delegato.*

3 *Epiſcopus delegando cauſam alicui in
ſpecie videtur derogare iuriſdictioni
Vicarij quoad illam ſpeciem.*

4 *Et prohibere poteſt Vicario ne iudicet in
cauſa.*

5 *Ligandi poteſtatem habet, qui habet po-
teſtatem abſoluendi.*

6 *Excommunicationem latam ab homine
quis remittat.*

7 *Vicarius epiſcopi abſoluere poteſt excom
municatum à delegato ipſius epi-
ſcopi.*
*Declaratur,nu.14.*

8 *Si uinco uincentem te, multo magis uin-
co te.*

9 *Appellari poteſt à delegato epiſcopi ad
eius Vicarium.*
*Declaratur,nu. 15.*

10 *Delegatus unius epiſcopi poteſt abſolue
re excommunicatos ab alijs delega-
tis epiſcopi.*

11 *Vicarius epiſcopi maiora poteſt quàm
delegatus.*

12 *Procurator generalis, an prohibere poſ-
ſit ſpeciali negocium ſibi commiſ-
ſum .*

13 *Legatus non facit idem tribunal cum
Papa , ſicut epiſcopus cum Vicario.*

16 *Vicarius non habet in omnibus idem
conciſtorium cum epiſcopo.*

Q QVAE-

## QVAESTIO CLXXV.

QVid in excommunicato à dele-
gato epiſcopi, an & is abſolui
poſſit à Vicario? Et nõ poſ-
ſe probat tex. in c. ſtuduiſti. de offic.
lega. Vbi legatus generalis nõ põt ſe
1 impedire in cauſa ſpecialiter cõmiſ-
ſa per Papam, immo quantũ ad illam
cauſam delegatus cenſetur maior le
gato; & in c. paſtoralis. §. præterea, ex
tra de offic. ord. Vbi excõicatus per
2 delegatum eo etiam defuncto, per
alium quàm per Romanum Pontifi-
cem non poteſt abſolui.

Tertio, quia epiſcopus delegando
cauſam alicui in ſpecie, derogare vi-
detur iuriſdictioni Vicarij, quoad il-
3 lam ſpeciem, vt arg. tex. in c. cum M.
& no. ibi, extra de conſti. & d. c. ſtu-
duiſti, & de accuſ. c. petitionem. fir-
mant Abb. in c. ſi quis contra, nu. 25.
in prima lect. & 2. nu. 30. extra de fo
ro compe. Cum epiſcopus poſſit ex-
preſſe prohibere Vicario vel officia-
4 li ſuo, ne iudicet in cauſa, Inno. in c.
Romana, de offic. ordi. in 6. vt refert
Abb. in loco præallegato, Toloſ. q.
480. vbi Anfre. in addi. ergo in excõ-
municatione lata à delegato epiſco
pi videtur Vicario interdicta abſo-
lutio.

Quarto, quia ad illũ ſpectat pote-
ſtas abſoluendi ad quem pertinuit
poteſtas ligandi. cap. inferior. 21. diſt.
5 Innoc. in c. prudentiam. nu. 14. extra
de offic. deleg. ergo ad Vicarium epi
ſcopi non pertinet poteſtas abſoluẽ
di, cum non pertinuerit poteſtas li-
gandi, iuxta regulam. l. nemo qui cõ
demnare. ff. de regu. iur. & dixi ſupra
in præcedenti quæſt. & iuxta regu-
6 lam, quòd excommunicationem la-
tam ab homine nemo poſſit remit-
tere, niſi ille qui excommunicauit
vel ſuperior. c. Paſtoralis. §. præterea.
vbi late Felin. extra de offic. ordina.
Abb. in c. prudentiam. §. ſi vero, in fi.
de offic. delega.

In contrarium faciunt ea quæ ſu-
perius adducta ſunt in quæſtione
7 præcedente pro parte affirmatiua,
quæ fortius militare videntur con-
tra delegatum ſi militant contra epi
ſcopum delegantem per regulam
tex. capit. auctoritate, extra de con-
ceſſio. præben. in 6. de qua Abb. in cõ
8 ſi. 21. & ſeq. volu. 1. Anto. de Præt. in
tracta. de iuriſd. epiſ. c. 6. nume. 40.
Secundo facit dictum Archid. in c. 2.
in fine. de conſ. in 6. Vbi à deputato
epiſcopi appellari poteſt ad eius Vi-
9 carium tanquàm ad vnum, & idem
conciſtorium, quem refert & ſequi-
tur Franc. ibi, colum. penult. in gloſ.
in ver. Auditorium. Card. in clem. 2.
nume. 25. de reſcri. Rota deciſ. 371.
titu. de offi. Vic. in no. Apoſt. ad Bar.
in l. 1. §. 1. in ver. & idem auditoriũ.
ff. de appel. & ad Roma. ſing. 558. Bal.
in c. dilecti. el 3. vbi late Franc. in 2.
q. extra de app. Feli. in c. ſi quis con-
tra, nu. 5. ver. ſed caue, extra de foro
compet. poſt Maria. ibi relatum, ergo
excommunicatus à delegato epiſco-
10 pi poteſt abſolui à Vicario.

Tertio adducitur Inno. in d. c. pru
dentiam, nu. 14. in prin. ſuper ver. de
legatis. vbi dicit, quòd delegatus v-
nius epiſcopi poteſt abſoluere ex-
communicatos ab aliis delegatis ab
epiſcopo, ergo à fortiori poteſt ab-
ſoluere Vicarius, qui facit idem con
ciſtorium cum epiſcopo. c. 2. de con
ſuetu. in ſexto, clemen. & ſi princi-
palis, de reſcrip. & utrobique Cano-
niſtæ, & maiora poteſt quàm dele-
11 gatus, Felin. in cap. quod ſedem, nu-
me. 2. ad fin. extra de offic. ordina.
Bald. in l. aliquando, nu. 7. ff. de offic.
procon. Doct. in rub. ff. de offi. eius.

Quarto probat text. in l. ſi homi-
nem. ff. manda. vbi generalis pro-
curator poteſt ex cauſa prohibere
12 ſpeciali, ne attentet negocium ſi-
bi commiſſum, quem text. in ſimi-
li de appellatione à delegato epi-
ſcopi



ſcopi ad Vicarium citat Abb. in d.
cap. ſi quis contra, in prima lectura,
nu. 2. & in ſecunda, nume. 30. de foro
compet.

Ad tex. in dicto ca. ſtuduiſti, & in
dicto c. paſtoralis, §. præterea, qui fue
runt ſuperius adducti in contrarium
pro parte negatiua: Reſpondetur
quòd legatus & Papa non conſti-
13 tuunt idem tribunal, ſicut epiſco-
pus & Vicarius, vnde merito in ap-
pellatione interpoſita ad Papam, le-
gatus ſe intromittere non poteſt, &
hanc reſponſionem dedit Abb. in lo
cis ſuperius citatis.

Tertium argumentum quòd vi-
deatur derogata iuriſdictio Vicarij
in illa ſpecie, non obſtat quoad ſpe-
ciem abſolutionis diuerſam ab ex-
communicatione, vt in dicto ſimili
declarat Abb. in locis præallegatis
& dixi ſupra, in q. proxima præce-
denti, in ſecunda & vltima reſponſio
ne ad contraria.

Sicut non obſtat regula l. nemo
qui condemnare, cum ſuperius ad-
ductis pro concordanti: quia reſpon-
ſum fuit itidem in dicta præcedenti
q. in ſecundo fundamento ad con-
traria.

Putarem ego ſeruandam eſſe ean-
dem diſtinctionem adductam in ea-
dem præcedenti quæſtione in fine
ex adductis per Abb. in d. cap. ſi quis
contra, nume. 25. in prima lectura &
in ſecunda, nu. 30. Vbi in eadem quæ
14 ſtione, an à delegato epiſcopi appel
lari poſſit ad Vicarium, diſtinguen-
do concludit quòd ſi epiſcopus eſt
15 præſens vel in diœceſi vel in loco
propinquo, tunc appellari debet ad
ipſum, per tex. in cap. ſi contra vnum.
de offi. deleg. in 6. quando autem eſt
abſens, ad Vicarium, arg. d. l. ſi homi-
nem, & eorum quæ notat Io. And. in
d. c. ſi contra.

Nec habet Vicarius idem conci-
16 ſtorium cum epiſcopo in omnibus
ſed in ijs quæ competunt ratione iu
riſdictionis ordinariæ, vt per Doct. in
c. licet, de off. Vica. in 6. cum addu-
ctis ſupra, q. 57. hoc eodem libro.

*S V M M A R I V M.*

1 *Mandatum Papæ ad abſoluendum excommunicatum ab epiſcopo vel eius Vicario non extenditur ad abſoluendum excommunicatum per delegatum epiſcopi.*

## QVAEST. CLXXVI.

1 VIdi etiam notari quòd ſi ſum-
mus Pontifex mandet cuipiam
vt abſoluat excommunicatum ab
epiſcopo vel eius Vicario, non exten
detur ad abſoluendum excommuni
catum per delegatum epiſcopi, vt cõ
ſulendo reſpondit Calder. conſi. 11.
de ſent. excomm. quem refert & ſe-
quitur, Franc. Paui. in tract. de offi. &
poteſt. ca. c. ſede vacan. 2. par. prin. q.
6. in fine.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus poteſt ſibi auocare cauſam vicarij & eidem cognitionem illius interdicere.*

2 *Habet maius imperium quam Vicarius & firmiorem iuriſdictionem.*

3 *Vicario competit iuriſdictio nomine epiſcopi.*

*Vicarius abſoluere poteſt excommunicatum ab epiſcopo ſuo.*

4 *Excommunicatus à delegato epiſcopi non poteſt ab epiſcopo abſolui.*

*Declaratur, nu. 7.*

*Epiſcopus non poteſt cognoſcere cauſam eius Vicario delegatam.*

*Ampliatur, nu. 6.*

*Declaratur, nu. 7.*

## QVAEST. CLXXVII.

AT econuerſo epiſcopum abſol-
uere poſſe excommunicatum

ab eius Vicario, ea ratione probatur
quia epiſcopus poteſt auocare ſibi
1 cauſam Vicarij & eidem interdicere
ne ſe intromittat in illa cauſa, Tho-
loſ.q.480.vbi Aufrer.in addi. & poſt
Inno.in c. Romana, de offi. ord.in 6.
Abb.in cap.ſi quis contra, num.25.in
prima lectu. & in 2. nu.30.extra, de
foro compet.& maius eſt Imperium
epiſcopi quam Vicarij, maiusque pri
2 uilegium & firmior iuriſdictio, Ge-
min.in c.licet, nu.6.in fine, de offic.
Vica.in 6. Bal. in l.ſed ſi hac. §. ſem-
per, in fi.ff.de in ius voc.Feli. in c.cũ
olim, el 2.in princi.extra, de offi.de-
lega. Picard. inter conſi. Menoc.52.
nume. 118.cum ſequen.volumine 1.
Bertac.in trac.de epiſ.li.4.par.6.titu.
de Vica.epiſ.nu.3. & par.5.nu.32.eo.
lib. Fran.Marc. q.Delph.421.nu.3.&
ſeq.par.1.& ideo ſi Vicarius poterit
abſoluere a fortiori poterit abſolue
re epiſcopus qui Vicarium conſti-
tuit, & cuius nomine competit Vica
3 rio iuriſdicendi poteſtas, Barto.in l.
quod Principi, in fine, ff.de leg.2.vbi
Barbat.in add.firmat, Abb.in c. quo-
niam, nu.1.& Dec.nu.9.extra, de off.
deleg. & in terminis, glo. per illum
tex.in §.epiſcopali, in ver. hominis,
Inſt.Lancellott. de ſent. excommu.

4 Declaratur vt non procedat, quan
do Vicarius cenſuram fulminaſſet
in aliqua cauſa ſibi delegata, quia tũc
excommunicatus à delegata non po
terit abſolui ab epiſcopo, c.paſtora-
lis, §.præterea, vbi Abb. & Fel. nu.9.
de off.deleg.& in c. prudentiam, eo.
titu.& dixi ſupra, q.

5 Nec poteſt epiſcopus cognoſcere
cauſam Vicario ſuo delegatam, An-
char.in cle.2.col.1.Imo. nu.14.Zaba
rel.nu.10.de reſcrip. Bertac.de epiſ.
lib.4 par.7.q. 4.& par.5. titu. de auc.
epiſ.circa iud. nu.39 ſecundum par-
uam impreſſionem, & nu.59. ſecun-
dum magnam, Franc.in c. dilecti, lo
2.q.5.de appella.Dec.in c. quoniam,
nu.9.ad fi.extra, de off.deleg.

6 Quod etiam extendi poſſe vide-
tur, vbi cauſa eſſet delegata Vicario
ſub nomine dignitatis & eo nomi-
ne cenſuram fulminaſſet ex his quæ
7 ſupra ſcripſi, q. 135. vbi vide & de-
clara.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus à Vicario epiſcopi ſuf-
fraganei abſolui poteſt ab Archiepi-
ſcopo vel eius Vicario.*
*Ampliatur, nu.2.*
*Declaratur, 3.4.5.6.cum ſeq.*
3 *Excommunicatus iuſte debet remitti ab-
ſoluendus ad ſuum excommunicato-
rem.& nu.8.*
4 *Et ad cautelam etiam in dubio.*
5 *Niſi excommunicator requiſitus malitio-
ſe denegaſſet abſolutionem excommu-
nicato.*
6 *Archiepiſcopus vel eius Vicarius non po-
teſt per viam querelæ adiri ab excom-
municato per ſuffraganeum.*
*Declaratur, nu. 10.*
7 *Archiepiſcopus & eius Vicarius nõ ſunt
iudices ſubditorum ſuffraganeorum
niſi in caſu appellationis.*
9 *Excommunicatus ab epiſcopo ſuffraga-
neo, quibus caſibus adire poſſit Archie-
piſcopum per viam querelę.& nu.10.*
10 *Excommunicatus nulliter per ſuffra-
ganeum, abſolui poteſt ab Archiepi-
ſcopo recepta idonea cautione ad
cautelam.*
11 *Non tamen de neceſſitate.*
12 *Contumax excommunicatus non poteſt
abſolui niſi præſtita cautione, vbi ta-
men probetur contumax, non autem
ſi præſumatur.*

## QVAEST. CLXXVIII.

SIcut etiam certum eſt excommu
nicatum à Vicario epiſcopi ſuf-
fraganei abſolui poſſe ab Archiepi-
1 ſcopo vel eius vicario ad quẽ ꝓuoca-
uit, c.venerabilibus, §.1. & ſeq.& ibi
Cano-



Canoniſtæ, de ſent.excom. in 6.& in
c.ad reprimendum, vbi Hoſt.Io. An-
dr. & Abb.extra, de offi.ord. & idem
Abb.poſt Calder.in c.ab excommu-
nicato, nu.12.extra, de reſcrip.& in
c.per tuas, vbi gl.in ver. in Sardicen.
concilio, & Abb. nu. 6.& ſeq.extra,
de ſent.excomm.

2 Ampliatur etiam ſi lata fuerit ex-
communicatio poſt appellationem,
quia conſtito quòd ex tali cauſa fue
rit ad Archiepiſcopum prouocatum,
ad cautelam relaxanda eſt excommu
nicatio recepta cautione de paren-
da mandatis, d.c.venerabilibus. §.ſed
ſi.vbi Ioan.Andr. & d.c.per tuas, vbi
Abb.nu.6.

3 Declaratur niſi certum ſit ſenten-
tiam excommunicationis eſſe iuſtã,
quia tunc remitti debet ad excom-
municatorem, d.c.venerabilibus.§.ſa
nè, vbi Io. Andr.& Abb.in præcitato
c.per tuas, nu.6. Honeſtius tamen eſ
ſet in dubio remittere abſolutionẽ
4 ſuffraganeo, probat tex. in d.§.ſanè.
ver. quod ſi dubitetur, etiam firmat
Abb.in eodem c.per tuas, nu.6.& 10.
Lancellot.in §.vbi vero, Inſti.iur.ca-
no.de ſent.excom.

5 Subdeclaratur niſi excommunica
tor requiſitus malitioſe denegaſſet
abſolutionem excommunicato, d.§.
ſanè, cum gl.in ver.exhibens, & tex.
in d.c.per tuas, & in c. cum contin-
gat, & in c.prudentiam & vtrobique
Canoniſtæ, de offi.deleg. Lancellot.
in d.§. vbi vero.

Secundo declaratur vbi excõmu-
nicatus à ſuffraganeo vel eius Vica-
rio prouocaſſet ad Archiepiſcopum:
ſecus ſi eundem adiuiſſet per viam
querelę Nam regulariter querelam
6 huiuſmodi non debet Archiepiſco-
pus vel eius Vicarius audire, quia
7 non ſunt iudices niſi in caſu appella-
tionis, c.paſtoralis.extra, de offi.ord.
d.c.per tuas, & ibi Abb.& alij Cano-
niſtę, & ideo remitti debet excom-
8 municatus ad excommunicatorẽ ab
ſoluendus, d.c.ad reprimendam, &
d.c.venerabilibus, in prin. Abb.in d.
c.ab excommunicato, nu.13.& in d.
c.ad reprimendum, nu.3.

9 Subdeclaratur niſi excommunica
tio eſſet euidenter nulla vel iniuſta,
vel quando periculum eſſet in mora
vt declarat Oldrad.conſi.93.refert il
lum Apoſt. ad Abb. & in d. c. ab ex-
communicato, nu. 14.ſub littera g.
Vel quando aliquis ſubditus epiſco
pi ſuffraganei fuit excommunicatus
ad inſtantiam partis, & petit corã Ar
chiepiſcopo puniri ſuffraganeum de
excommunicationis iniuſtitia, iuxta
terminos c. ſacro, & ibi Abb. & alij
extra, de ſent.excommu. vbi iniuſte
excommunicato prouiſum eſt per
refectionem damnorum & intereſſe
ac expenſarum, vel quando ſubditus
ſuffraganei fuit excommunicatus ex
10 officio iudicis, non ad partis inſtan-
tiam. Nam in omnibus caſibus prędi
ctis poteſt excõmunicatus adire Ar-
chiepiſcopum vel eius officialẽ per
viam querelę: & tunc abſolui debet
excommunicatus ante cauſę cogni-
tionem, recepta prius ab eo idonea
cautione, de ſtando iuri & parendo
mandatis, d.c.venerabilibus, in prin.
& §.porro, vbi gl.& Io. Andr. iuncto
c.cũ deſideres, vbi Abb.de ſent. exc.
& idem Abb. in d. c. ad reprimen.&
in d. c.ab excommunicato, & in d. c.
per tuas, num.8.cum ſeq. poſt glo.in
ver.in Sardicen.in d.§.vbi vero, Inſt.
iur. cano. Lancellott. de ſenten.ex-
communi.

11 Intellige vt ad cautelam excom-
municatus nulliter abſolui debeat,
de neceſſitate autem auditur excom
municatus nulliter non petita abſo-
lutione, Abb.in ſæpius citato c.per
tuas, nu.3.& 9.

Tertio principaliter declaratur
in contumace probato, qui abſolui
non poteſt, niſi pręſtita cautione
de ſtando iuri & ſolutis expenſis,
dicto §. porrò verſiculo, ſecus

autem Inno. in c.prudentiam,col.fi.
de off.deleg.ſecus in cōtumace præ
ſumpto,dicto verſ. ſecus autē.& ſcri-
bit Couar.in Coment. c.alma mater
par.1.§.11.vbi Lancellot.declarat,in
§. manifeſtum,Inſt. iur.car. de ſent.
exc ommunic.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſatio à canone ſolis epiſcopis eſt permiſſa.*

2 *Vicarius ſine ſpeciali mandato epiſcopi non poteſt abſoluere excommunicatum excommunicatione canonis.*

*Declaratur,num.3.*

3 *Excommunicatum maiori excommunicatione epiſcopo reſeruata ſolus epiſcopus abſoluit minori aūt ſacerdos.*

*Ampliatur,num.4.*

5 *Excommunicatus excommuaicatione canonis nō poteſt ab epiſcopo abſolui, vbi conditor canonis reſeruauit ſibi abſolutionem.*

*Ampliatur, & declaratur octo modis remiſsiue tamen.*

6 *Excommunicatus excommunicatione iuris vel canonis ab ordinario exemptus, debet abſolui per Papam.*

*Papa ſolus, epiſcopus eſt exemptorum.*

7 *Excommunicatus ab homine à ſolo excommunicante debet abſolui.*

8 *Niſi excōmunicatio lata ſit per generalis,hominem, vel iudicis ſententiam.*

## QVAESTIO CLXXIX.

QVidquid autem de excommu-
nicatis ab epiſcopo , ſiue eius
Vicario aut delegato dictum fuerit
ſuperius,de excōmunicatis excom-
municatione iuris,vel canonis aliud
eſt dicendum,quia vicarius epiſcopi
nō poterit abſoluere huiuſmodi ex-
communicatos,ſine mandato ſpecia
1 li.Nam diſpenſatio à canone videtur
permiſſa ſolis epiſcopis,Inno. in c.fi.
in fi.de poſt.præl. & in c.1.de eo qui
fur.or u.ſuſc.Fel.in c.paſtoralis,§.præ
terea,num.10. de off. ord. vbi ſcribit
quòd vbicunq; canon relinquit ab-
ſolutionē ab excommunicatione in-
feriorib.intelligitur de ſolis epiſco-
pis.Et quòd ſolus epiſcopus,non au-
tem vicarius ſine ſpeciali mandato
abſoluat,probauit gl.in c.2.in ver.re
futantur, vbi Archi.de pœnit. & re-
miſſ.in 6.Abb.in c.nuper,nu.6.Fely.
2 nu.1.col.2.de ſen.exc.Specu.titu.de
ſent. §.vt autem nu.42. in fine. Butr.
in c.ſua,de off.vic. vt refert apoſt. ad
Abb.in d.c.nuper in ver.excommu-
nicatio,circa medium,Concil. Trid.
c.6.ſeſſ. 24. in decreto de reſeruat.

Declaratur , vt procedat in excō-
3 municato excommunicatione maio
ri epiſcopo reſeruata , in qua ſolus
epiſcopus abſoluit , vt declarat Abb.
& Fel.in d.c.nuper. ille , num.6. iſte
nu.1.col. 2. vbi volunt quòd ſi maior
eſſet excommunicatio, ſolus epiſco-
pus abſoluit,ſi verò minor,ſacerdos,
ſcribit late Couar. in comment. d.c.
alma mater.par.1.§.12. nu.6. & hanc
eſſe communem opinionē , teſtatur
Nouar.in Manua.confeſſor. cap. 27.
nu. 39. Ampliatur ſupradicta decla-
ratio etiam ſi excommunicatio lata
fuerit per conſtitutionem ſiue ſtatu
4 tum epiſcopi,ſiue Prælati eccleſiaſti
ci, Abb.in dicto c.nuper, num. 5.Io.
And. Imola & Abb. in c.graue,in fi.
de præb.Fel. in d.c.paſtoralis §. præ-
terea, nu.9.verſ. fallit primo,de offi.
ord. vbi æquiparat excommunicatū
conſtitutione inferiorum excommu
nicato canonis Papæ.

Subdeclaratur,niſi conditor cano
5 nis,vel epiſcopus reſeruaſſet ſibi ab-
ſolutionem, d. c. nuper,vbi Abb. &
alij ſuperius citati, Duē.reg.252.re-
ferens vnam ampliationē & octo li
mitationes, quę in ordine videri poſ
ſunt apud.Henric.Bott.trac.de ſyno.
epiſ.art.5.in vnica cōcluſione, quam
ibi facit, & Couar. in d.capitu.alma,
par.1.§.12. numero quarto. dicens,
hanc eſſe communem opinionem.





Secūdo principaliter, declaratur in
excōicato exēpto ab ordinario,quia
non poteſt abſolui à Vicario epiſco-
pi ēt ſi abſolutio reſeruata non ſit a
6 cōdicore canonis,Feder.conſi.14. ſe-
quitur Domin.in c.non ſolum, de re
gu.iur.in 6.Feli. in d.§. præterea. nu.
10.ver. limita hanc primam fallen-
tiam. Nam huiuſmodi abſolutio per-
tinet ad Papam,qui ſolus cēſetur epi
ſcopus exemptorum, ſecundum Fe-
li.loco iam citato,& probatur in cle.
vnica,de ſupplen. negli. præla.tradit
Rebuf.tit.de vnion.reuoc.nu.22.

Tertio declaratur in excommu-
nicatione hominis à qua ſolus excō-
municans abſoluit etiam ſi ſibi non
reſeruauerit abſolutionem,Felin. in
7 ſępius allegato.§.præterea.nu.9.per
illum tex.poſt Abb.& alios ibi, & di-
xi ſupra q.171.& 173. licet nō videā
tur pertinere ad hāc q. Subdeclara-
tur,niſi excommunicatio lata ſit per
hominis,& iudicis ſententiam , quæ
8 generalis ſit,vt poſt Imo. in d. c. gra-
ue,Hoſt.& alios in c.excommunica-
mus,el primo, de hæret. firmat Co-
uar.d.§.12.nu.4.ver.2. ubi reſpondit
ad ea quæ ibi ex aduerſo in hac de-
claratione afferuntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutio à canone, ſi quis ſuadente diabolo in quibus caſibus competat epiſcopo, remiſsiue tamen.*

2 *Vicarius epiſcopi abſoluere poteſt ex mādato ſpeciali excommunicatum pro violenta manuum iniectione in illis caſibus quibus competit epiſcopo abſolutio.*

3 *Vicario epiſcopi aliqua cōmitti poſſunt, quæ alijs non poſſunt.*

4 *Vicarius Papæ non poteſt abſoluere à violenta manuum iniectione ſubditos,uel aliunde uenientes abſque mādato ſpeciali.*

5 *Sacerdos an & quando abſoluere poſſit excommunicatum à can. ſi quis ſuadente diabolo.*

## QVAESTIO CLXXX.

MInime etiam illum abſoluere
poterit Vicarius epiſcopi, qui
pro violenta manuum iniectione in-
cidit in canonem,ſi quis ſuadēte dia
bolo,in illis etiam certis caſibus,qui
bus ex officio competit epiſcopo ab-
1 ſolutio præſtita ſatisfactione, vt in c.
de cætero, de ſent.excō.& in c.in his
quibus, & vtrobique Canoniſtæ,de
offi.ord.& in c.ea noſcitur,vbi Abb.
extra de ſent.excō. Niſi tamen adſit
mandatum ſpeciale epiſcopi,vt pro-
batur in d. c.fin.vbi Abb.in princi. &
2 Feli.poſt Imo.& Butr. in c. ab excō-
municato,extra de reſcrip.gloſ.in di
cto c.de cætero,in ver.licet, vbi Ca-
noniſtę, Lancellot.in § his autem.In
ſti.iur.cano.de ſentē. excom. vbi vo-
lunt huiuſmodi abſolutionem excō
municationis alijs poſſe committi,
& dicam in proxima ſequenti quæſt.
ſi ergo aliis committi poteſt, fortius
3 mandari poterit Vicario , cui aliqua
committi poſſunt,quæ aliis non poſ-
ſunt,Bald.in l. aliquando, nu.7.ff. de
offi.procon.Fel.in c.quod ſedem.nu.
2.ad finem,extra de offic. ordi. & ad
terminos noſtros quòd epiſcopus cō
mittere poſſit Vicario abſolutionem
excommunicationis,voluit Spec. tit.
de ſenten.§.ut autem.nu.42. in fi.

Ampliatur, vt nec etiam Vicarius
4 Papæ poſſit abſoluere ſubditos , uel
aliunde venientes à violenta manuū
iniectione,ſine mandato ſpeciali Io.
And.in c.tua,extra de offic.vica. quē
refert & ſequitur Pauin.tract. de of-
fic.& poteſt.cap.ſede vac.2.par.prin.
q.10.nu.35.

Declaratur in caſibus neceſſitatis
in quibus cū ſacerdos inferior abſol
5 uere poſſit a violenta manuum inie-
ctione recepta cautione iuratoria vi
ſitandi in propria perſona eccleſiam
Romanā ceſſante impedimēto, & ſu
ſcipiendi apoſtolicū mandatum: c. ſi
quis ſuadente.17.q 4.& cap.quod de

his, & c. quamuis, de ſent. excomm.
& c. ea noſcitur, & vtrobique Abb. &
d. c. de cætero, eo. titu. & ibi glo. & In
noc. & in d. c. fi. Feli. in d. §. præterea,
nume. 12. fortius poterit abſoluere
Vicarius epiſcopi, ſecundum ſupe-
rius dicta.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt committere alteri abſolutionem ab excommunicatione.*
2 *Abſolutio ab excommunicatione eſt delegabilis.*
3 *Excommunicatio eſt meri Imperij, quandoque etiam mixti & delegari poteſt.*
4 *Abſoluendi poteſtas par eſt cum poteſtate ligandi.*

## QVAESTIO CLXXXI.

HVc etiam ſpectat Vicarium epi
ſcopi committere poſſe alicui
abſolutionem ab excommunicatio-
ne, vt probant Imola, poſt Butr. in c.
ab excommunicato, de reſcrip. Abb.
1 & Feli. in c. his quibus, ille nu. 1. per
illum, tex. iſte, in princi. extra, de off.
ord. Dum ſcribunt abſolutionem ab
2 excommunicatione eſſe delegabilẽ
per ordinarium, & per conſequens
per Vicarium epiſcopi, qui ordina-
rius eſt, vt dixi ſupra q. 55. & in ſpe-
cie, Abb. in c. ab excommunicato, nu
me. 19. poſt Hoſt. ibi, de reſcrip. & di-
xi ſupra, q. 174. & quemadmodum de
legari poteſt excommunicatio ſecũ-
3 dum Abb. in d. c. his quibus, & in ca.
paſtoralis, §. præterea, nu. 2. extra, de
off. ord. quæ meri imperij eſt, quando
exercetur officio iudicis ad vtilitatẽ
publicam, vel mixti quando exerce
tur ad fauorem priuatum, Abb. in c.
quoad ſedẽ, in fi. de off. ord. Menoc.
de arb. iud. lib. 2. caſu 438. in fi. cent.
5. & ideo delegabilis ſecundum cano
nes, Inno. in c. tranſmiſſam, in fine, ex
tra de elect. Abb. in d. §. pręterea, nu.
2. c. in Archiepiſcopatu, vbi Canoni-
ſtę, de rapt. & dixi, ſupra, q. ſic econ-
uerſo delegari poterit abſolutio cu-
4 ius poteſtas par eſt cum poteſtate li-
gandi, c. verbum, de pœniten. diſt. 1. &
in hoc puncto vtitur hoc argumento
Abb. in d. c. his quibus, nu. 3.

*S V M M A R I V M.*

1 *Cenſuræ appellatione non ſolum venit excommunicatio, verum etiam ſuſpẽſio & interdictum.*
2 *Cenſura eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ.*
3 *Iudex eccleſiaſticus ſuſpendere poteſt & interdicere, quemadmodum excommunicare.*
4 *Iuriſdictio eccleſiaſtica ſine coërtione eſſe non poteſt.*
5 *Suſpenſio perpetua vel diuturna dicitur eſſe de arduis.*
6 *Ferri non poteſt per epiſcopum ſine capitulo.*
7 *Capitulum ſede vacante ſuſpendere poteſt & interdicere.*

## QVAESTIO CLXXXII.

PRoſequendo cenſuras Fori epi-
ſcopalis quęritur, an Vicarius epi
ſcopi ſuſpendere poſſit & interdice
re. & poſſe ea ratione probatur quia
appellatione cenſuræ non ſolum ve-
1 nit excommunicatio, verum etiam
ſuſpenſio & interdictum, c. quęrenti.
vbi Abb. extra de ver. ſig. c. is cui, de
ſent. exc. in 6. Abb. in c. cũ ab eccleſia
rũ n. 2. ĩ fi. extra, de off. ord. c. paſtora
lis, §. pręterea, nu. 10. ver. hanc primã
fallentiã, extra eo. Oldra. conſi. 86. in
fi. Bal. cõſi. 478. nu. 7. & ſeq. in 4. Co-
uar. in comment. c. alma mater, par.
2. nu. 7. de ſen. excom. Nauar. in ma-
nua. confeſſ. c. 27. nu. 164. Concil. Tri
dẽ. c. 3. ſeſſ. 25. in decreto, de reform.
Sed cenſura eſt neruus eccleſiaſticæ
2 diſciplinæ, vt no. Abb. in c. cũ inter.
extra



extra de conſuet. & per illam iudices
eccleſiaſtici exercent iuriſdictio-
nem, c. licet, vbi Archid. & alij, de iu-
reiur. lib. 6. c. ex litteris, in fi. vbi Ca-
noniſtæ, de offi. delega. Innocen. &
Abb. in dicto c. cum ab eccleſiarum.
ille num. 7. iſte nume. 4. de offi. ord.
Concil. Triden. d. c. 3. ſeſſ. 25. ergo iu
3 dex eccleſiaſticus poteſt ſuſpendere
& interdicere, & hanc partem firmat
in iudice eccleſiaſtico, Abb. in d. c.
cum ab eccleſiarum, nu. 4. poſt Inno
cen. in fi. & in Vicario epiſcopi Re-
buf. prac. benef. titu. forma Vica. Ar-
chiep. nu. 174. Couar. d. c. alma, d. §. 2.
nu. 7. Nauar. in d. c. 27. nu. 159. & 168.
quam puto veram eſſe, ne aliàs Vica
rius epiſcopi habeat iuriſdictionem
4 ſine coërctione eccleſiaſtica, contra
tex. in d. c. ex litteris, in fi. & in l. fi.
vbi Doc. ff. de offi. eius. firmat in Ar-
chidiacono glo. & Abb. in d. c. 1. ex-
tra de archid. & licet ſecundum Re-
buf. in loco præallegato ſoleat expri
mi in Vicariatu ad maiorem caute-
lam, commiſſio ſuſpendendi & inter
dicendi: putarem tamen fore expri-
mendam in caſibus in quibus agere
tur de perpetua ſuſpenſione vel mul
tum diuturna, quam Vicarius epiſco
pi ferre non poſſet ſine mandato ſpe
ciali: nam ſuſpenſio perpetua vel diu
5 turna dicitur eſſe de arduis ſecun-
dum Innoce. & Abb. in c. ad hæc, nu-
me. 1. in princi. & in verſi. quæro, de
offi. Archie. ita vt dicant epiſcopum
6 eam ferre non poſſe ſine capitulo, fa
ciunt congeſta per Feli. in d. §. præte
rea, nu. 10. verſi. habet igitur locum
iſta ampliatio.

Ampliatur etiam in Vicario capi-
tuli ſede vacante. c. his, qui. in fi. ex-
7 tra de maio. & obed. c. vnico, eo. titu.
lib. 6. Rebuf. in practi. benefi. titu. de
deuolut. nume. 63. formam vero in-
terdicti ponit Foller. pract. cri. cano.
2. par. iud. fol. 158.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius epiſcopi relaxare poteſt interdictum & abſoluere à ſuſpenſione.*
*Qui poteſt ſuſpendere, poteſt etiam abſoluere.*
2 *Cenſuræ appellatione continetur ſuſpenſio, interdictum & excommunicatio.*
3 *Suſpenſus & eccleſia interdicta remittuntur ad ſuſpendentem & interdicentem abſoluendi.*
4 *Suſpenſus in contumaciam abſolui debet præſtito iuramento de parendo mandatis eccleſiæ.*

## QVAESTIO CLXXXIII.

ET quemadmodum Vicarius epi-
ſcopi ſuſpendere poteſt, vt ſupra
dictum fuit in proxima q. præceden
te ita etiam poteſt abſoluere vt ſcrip
1 ſi ſupra. q. 171. & comprobat Nauar.
Manua. confeſſo. c. 27. nu. 168. & 159.
& 161. Nam ſuſpenſio, interdictum &
excommunicatio continentur ſub
2 vno vocabulo cenſuræ, c. quærenti,
vbi Abb. de ver. ſig. & in cap. cum ab
eccleſiarum, nu. 2. in fine, per illum
tex. de offic. ord. Oldra. conſi. 86. in
fine, Lancellott. in §. 1. Inſtitu. iur. ca
no. de eccleſ. cenſu. & illa regula
quod excommunicatus remittitur
abſoluendus ad ſuum excommuni-
catorem, extenditur quoque ad ſu-
3 ſpenſionem & interdictum, dicto ca
pitulo, cum ab eccleſiarum, vbi Abb.
Card. in clementina prima, q. 4. ver-
ſicu. quis. & ibi Imol. columna quar-
ta, & in c. graue, colum. 5. de præben.
Feli. in capitulo, paſtoralis. §. præte-
rea, num. 9. verſicu. amplia regulam.
extra, de officio ordina. & ſi fuerit
lata ſuſpenſio in contumaciam, tunc
huiuſmodi abſolutio fit recepto iu
ramento de parendo mandatis
eccle-

nu. 1. eccleſiæ, c. venerabili, vbi Abb.
Feli. poſt alios, de ſent. excom. Quæ
forma extenditur etiam ad abſolu-
tionem ab interdicto, ſecundum Ab
bat. in c. ad hæc. l. vltimo, nu. 3. extra
de appella.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex mandato ſpecia-
li abſoluere poteſt ſuſpenſum à ſu-
ſpenſione iuris vel canonis.*
*Declaratur, nu. 4.*
*Subdeclaratur, nu. 5.*
2 *Abſolutio à ſuſpenſione iuris conceditur
epiſcopo in caſibus in quibus poteſt di-
ſpenſare.*
3 *Mandatum generale Vicarij non com-
prahendit ſpecialia, nec illa quæ ex
gratia proueniunt.*
4 *Epiſcopus quando poſſit abſoluere à ſu-
ſpenſione iuris.*
5 *Vicarius ſpecialiter deputatus ab epiſco
po, poteſt abſoluere à ſuſpenſione non
deducta ad forum contentioſum &
à caſibus etiam apoſtolicæ ſedi reſer-
uatis.*

## QVAESTIO CLXXXIIII.

AT ſuſpenſum, à ſuſpenſione iu-
ris vel canonis Vicarius epiſco
pi abſoluere non poterit ſine manda
1 to ſpeciali: Sicut enim Vicarius di-
ſpenſare poteſt ex mandato ſpeciali
vt dixi, ſupra, q. 35. eodem modo ab-
ſoluere poterit à ſuſpenſione iuris
vel canonis: Nam abſolutio à ſuſpen
2 ſione iuris conceditur epiſcopo in
caſibus in quibus diſpenſare poteſt
vt declarat Feli. in c. paſtoralis. §. præ
terea, nu. 9. in ampliatione primæ fal
lentiæ, in fi. extra, de off. ord. Abb. in
c. tam litteris, nu. 3. verſi. primo caſu
extra, de teſt. & in generali mandato
3 Vicarij non veniunt ſpecialia, nec il
la quæ ex liberalitate vel gratia pro-
ueniunt, ſed opus eſt mandato ſpecia
li, Card. in clemen. 1. de offi. Vic. Ca-
ſtrẽſ. conſi. 148. nume. 1. Rolan. con-
ſi. 75. nu. 20. in 3. & probatur in c. 6.
ſeſſ. 24 apud Concil. Trid. in decre-
to de reform. Vbi Vicarius ſpeciali-
ter deputatus poteſt abſoluere in fo
ro conſcientiæ à ſuſpenſionibus pro
uenientibus à delicto occulto & ſe-
di ap. reſeruatis.
4 Declaratur vt abſoluere poſſit à
ſuſpenſione iuris in ijs caſibus qui-
bus epiſcopo eſt permiſſum, vt quan
do eſſet lata ſuſpenſio in contuma-
ciam, vel etiam ad tempus non de-
terminatum & in caſibus non reſer-
uatis a conditore canonis, & ſuper
quibus epiſcopus diſpenſare poteſt,
vt declarat Abb. in dicto c. tam litte-
ris, 3. vbi Aret. & Feli. & idem Feli. in
dicto §. præterea, num. 9. in fi. de off.
deleg. & in c. nuper, nu. 2. col. 2. in fi.
de ſent. exc. poſt glo. in c. cupientes,
§. cæterum, verſi. ſuſpenſos, de elec.
in 6. & in cle. 1. §. penult. in ver. ex-
communicationis, de hæret. quam
dicit communiter, approbari Abb.
in dicto c. tam litteris, nu. 3. licet ab
ea diſſentiat, ſic etiam illum decla-
rat Nauar. in Manua. confeſſo. c. 27.
nume. 162. Couar. in 2. par. Epito. c.
6. nume. 15. & quod Vicegerens epi
ſcopi abſoluere poſſit à ſuſpenſione
in contumaciam lata & non in pœ-
nam delicti, abſolute ſine termino
& reſeruatione, ſiue iure commu-
ni ſiue iure particulari confirmata
per Papam, dicit Nauar. in dicto Ma-
nua. confeſſo. capitu. 27. nume. 162.
arg. capitu. nuper, de ſenten. exc. &
capitu. litteris, de conſti. poſt Innoc.
quem dicit communiter receptum
in c. 2. de ſolut.
Subdeclaratur niſi ſuſpenſio pro-
ueniat à delicto occulto & non dedu
5 cto ad forum contentioſum, quia
tunc



tunc Vicarius epiſcopi ſpecialiter de
putatus abſoluere poteſt à ſuſpenſio
ne etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ
reſeruatis, Concil. Triden. dicto ca-
pitu. 6. ſeſſ. 24. In decreto de refor-
matione.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdicta ab homine & à iure vel ca-
none proferuntur.*
2 *Vicarius ex ſpeciali mandato epiſcopi
poteſt relaxare interdicta.*
*Declaratur, nu. 4.*
3 *Interdicti pœna minor eſt ſuſpenſionis
ab officio.*

## QVAESTIO CLXXXV.

ET quoniam interdicta non ſolũ
ab homine proferuntur, verum
etiam à iure vel canone, vt in c. cleri
1 cis. §. nos igitur, in fine, de imunit. ec
cleſ. in 6. c. fi. in fi. de pæn. eo. titu. c.
quanquam de conſuetu. in 6. glo. in
c. alma mater, in glo. in ver. à iure, de
ſent. excommu. in ſexto, Lancellott.
Inſtitu. iur. cano. de eccleſ. interd. in
princi. Poterit Vicarius ex mandato
2 ſpeciali epiſcopi illa relaxare nam ſu
ſpenſio & interdictum ſub cenſuræ
vocabulo continetur & in caſibus in
quibus Vicarius abſoluere poteſt à
ſuſpenſione poterit quoque rela-
xare interdictum, vt ſcripſi ſupra,
quæſtio.
3 Pœna enim interdicti minor eſt
ſuſpenſionis ab officio, vt ſcribit
Diaz in prac. crimi. cano. c. 21. in prin
ci. Et ideo cum Vicarius epiſcopi ex
mandato ſpeciali abſoluere poſſit à
ſuſpẽſione iuris, vt ſupra dixi in pro
xima, q. præced. poterit quoque rela-
xare interdictum, reg. cui licet, de re
gu. iur. in 6.
Declaratur vt poſſit relaxare inter
4 dictũ in illis caſibus epiſcopo per-
miſſis, nec reſeruatis à conditore ca
nonis vt dixi in q. præcedenti, & pro
batur in c. clericis, §. nos igitur, in fi.
ibi, à ſupradictis autem excommuni
cationis & interdicti ſententijs nul-
lus abſolui valeat, de immun. eccleſ.
in 6. Couar. in comment. c. alma ma-
ter, par. 2. §. 2. nu. 5. de ſent. exc. in 6.
poſt gl. & Doct. in c. ad hæc, nu. 3. de
appella.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ex ſpeciali mandato
ad abſoluendum non poteſt abſolue-
re ſuſpenſum in illis caſibus ſpeciali-
ter epiſcopo demandatis per ſummũ
Pontificem, remiſſiue.*

## QVAESTIO CLXXXVI.

1 AN autem ex mandato ſpeciali
ad abſoluendum poſſit Vica-
rius epiſcopi abſoluere ſuſpenſum
illis etiam caſibus ſpecialiter epiſco
po demandatis per ſummum Pon-
tificem, dixi ſupra, quæſtio. 35. &
quæſt. 183.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus poteſt ex cauſa abſoluere à iu
ramento & qua.*
2 *Abſolutio à iuramento dicitur quædam
diſpenſatio.*
3 *Eſt iuriſdictionis.*
4 *Spectat ad iudicem eccleſiaſti-
cum.*
5 *Ad Capitulum ſede vacante.*
6 *Ad Vicarium epiſcopi.*
*Ampliatur, nu. 7.*
*Declaratur, nume. 8. 9. & ſeq.*
7 *Abſolutio à iuramento conceditur parte
etiam*

*etiam non citata.*
11 *Periuro concedi non poteſt per Vicarium epiſcopi.*
12 *Conceſſa nulliter per Vicarium epiſcopi poteſt à iudice ſeculari cognoſci.*

## QVAESTIO CLXXXVII.

SCio etiam epiſcopum poſſe ex cau
ſa abſoluere à iuramento, vt per
1 Canoniſt.in c.1.vbi Abb.nume.7.Fe
lin.nume.15. extra de iureiur. Virg.
Boccat.qui huiuſmodi cauſas recen-
ſet in comment. ad conſti. Pice. glo.
2.nu.34.& 35.

Ideo dubitari poteſt, an etiam ab-
ſoluere poſſit Vicarius. Dubium
enim faciebat, quia abſolutio a iura
2 mento videtur eſſe quædam diſpen-
ſatio, cum ſit relaxatio iuris commu
nis, ne refert Felin. in dicto capit.1.
nume.19. Sed Vicarius epiſcopi nō
poteſt diſpenſare abſque ſpeciali mā
dato, vt ſcripſi ſupra, quæſt.35. ergo
nec etiam abſoluere a iuramēto uel
relaxare.

Sed verius eſſe arbitror Vicarium
epiſcopi abſoluere poſſe a iuramen-
to, uel relaxare abſque mandato ſpe
ciali. Quia negari non poteſt quin
iſta abſolutio, vel relaxatio ſit iuriſ-
dictionalis. Ioan. And. in addi. ad Spe
3 cul.tit.de lega.§. nunc de epiſcopo-
rum, uer. ſed nunquid legatus ſequi-
tur Felin. in dicto capit.1. nume.20.
Et illa quæ ſunt iuriſdictionis tran-
ſeunt in Vicarium abſque mandato
ſpeciali, ut late ſcripſi ſupra quęſt.57.
Prout etiam, quia in relaxatione, ſi-
ue abſolutione a iuramento iudex
4 competens eſt iudex eccleſiaſticus,
Innoc. in cap. debitores, de iureiur.
ſequitur Abb. in c. peruenit. num.3.
eod. titu. poſt Specu. de lega. §. nunc
oſtendendum, uer. 24. & ſeq. ergo
etiam Vicarius epiſcopi, tanquam iu
dex eccleſiaſticus, & hanc partem in
5 capitulo ſede uacante, tanquam ge-
renti uices epiſcopi probat Felin. di-
cto cap.1. nume. 20. ubi reſpondit ad
obiectum ſuperius formatum, & in
6 Vicario epiſcopi, Paul. Caſtren. cōſi.
216. colum. pen. & in Vicario epiſco
pi Rhegini, Alexan. conſi.222. nu.4.
in 2. & in Vicario epiſcopi Alexan-
driæ, Rolan. conſi.34. uolumi. 1. ita
etiam fuit deciſum per Toloſ. q.230.
ubi Aufre. poſt Hoſt. c. tua, de offic.
Vic. & hanc partem pro Vicario epi
ſcopi ſequitur Virg. Boccat. cōmen.
ad conſt. Pice. glo.2. nu.53.

Ampliatur hæc ſententia, etiam
parte non citata, Oldra. conſi.120.
7 Anchar.18. Dec. c. qua fronte, extra
de app. Alciat. c. cum contingat. nu-
me.125. de iureiu. Gomeſ. trac. Breu.
nume.46. & hanc ſententiam ſeruari
apud Gallos, dicit Gugl. cap. Raynu-
tius, uer. duas habens filias, col ſi. vlt.
de teſta. Rupella, lib.1. forenſ. Inſti.
c.30. hanc etiam magis praxi conue-
nire dicit apoſtil. ad Alexand. dicto
conſi.222. litera b. pluribus ab eis ci
tatis rationibus, Couar. lib.1. var. re-
ſol. c.4. nu.5. ita etiam de facto ſerua
ri dicit Butr. c. debitores, extra de iu
reiur. quem ſequitur Ant. de Prato
inter conſi. Alexand.49. uolu.4. An-
char. ſibi contrarius, conſi. 57. colū.
pen. Afflic. deciſ.220. colum.4. Rui.
conſi.170; nume.30. in 3. Crauet. con
ſi.70. nu.7. & hæc eſt communis opi-
nio, & communis practica, & com-
munis curiarum obſeruantia, ut
teſtantur Afflict. & Ruyn. ſuperius
relati, Rolan. conſi.13. nu. 38. in pri-
mo, Virg. Boccat. dicta glo. 2. nu.53.
ita etiam de facto tolerari, fuiſſeq́;
in ſacro conſilio determinatum ſcri
bit Vrſil. ad Afflict. dicta deciſ. 220.
nume.14.

Et quamuis contrariam ſenten-
tiam ſequutus fuerit conſulendo,
Anchar. conſi.190. Ruin. conſi.26. in
4. ſibi contrarii, Feder. conſi. 300. &
poſt Imo. & Card. dicto cap. debito-
res, Cald. conſi.1. de fer. Guid. Papæ
decis.



deciſ.140. Alex. dicto conſi.222. col.
3. & hanc tutiorem dicat Fel. c.1. de
iureiu. & communem, Iaſ. l. necquid
q̃ §. vbi decretum, colum.9. ff. de offi.
Proconſ. Loffred. conſi.12. Grat. con-
ſi.23. in 2. & magis communem, Vr-
ſill. dicta deciſ.220. poſt Io. Bapt. Fer-
ret. conſi.149. lib. primo, & poſt alios
Cæphal. conſi.51. nu.23. in 1. & 653.
nu.34. in 5. Menoc. conſi. 24. num.11.
in primo.

8 Tamen prior ſententia fœdere di
ſtinctionis declaratur, vt locum ha-
beat quando abſolutio ſiue relaxatio
à iuramento petita eſſet ad effectum
agendi & ad perſonam habilitādam
vt non obſtante iuramento detege-
re poſſit fraudem contractus: Altera
vero quando ad tollēdam obligatio-
nem cōtractus uel probationem cau
ſę, Virg. Boccat. dicta glo.2. nu.47. di-
cens hanc diſtinctionem ſibi valde
placere & ſeruari per Auditores, qui
bus S.D.N. Papa committit abſolu-
tionem à iuramento ſi & prout de iu
re fuerit relaxandum, firmāt Rolan.
& Couar. locis ſuperius citatis.

Secundo principaliter declaratur
quando epiſcopus commiſiſſet Vica
9 rio omnimodam iuriſdictionem in
omnibus cauſis & factis vel aliquod
ſpirituale enumeraſſet in litteris Vi
cariatus, Tholoſ. d. q.230.

10 Subdeclaratur vbi ſpiritualia enu-
merata eſſent maiora vel paria iura-
menti abſolutioni: Nam illa ſpiritua
lia enumerata ad maiora non trahe-
rentur, Aufrer. d. deciſ. Tholo.230. &
dixi ſupra, lib.1 q.

11 Tertio principaliter declaratur, ni
ſi petens abſolutionem eſſet iam effe
ctus periurus, quia Vicarius epiſcopi
abſolutionem a periurio concedere
non poteſt, Fel. c.1 ver.7. quæro etiā.
extra, de iureiu. Ruin. conſi.66. col.
2. in 4. Rolan. d. conſi.34. nu.4 in 1. &
hoc eſſe clarum dicit Bocca. ſuper cō
ſti. Picc. d. glo.2. nu.40. in fine.

An autem iudex ſecularis cogno-
ſcere poſſit de nullitate abſolutionis
12 à iuramento, dubium faciebat quia
tractare videbatur de materia ſpiri-
tuali, quæ laicis non conuenit, c. per
venerabilem, extra qui fil. ſint leg.
ſed poſſe cognoſcere reſpondit An-
char. conſi. 382. & ita fuiſſe pluries
deciſum in ſacro, Concilio Neapoli
tano, teſtatur Afflic. dicta deciſ.220.
nu.9. & iudicatum ab Ampliſſimo Se
natu Montis ferrati, refert Rolan.
d. conſi.34. nume.11. poſt Veronen.
Soc. Marſ. Pariſ. & alios ibi citatos, &
comprobat hanc ſententiam rationi
bus & auctoritatibus, Vrſill. ad Affli.
d. deciſ.22. nu.9.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi facere poteſt edictæ conſtitutiones & ſtatuta diſtringentia totam diœceſim.*
2 *Et capitulum ſede vacante.*
3 *Vicarius epiſcopi non poteſt ſtatuere ſuper ijs quæ competunt epiſcopo de iure ſpeciali.*
*Declaratur, nu.7.*
4 *Magiſtratus poſſunt condere ſtatuta ſuper ijs quæ pertinent ad propriam iuriſdictionem.*
5 *Capitulum ſede vacante, ſuper quibus ſtatuere poſſit. & nu. ſeq.*
6 *In quibus dicatur epiſcopi ſucceſſor.*

## QVAEST. CLXXXVIII.

RVrſus proſequendo ea quæ per
tinent ad regimen Diœceſis &
fori epiſcopalis, Quæro nunc, an Vi-
1 carius epiſcopi facere poſſit conſti-
tutiones, ſtatuta & edicta diſtringuē
tia totam Diœceſim.

2 Et poſſe ea ratione probatur, quia
om̄nia prædicta pendent à iuriſdi-
ctione, Abb. c. cū olim, col. pe. verſ.7.
dubitatio. extra, de maio. & ob. Bar.
Alex.

Alex.Iaſ.& alij, l.omnes , nume.10.
verſicu.quarto eſt aduertendum,ex-
tra de conſti.Roma.conſi. 220. Pa-
nin.trac. de pot.ca.ſede vacan.prima
par.princi.q.6.numero primo,& per
totam . ſed Vicarius epiſcopi habet
iuriſdictionem ordinariam,vt ſcrip-
ſi ſupra,hoc eo. libro. q. ergo facere
poteſt ſtatuta, edicta & conſtitutio-
nes pro ut in capitulo ſede vacante
argumentantur, Abb.d.c.cum olim,
colum.pe. verſi. ſeptimo dubitatur,
& Feli.poſt alios,d.c.cum omnes,nu
me.10.

Declaratur ſupradicta concluſio
3 vt procedat quoad ea quæ competũt
Vicario ratione ordinariæ iuriſdi-
ctionis, ſecus quoad ea quæ illi vel
epiſcopo competunt de iure ſpecia-
li,quia in his Vicarius epiſcopi ſta-
tuere non poteſt ex dictis per Bar.
Iaſ.& alios , in d. l.omnes populi ,in
dicta prima q. principali.Alex.in l.1.
col.3.in fine.ff.de iuriſd.om.iud.Bal.
in l.nulli.C.de ſent.Feli. in d.c.cum
omnes,dicto nume.10 dicto verſicu.
quarto eſt aduertendum.Vbi volunt
4 quod magiſtratus poſſunt condere
ſtatuta ſuper his quæ pertinent ad
propriam iuriſdictionem,latius Feli.
in d.c.cum omnes,nume.10.verſicu.
licet.dicens,quòd licet capitulum ſe
de vacante ſtatuere poſſit tanquam
5 ſucceſſor in illis,quæ competunt epi
ſcopo ratione iuriſdictionis ſecundũ
Feder.conſi.16.& alios relatos poſt
Abb.in d.c.cum olim, col.pe.verſi.7.
dubitatur, tamen ſtatuere nõ poteſt
ſuper his quæ competunt epiſcopo
6 de iure ſpeciali,quia in illis non di-
citur, epiſcopi ſucceſſor,poſt Cardi.
ibi relatum, qui dicit ſe alias ita con-
ſuluiſſe, conſi. 38. firmant Innocen.
& Abb.in c. cum conſuetudinis. ex-
tra, de conſuetu. dum dicunt quod
capitulum poteſt ſine conſenſu epi-
ſcopi ſtatuere ſuper rebus pertinen-
tibus ad capitulum,puta qualiter de
beat capitulum congregari, & quali-
ter diuidantur diſtributiones quoti
dianę,vel diuidatur menſa groſſa,ſe-
cus autem circa iura ipſius vel ſtatũ
eccleſiæ,vel in negocijs magnis & ar
duis vel in reſeruatis Papę,& ideo in
7 iſtis erit opus mandato ſpeciali epi-
ſcopi,c.fi.vbi Canoniſtæ,de offi.Vic.
in 6. & dixi ſupra , q. 57. faciunt ſcri-
pta per Feli.in d.c.cum omnes, in fi.
poſt Abb.in c. edoceri , nu. 4.extra,
de reſcrip.& in d.c.cum conſuetudi-
nis,nume.4.

*SVMMARIVM.*

1 *Parum eſt iura condere, niſi conditor illa tueatur.*

2 *Vicarius epiſcopi abſque ſpeciali mãdato exequi non poteſt mandata,præcepta,& pœnas edictorum.*

## QVAEST. CLXXXIX.

ET quoniam parum eſſet iura
condere,niſi eadem quiſque con
1 ditor tueatur,l.2. §. poſt originem.
ff.de orig.iur.c.vbi periculum,§.præ
terea,de elect.lib.6.poterit Vicarius
exequi mandata præcepta & pœnas
2 edictorum ex mandato ſpeciali epi-
ſcopi ſecundum Rebuff.in practi.be
nefic.titu.forma Vica. Archi.nume.
175. licet enim Vicarius habeat co-
gnitionem cauſarum,ca.2.vbi Doct.
de offi.Vica.in 6.tamen ſine manda-
to ſpeciali non poteſt corrigere, ne-
que inquirere,neque punire, d. ca-
pitulo 2. & ibi Doct. & dixi ſupra,
quæſtio.142.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus inuocare poteſt auxilium brachij ſecularis.*

2 Bra-



2 *Brachij ſecularis inuocandi praxis, & forma,remiſſiue.*

3 *Brachium ſeculare præſtandum eſt Vicario epiſcopi.*

4 *Vicarius epiſcopi poteſt mandare Poteſtati vt faciat retineri eum qui eſt in carceribus ſuis, nec eum relaxet ſine ipſius Vicarij licentia.*

5 *Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere ſub pœna excommunicationis ſecularem ad præſtandum ſibi auxilium.*

6 *Brachium ſeculare iuſte peti debet & in ſubſidium.*

7 *Iudex eccleſiaſticus non debet incipere à cauda,ſed à capite.*

8 *Brachium ſeculare non debet concedi in crimine ſeculari vel mixto, niſi ſibi fiat fides de proceſſu.*

9 *Iudex ſecularis in rebus eccleſiaſticis tenetur exequi mandatum iudicis eccleſiaſtici,nec aliud quærere.*

10 *Poteſtas exequi debet ſententiam epiſcopi vel eius Vicarij.*

11 *Iudex eccleſiaſticus à quo non debet inuocare brachium ſeculare pendente appellatione.*

## QVAESTIO CXC.

INuocat etiam epiſcopus auxilium
brachij ſecularis ratione ſuæ iuriſ-
1 dictionis,c.i.vbi Canoniſtæ,extra,de
offi.ord.late Couar.lib.prac.q.ca.10.
Foller.ſuper conſt.regni,titu.de no-
uo Feder. cod. comp. c.poſt mundi
machinam , vbi docet practicam &
2 formam inuocandi,nume.90.91.92.
93.& 101.& in practi.crimi. cano.2.
par.Iud.titu.non compar. contuma.
rep.fol.160.Paul.Fuſc.tract. viſita.&
regim.eccleſ.c.34.nu. 13.lib. 2.ideo
& eodem modo poterit huiuſmodi
auxilium inuocare Vicarius, nam iu
dici eccleſiaſtico brachium ſeculare
3 eſt præſtandum,c.princeps, c.admi-
niſtratores,24. q. 5. Menoc. de arb.
Iud.lib.2.cent.5.caſu 452. poſt Car-
di.Alber.Abb.& alios eo loci cumu-
latos,Rolan.conſi. 37.lib.1. Grauat.
in annot.ad Veſtr. libro octauo, nu-
me.8.& ſequen.& in Vicario epiſco-
pi,Fran.Marc.q.Delphin. 147.par.1.
& ante illum Bald. conſi.91. vol. 5.
Vbi conſuluit, Vicarium epiſcopi
4 poſſe mandare poteſtati vt faciat re-
tineri eum qui eſt in carceribus
ſuis,nec relaxet ſine licentia ipſius
Vicarij.

5 Ampliatur vt iudex eccleſiaſticus
ne dum inuocare ſed etiam compel-
lere poſſit ſecularem ad præſtandum
ſibi auxilium ſub pœna excommuni
cationis:nam poteſtas eccleſiaſtica
dicitur maior temporali,c.ſolitę,ex-
tra,de maior.& obed. & ſecularis po
teſtas dependet ab eccleſia, glo. &
Doct.in c.nouit.extra, de iudic.cum
adductis per Franc. Marc. dicta de-
ciſ.147.in princi.ex quibus hanc ſen-
tentiam comprobare videtur, quam
dicit eſſe communem , Alciat. in c.
pernicioſam,nume.123.de offi. ord.
ſequitur Grauat.in annot. ad Veſtr.
dicto c.octauo,nume. 40. Couar. de
practi.quæſt.capitu. 10. nume. 2. per
tex.in capitu.2.extra de maledic.qui
bus ſuffragatur tex.in capi.5.ſeſſ.24.
in decreto de regular.apud Concil.
Triden.

6 Declaratur vbi brachij ſecularis
auxilium iuſte petitur & in ſubſidiũ,
cap.1.ad finem, de ſtatu monac.in 6.
Doct.in capitulo,cum non ab homi-
ne,de iudi.& in ca.ſignificaſti,de off.
delega.Feder.de Sen.conſi. 251.col.
fi.Vbi dicit quod licet poſſit inuoca
re brachium ſeculare, tamen debet
inuocari cum neceſſe eſt & iuris or-
dine ſeruato,hoc eſt quando alia iu-
ris remedia deficiunt,quia non de-
7 bet iudex eccleſiaſticus incipere à
cauda,ſed à capite, cum iura loquen
tia de brachio ſeculari dicant,ſi opus
eſt vel neceſſe eſt vel in ſubſidium,vt
in c.1.vbi Abb.Feli.& Alcia.de offic.
ord.c.dilecto,de ſent.exc. in 6.c.po-

ſtula-

ſtulaſti.extra,de homic.c.2.de male
di.c.Princeps,23.q.5.c.quoniam, de
offi.ord. Afflic. deciſ.220. Couar.de
prac.q.c.10.nume.1.Rolan.alios cu-
mulans,conſi 37.nume.5.& ſeq.refe
rens,Doct. ita communiter tenere,
quorum ſententiam ſequitur Gra-
uat.in d.c.8.nume. 40.poſt cumula-
tos ,& confirmatur ex tex..in d.cap.
5. in fi. ibi,ſi opus fuerit, ſeſſ. 25. &
alias vbi iudex ſecularis inuocatur
præcedente ſententia nulla non de-
bet concedi brachium, niſi iuſte in-
uocetur, & ſummatim examinare
debet, ſecundum Feder. de Sen. d.
conſi.251.Rolan.d. conſi. 37. nume.
7.poſt alios à ſi congeſtos,Alcia.in c.
1.nume.129.de offi.ord. Vbi quòd in
crimine ſeculari vel mixto non tene
tur iudex ſecularis preſtare auxilium
8 epiſcopo niſi ſibi fiat fides de proceſ
ſu dicens hanc eſſe communem opi-
nionem,Iul.Clar.in prac.cri. §.fi. q.
96.ver.quæro etiam,in fine.

Secundo declaratur vbi ageretur
de re communis fori,non autem me
re eccleſiaſtica , At ſi de ea & iudex
eccleſiaſticus ſibi auxilium imparti-
ri petat,tunc iudex ſecularis tenetur
exequi mandatum,nec aliud quære-
9 re ſecundum Canoniſtas,à quibus le
giſtæ diſſentiunt ſequentes Bar.in l.
magiſtratibus, nu. 4. ff.de iuriſd.om.
iud.adeo quòd vnaquæque pars teſta
tur communem eſſe ſententiam ſe-
cundum Iaſ.in d.l.magiſtratibus,nu
me.10.Imo.in d.c.1. Alciat. numero
100.de offi.ord.Grauat.in d.c. 8.nu-
me.41.& poſt Bero.ſi manc. & alios,
communem contra Bar. dicit Clar.
in practi.crimina. §. fi.q. 96. verſicu.
quæro etiam,& eandem vidiſſe ſer-
10 uari & in ſpecie quòd Poteſtas de-
beat exequi ſententiam epiſcopi vel
eius Vicarij,dixit Bal.d.conſi.91.nu.
1.vol.5.

Extenditur hæc declaratio vt nec
etiam iudex eccleſiaſticus teneatur
inuocare auxilium brachij ſecularis
ad capiendum clericos ſibi ſubditos
quoties fuerit ſibi viſum, niſi eo ca-
ſu quo eius poteſtas minime ſuffice
ret, c.cum epiſcopus,vbi Canoniſtæ,
de offi.ord.in 6. & omnium commu-
nem,dicit Couar. de pract.q.d. c.10.
numero tertio,verſiculo,quarto non
eſt prætermittendum Vbi ampliat
etiam in ijs locis,in quibus tempora
lis iuriſdictio non pertinet ad epiſco
pum, reprobata opinione cuiuſdam
Auctoris in conſuetu. Pariſ.titu.1.§.
41.nu.66.hanc etiam communem re
fert Clar.in d.§.fi.q 37.verſi.vnum ta
men,in fine.

Tertio declaratur,vbi eſſet appel-
latum , quia appellatione pendente
11 eccleſiaſticus a quo non debet inuo
care brachium ſeculare , Alber. in l.
epiſcopale,vbi Caſtreſ in fine. C.de
epiſco. obedientia, Oldra.conſi.84.
Dec.in c.ſignificaſti,nu.4.ad fi.extra
de offi.deleg.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus vel eius Vicarius tenere poteſt officiales armatos pro executione iuſtitiæ, & nu. ſeq.*

3 *Vicarius epiſcopi deputare poteſt Cancellarios, Notarios, nec non nuncios executores.*

4 *Officiales epiſcopi arma deferre non prohibentur.*

## QVAESTIO CXCI.

SEd quoniam Magiſtratus ſecula-
res non ſunt faciles ad conceden
dum familiam in auxilium curiæ epi
ſcopalis, ſolent plerique epiſcopi &
1 eorum vicarij tenere officiales arma
tos pro executione iuſtitiæ ſequen-
tes opinionem Bal. in l. nam ſalutē,
§.fina.ff.de offi.præf.vig. de qua poſt
alios ſcribit Paul. Fuſc.tract.de viſit.
& regim.eccleſ.c.32.nu.13.in 2.ea ra
2 tione , quia epiſcopus & eius Vica-
rius ſunt officiales communis,ſequi-
tur Abb.in c.ſignificaſti,vbi Dec.nu.
5. late diſſerit comprobando hanc
ſententiam tanquam veriorem con-
tra Abb.& alios diuerſum tenentes
extra,de offi. delega.firmat Diaz.in
pract.crimi.cano.c.114.nu.2.Barbat.
3 de Card.leg.à lat.q.5.nume.18.& vi-
carium epiſcopi deputare Cancella-
rios Notarios , necnon nuncios &
executores, teſtatur Gemin.in ca.1.
nume.5.de off.Vic.in 6.Nec prohibi
tum eſſe officialibus epiſcopi defer-
4 re arma,dicit Bal.in d.l.nam & ſalu-
tem,§.vltimo,ff.de offic. præfec. vig.
Menoch.de arb.iud.lib.2. cent.4.ca-
ſu 394.nu.64.

*SVMMARIVM.*

1 *Laici non poſſunt regulariter capere clericos ſine mandato prælati cui ſubſunt.*

2 *Laicus capiens clericum ſine mandato ſui prælati eſt excommunicatus.*

3 *Captus repertus clericus remitti debet ad iudicem eccleſiaſticum.*

4 *Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto per ſecularem.*

5 *Laicus aſſerens ſe habere litteras apoſtolicas brachij ſecularis, vel aliud Apoſtolicum mandatum, tenetur exhibere.*

6 *Nuncio ſedis Apoſtolicæ abſque litteris non creditur.*

7 *Executori non creditur niſi oſtendat copiam ſuæ poteſtatis.*

8 *Exactores publici non poſſunt aliter inchoare exactiones niſi oſtendant commiſſionem iudici prouinciali.*

9 *Legati de latere gubernatores eccleſiaſtici non poſſunt procedere contra clericos epiſcopo irrequiſito.*

10 *Epiſcopus vel eius Vicarius habita notitia clerici detenti à ſeculari debet illum repetere, alias punitur. & nume. 11.*

12 *Epiſcopo repetenti à iudice ſeculari clericum ſuum, creditur ſi ſcribat illum eſſe clericum.*

13 *Epiſcopus ad conſeruationem ſuæ iuriſdictionis poteſt vti gladio ſpirituali & materiali.*

## QVAESTIO CXCII.

ET cum ſæpe contingat Magiſtra-
tus ſeculares vigore litterarum
expeditarum ſuper auxilio brachij
ſecularis per aliquem iudicem Apo-
ſtolicum executionis,de quibus Ve-
ſtr.lib.8.practi.c. fi.nu.20.vel prætex
tu alicuius Apoſtolici mandati iube
re capi clericos alias ue perſonas ec-
cleſiaſticas,& captas carceribus man
cipari.

Quæro igitur,an priuſquam deue
niatur ad huiuſmodi capturas & car
cerationes requiri debeat epiſcopus
vel eius Vicarius,vel vni eorum de-
beant oſtendi litteræ brachij ſe-
cularis ſiue mandatum Apoſtoli-
cum?

Reſpondeo, certi iuris eſſe quod
laici non poſſunt regulariter capere
clericos & illos trahere ad iudicium
niſi adſit mandatum prælatorum,
1 quorum iuriſdictioni illi clerici ſunt
ſubiecti, formalis eſt tex.in c.vt fa-
mæ,vbi Canoniſtæ, extra,de ſent.ex-
com.c.cum non ab homine.extra,de
iudic.c.ſi iudex laicus,de ſent.exc.in
ſexto, vtrobique Canoniſtæ, ſcribit
Diaz in practi.crimina.cano. capitu.
14.numero ſecundo, latius Iul.Clar.
in practi.crimina.§ fina.q.36.in prin
ci.Menoc.de arbi.iud. libro ſecundo
cent.ſecunda, caſu 180. numero 17.
Boſſ.titu. de capt. numero 37. Alio-
quin laicus eſt excommunicatus,ca-
pitulo tertio,in fine,in verſiculo,ex-
2 perit, de ſenten. excom.probat tex
R in di-

in dicto cap. vt fama, & glo. in dicto
cap.cum non ab homine, firmat Boſ.
dicto titu. de capt.nume.35. Sed ca-
ptus repertus clericus ad eccleſiaſti-
3 cum iudicem remitti debet, ut con-
ſuluit Iaſ.conſi.121.in primo dubio.
libro quinto, & ita ſeruari dicit Af-
flic.in tertia rub. ſuper conſtit.regni
poſt nume.19.ſequitur Clár.d. quæ-
ſtione 36.verſic.regulariter, &.q.38.
verſ.item intelligenda, referens ita
ſentire omnes, quæ quidem remiſſio
fieri debet abſque dedecore, & igno
minia, ut per Clar. dicta q.36.verſic.
quæro quomodo, poſt Caraui.ſuper
ritu 235.nu.7.

4 Nec iudex eccleſiaſticns tenetur
ſtare proceſſui facto per ſecularem
tanquam iudicem incompetentem
ſecundum communem ſententiam
Doctorum, de qua fidem facit Dec.
in capit. atſi clerici, de iudic. Craue.
conſi.42.nume.1. Viu. libro 1.com-
mun.opin.in ver.iudex, Clar.d.q 36.
in fine.

Et ideo vbi laicus aſſerit ſe habe-
re litteras Apoſtolicas brachij ſecu-
laris, vel aliud Apoſtolicum manda-
tum, ſiue poteſtatem, tenetur oſten
dere, vel litteris probare, nec illi ali-
ter creditur. l. vnica, vbi Dec.nu.15.
C. de manda.princ.capit.cum in iure
5 peritus, ubi Innocen. numero quar-
to, Felin, numero tertio, extra de of-
fic.deleg, melior tex. in extrauagan.
comm.quod incipit, iniunctæ, de ele
ctio. ſcribit Bart.in dicta l.unica, quẽ
ſequitur Dec.in primo nota. dicens
non credi etiam nuncijs Apoſtolicæ
6 ſedis, vel Principis abſque litteris
probat tex. in l.prohibitum, vbi hoc
firmat Bart.numero primo, C.de iu-
re fiſci, libro decimo, Guido Papæ,
quæſtione 332. & magis in terminis
Felin, in dicto capitulo, cum in iure,
numero tertio, poſt Rot. deciſione
decimaquinta, titu.de dolo, & contu
macia, Feder. conſilio 251. ſequitur
Dec.in dicta l. unica, numero octa-
uo, qui omnes dicunt, quod etiã exe
7 cutor tenetur oſtendere copiam ſuę
poteſtatis, alias ei non creditur, &
melior omnium eſt tex.in §. eos, in
Auten.de collatio. Vbi publici exa-
ctores non poſſunt aliter inchoare
8 exactiones, niſi oſtendant commiſ-
ſionẽ iudici prouinciali, & poſt om-
nes Concil. Trident. capitulo vigeſi-
mo, ſeſſio.24.in decreto de reforma.
Vbi mandat legatis etiam de latere
nuncijs, gubernatoribus eccleſiaſti-
cis, vel alijs, ne vigore quarumcun-
9 que facultatum turbent epiſcopo-
rum iuriſdictionem, nec procedant
contra clericos, niſi epiſcopo prius
requiſito, eoq; negligente, alias pro-
ceſſus eſt nullus, & ordinatio, & te-
nẽtur parti ad intereſſe; litteræ enim
& commiſſiones debent innoteſce-
re illis, quorum intereſt, ſecundum
Bart. in dicta l.prohibitum, poſt tex.
in dicto §. eos. Et per conſequens
oſtendi debent epiſcopo, vel eius Vi
cario, quorum munus extat ſtatim,
quod eis innoteſcit, clericũ ſibi ſub-
10 ditum a iudice ſeculari detineri, il-
lum repetere, cap.dilectis, ubi Dec.
numero ſecundo, poſt alios, extra de
appellatio. capit. ſi iudex laicus, cum
glo.de ſenten.excommunicat.in ſex
to, Clar.in §.fin.ſuæ pract.crimin.di-
cta quæſtione trigeſimaſexta, verſic.
regulariter, in fi. & expreſſius Abb.
in dicto cap. dilectis, numero quar-
to. Dicens quod iudex eccleſiaſticus
poteſt repetere clericum ſuum ab
alio iniuſte detentum, quia ſua inte-
reſt ne uioletur eius iuriſdictio, ut
poſſit ſubditus ſibi, & eccleſię ſuæ de
bita ſeruitia impendere aliàs poſſet
iudex eccleſiaſticus tanquam negli-
gens ab adminiſtratione deponi, &
forte etiam criminaliter puniri, ut
in facti contingentia conſuluit Caſ-
ſaneus, conſilio trigeſimo octauo,
quem refert, & ſequitur Clar. dicto
verſicu.regulariter, in fine. Et quod
epiſcopus poſſit repetere clericum
ſibi



ſibi ſubditum ab alio detentum, pro
bat tex.in capit. dilectis, & ibi Doct.
extra de appellatio.dicto capitulo, ſi
iudex laicus, & ibi glo. de ſenten.ex-
11 communicatio.in ſexto. Imò etiam
inuitum repetere poſſe ſcribit Fol-
ler.pract.crimina.cano.ſecunda par-
te iud tit. reperti culpab.numero tri
geſimoſecundo, poſt Bal.l.prima, ff.
de rei vendicatio. Bartol. l. præcipit,
C.de cano. ſtatut.libro decimo, ſub-
dens, numero trigeſimotertio, quod
epiſcopo repetenti clericum ſuum a
12 iudice laico creditur ſi ſcribat illum
eſſe clericum, & per litteras ſuas fa-
ciat fidem de clericatu, non autem ſi
litteras miſſiuas, & teſtimoniales mi
ſerit, poſt Bal.l. ſi quis per calumniã,
C.de epiſcopis, & clericis. Et alias ad
13 conſeruationem epiſcopalis iuriſdi-
ctionis poſſe Vicarium epiſcopi uti
etiam gladio materiali, ac ſpirituali
probatur in capitu. dilecto, de ſen-
ten.excommunicatio.in ſexto, ſcri-
bit late Innocen. in cap.venerabilis,
col.2.nume.3.cum ſeq. Abb. nu.eod.
extra de cenſ.

*SVMMARIVM.*

*1 Vicarius epiſcopi, an poſsit facere gratiam delinquentibus, remiſsiue tamen.*

## QVAEST. CXCII.

1 AN autem Vicarius epiſcopi in-
dulgere poſſit delinquentibus,
& gratiam facere. dixi ſupra hoc eo-
dem libro, quæſtio. trigeſimaoctaua.
vbi vide.

*SVMMARIVM.*

*1 Vicarius epiſcopi, an poſsit exercere actus voluntariæ iuriſdictionis, remiſsiue.*

## QVAESTIO CXCIII.

SEd aggrediendo voluntariam iu-
riſdictionem Vicarij epiſcopalis?
1 illud quæro in primis, an vicarius
exercere poſſit actus uoluntariæ iu-
riſdictionis abſque mandato ſui epi
ſcopi. dixi ſupra hoc eodem libro,
q.38.vbi uide.

*SVMMARIVM.*

*1 Vicarius epiſcopi ſine mandato ſpeciali non poteſt interponere auctoritatem in actibus voluntariæ iuriſdictionis, & nu.2.*
*Contra, nu. 3.*
*Declaratur, nu.10.cum ſeq.*
*3 Vicarius generalis Imperatoris poteſt præſtare conſenſum in alienationibus feudorum, quæ dependent ab imperio.*
*4 Vicarius epiſcopi dare poteſt curatorem minoribus 14. ad exercendas lites ſpirituales, & nu. 6.*
*5 Interponere decretum in alienatione rerum minoris, & emancipationibus liberorum.*
*7 Vicarij Præſidum, an poſsint decreta interponere.*
*8 Decreti interpoſitio eſt de lege iuriſdictionis.*
*9 Nec poteſt alteri delegari.*
*10 Vicarius epiſcopi in quibus caſibus non poſsit decretum interponere.*

## QVAEST. CXCIIII.

AT magis in ſpecie quæro, an vi-
carius epiſcopi poſſit interpo-
nere

nere decretũ, vel auctoritatem abſ-
1 que mandato ſpeciali epiſcopi. Nam
partem negatiuam tenuit Goffred.
in ſumma, titu. de offic. vicar. Calder.
conſilio primo, rubri. eiuſdem tituli,
Rebuff. pract. benefic. titu. forma vi-
car. Archid. numero 104. & 184. poſt
Doc. in cap. illud, de iure patro. hanc
etiam partem tenet Roma. ſing. 693.
in fine, poſt Feder. de Sen. conſi. 258.
vbi firmat quod conſenſus epiſcopi
requiſitus ad ualiditatem teſtamen-
ti facti per capitulum non poteſt prę
ſtari per generalem Vicarium. ean-
dem etiam ſententiam comprobat
Toloſ. deciſio. 97. Concludens, quod
in alienationibus rerum eccleſiæ ſi-
ue tranſactionibus non ſufficit epi-
2 ſcopi auctoritas, & minus Vicarij. Et
quod vicarius non poſſit interpone-
re decretum ſine mandato ſpeciali
reſpondit Bal. conſil. 475. numero ſe
cundo, volumine primo, Socin. con-
ſilio 91. colum. 2. numero nono, vo-
lumine quarto, Barbat. conſilio 40.
colum. 3. numero tertio, verſi. ſecus
ſi non eſſet exemptus, volumine pri
mo, Cucc. Inſtitu. iur. cano. de vicar.
epiſc. numero 105. & in exemplatio-
ne inſtrumenti, Hoſtien. in cap. fina.
de fide inſtrument. quem refert, &
ſequitur ſub dubio tamen, Decian.
reſp. 24. numero 44. volum. 1. Rimin.
iun. conſi. 233. volumine tertio, quẽ
refert, & ſequitur Caualca. deciſio-
ne 45. numero 40. de inueſtitura rei
eccleſiaſticæ, & ſubdens hanc ſenten
tiam non placere Vicarijs epiſcopo-
rum.
3 Sed affirmatiuam probat Iſern. in
cap. imperialem, in princ. col. 8. verſi.
ſed an vicarius, de prohib. feud. alie.
Vbi inquit, quod Vicarius generalis
Imperatoris poteſt prȩſtare conſen-
ſum in alienationib. feudorum, quæ
dependent ab imperio, refert, & ſe-
quitur Rolan. conſi. 88. num. 33. cum
ſeq. vol. 1. & de Vicario epiſcopi, Io.
And. in c. licet, in nouel. de off. vicar.
in 6. poſt Hoſtien. & Innoc. in c. tua,
ext. eo. Bal. in Marg. in ver. vicarius,
Nicol. Mil. in repert. in ver. vicarius
epiſcopi, Aufre. ad Toloſ. d. q. 97. poſt
glo. in c. 2. in ver. officialem, de offic.
Vic. in 6. quos refert Redoan. tracta.
de reb. eccleſ. non alien. rub. de auct.
prælat. in alien. interp. Port. conſi. 99.
nu. 43. Gabr. conſi. 200. per totum, &
ſpecialiter, nu. 2. 3. cum ſeq. vbi dicit
Vicarium epiſcopi Valentię poſſe
præſtare conſenſum diſmembratio-
ni iurium eccleſiæ, ſicut Archiepiſco
pus, Archid. in c. fin. de iudic. in 6. di-
cens officialem epiſcopi dare poſſe
4 curatorem minoribus 14. ad exercen
das lites ſpirituales, Felin. in c. ex par
te, colum. 3. poſt numerum primum,
verſi. an autem, de conſt. Corn. con-
ſil. 181. nu. 39. in 2. poſt Feder. de Sen.
conſi. incipiente, conceſſio facta, Pa-
ui. de off. & poteſt. c. a. ſede vac. 1. par.
princ. q. 2. nu. 11.
5 Vbi quod vicarius epiſcopi poteſt
decretum interponere in alienatio-
ne rerum minoris, in emancipationi
bus liberorum, & dare curatorem ad
6 litem pupillis, Guid. Panciro l. conſi.
128. in princ. loquens de vicario Re-
uerẽdiſſimi epiſcopi Parmæ, qui de-
cretum interpoſuit in quadam con-
uentione Archipresbiteri, & canoni
corum S. Mariæ Caſtriniani.
Et hæc ſententia verior videtur,
& probari lege & ratione, lege pro-
batur per tex. in l. ſuggerente, cum
glo. in ver. vicarios. C. de offic. eius,
qui vicem alter. obt. Vbi vicarij Præ-
ſidum ſeu Rectorum habent aucto-
7 ritatem dandi tutores, & curatores
petentibus, & interponendi decre-
tum ad alienandum res minorum,
& ſimilium perſonarum, & ad eman
cipationes legibus celebrandas.
Ratione autem probatur, quia vi-
carius regulariter omnia poteſt, quæ
is, cuius vices gerit, Doc. in capitulo
finali. de officio Vicarij, in ſex-
to, & ideo poterit auctoritatem
inter-



interponere ſicut epiſcopus. Tum
etiam, quia interponere auctorita-
tem in alienationibus rerum eccle-
ſiæ eſt iuriſdictionis, ſecundum Fe-
8 der. conſil. 30. quem ſequitur Abb.
in cap. cum olim, col. 4. verſ. tertio du
bitatur, extra de maior. & obedien.
& ea, quæ ſunt iuriſdictionis tran-
ſeunt in vicarium generalem epiſco
pi, vt ſcripſi late ſupra q. in prima de
claratione. Sicut etiam, quia huiuſ-
9 modi decretum tanquam requirens
cauſę cognitionem delegari non po-
teſt. l. necquicquam. §. vbi decretum,
& ibi Doct. ff. de off. proconſ. Propte
rea dicendum eſt, quod illud Vica-
rius interponat auctoritate ordina-
ria, non autem delegata, & omnium
melius probat tex. in dicto capit. fin.
vbi etiam Archid. de iudic. in ſexto.
Vbi officialis epiſcopi dare poteſt
curatorem minoribus 14. ad lites ſpi
rituales exercendas.
10 Declaratur ſupradicta concluſio,
vt non procedat in actibus, in quib.
conſenſus, vel auctoritas compete-
ret epiſcopo de conſuetudine, vt in
electione Archiepiſcopi, uel in do-
ctoratu alicuius, in quibus Vicarius
ſine mandato ſpeciali epiſcopi non
poteſt auctoritatem interponere, ut
dixi ſupra hoc eodem libro, quæſtio.
Nec non in collationibus beneficio-
rum in quibus Vicarius non poteſt
conſentire ſine mandato ſpeciali, ut
etiam ſcripſi ſupra, quæſtio. 29. & 30.
Et in permutationibus beneficiorũ,
quorum permutandorum auctorita
tem non poteſt dare Vicarius, niſi
expreſsè fuerit illi conceſſa facultas,
capit. quæſitum, extra de rerum per-
mutat. Calder. conſilio ſeptimo, de
rerum permutat. & conſilio quarto,
de offic. Vicar. & conſilio tertio, de
renunciat. Imo. in capitu. exhibita,
numero trigeſimoquinto, extra de
rerum permutatio. Rebuff. in pract.
benefic. titu. forma Vicar. Archiepiſ.
numero 104. Pauin. de offic. & pote-
ſtate capituli ſede vacante, ſecunda
parte princip. quæſtione decima, nu
mero trigeſimoſecundo, Feder. de
rerum permutat. quȩſtione vigeſima
ſexta, Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 343.
numero decimoquinto, poſt Bella-
mer. deciſio. Rot. 94. Vicarius epiſco
pi. vbi ampliat etiam ſi ab epiſcopo
habeat poteſtatem recipiendi bene-
ficiorũ reſignationes, & eorum in
ſtitutiones. Gam. repet. cap. licet, nu
mero 101. de rerum permut. tomo 5.
vbi de communi. Et in alienationi-
bus rerum eccleſiarum in quibus ſo
la auctoritas epiſcopi non ſufficit, vt
per Toloſ. dicta quæſtione nonage-
ſimaſeptima, Guido Papæ. quæſtio-
ne 149. & 594. & alibi ſæpius ſcribit
Barbat. conſilio ſexageſimo, in quar-
to, Crauet. 152. numero octauo, Re-
doan. tract. de rebus eccleſ. non alie-
nandis, rubri. de auct. prælat. nume-
ro ſexageſimo. Vbi etiam in caſibus,
quibus epiſcopus interponere po-
teſt auctoritatem, Vicarius non po-
teſt, quia iura expreſſe nominant epi
ſcopum, cuius induſtria eſt electa
poſt Toloſ. deciſione 97. cum glo. ibi.
11 Et generaliter declaratur, vt non
poſſit Vicarius epiſcopi legem dice-
re, vel auctoritatem ſuam interpone
re in his, quę ad ſuam inſtructionem
non pertinent, Io. Bapt. Ferret. con-
ſil. 327. numero tertio, poſt Canoni-
ſtas in ca. fin. de offic. Vicar. in ſexto.
Dec. in capit. cum acceſſiſſent, col. 6.
numero nono, extra de conſtitu. ubi
ſubdeclarat, niſi adſit mandatum epi
ſcopi ſpeciale.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, an poſsit interponere auctoritatem in creatione dignitatis, quæ fit per canonicos in eccleſia cathedrali? remiſsiue.*

 QVAE-

## QVAESTIO CXCV.

SEd an Vicarius epiſcopi interpo-
nere poſſit auctoritatem in crea-
1 tione dignitatis, quæ fit per Cano-
nicos in eccleſia cathedrali, ſcripſi
ſupra hoc eodem libro, quæſtio. 31.
vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, an decretum interpone re poßit in doctoratu ſcholaſtici, remiſsiue.*

## QVAESTIO CXCVI.

1 QVid in doctoratu ſcholaſtici, an
etiam Vicarius poſſit inter-
ponere auctoritatem epiſco
pi, dixi ſupra hoc eodem libro, q. 29.
vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi an transferre poßit ius patronatus in laicum, vel approbare ſimilem donationem ſine conſenſu epiſcopi.*

## QVAESTIO CXCVII.

AN etiam transferre poſſit ius
patronatus in laicum vel ſimi-
lem donationem iuris patronatus ap
probare ſine epiſcopi conſenſu? Et
non poſſe in terminis contra Vica-
1 rium epiſcopi Vicentini, reſpondit
late, Io. Bapt. Ferrett. conſi. 327. & cõ
ſi. 343. Vbi ampliat non ſufficere taci
tum conſenſum epiſcopi, & conſi.
345. poſt Calder. conſi. 1. de offi. Vic.
Burſat. conſi. 310. nume. 27. Cucc. In-
ſti. iur. can. de Vica. epiſco. nume. 84.
Hiero. à monte, var. quæſtio. iur. q. 21.
nu. 6. cum ſeq. vbi hoc late compro-
bat, & dixi etiam ſupra, q. 31.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, an auctoritatem interponere poßit ædificationi Monaſterij, & illi Abbatiſſam præficere, & nume. 2.*

## QVAESTIO CXCVIII.

NVnquid etiam interponere poſ
ſit auctoritatem ædificationi
Monaſterij per teſtõrem relicti & il-
1 li Abbatiſſam præficere, & ſi corru-
pta ſit diſpenſare cum illa? & non
poſſe ſine ſpeciali mandato epiſcopi
reſpondit Calder. conſi. 3. de offi. Vi
ca. & dixi ſupra, q. 31.
2 Quamuis contrarium conſulen-
do probet, Bero. conſi. 21. nu. 29. in 2.
de quo vide quæ ſcripſi ſupra dicta
q. 31.

*SVMMARIVM.*

1 *Capitulum & eccleſiæ inferiores quibus caſibus ſtatuere non poßint abſque conſenſu epiſcopi.*
2 *Conſenſus epiſcopi requiſitus in ſtatutis capituli & eccleſiæ inferioris non poteſt per Vicarium ſuppleri.*
*Contra, nu. 3.*
*Communis, nu. 4.*
*Declaratur, nu. 4. & 6.*
5 *Abſentia epiſcopi Vicarij poteſtas confirmatur.*
7 *Canonicorum numerus, an taxari poßit à Vicario epiſcopi.*

QVAE-



## QVAESTIO CXCIX.

ET cum plures ſint caſus in qui-
bus capitulum & eccleſiæ inferio
res, ſtatuere non poſſunt ſine con-
1 ſenſu epiſcopi, quos recenſet Innoc.
Abb. & alij, in c. cum conſuetudinis
extra, de conſuet. & in c. cum omnes
vbi late Feli. mumero ſeptimo & ſe
quen. Dec. in 2. lectu. nu. 3. extra, de
conſti. Abb. poſt Innoc. in c. requiſi-
uiſti, in not. 8. de teſt. & in capitulo
cum acceſſiſſent vbi etiam late Fe-
li. nu. 15. cum ſeq. & Dec. nu. 9. extra,
de conſti.

Quæro igitur, an in caſibus iſtis,
in quibus requiritur conſenſus epi-
ſcopi ſufficiat conſenſus Vicarij. Par
tem negatiuam tenuit Feder. conſi.
2 264. ſi canonici, ſequitur Roma.
ſing. 693. ex longæuain, fine, Feli. di
cto capitulo, cum omnes, numero 9.
ad finem, Dec. nu. 3. in 2. lect. per tex.
in c. fi. de off. Vic. in 6.

Sed affirmatiuam probaiut Dec.
3 d. c. cum omnes, nu. 3. dicens ſibi vi-
deri quòd huiuſmodi conſenſus præ
ſtari poſſit per vicarium, quia ſimilis
eſſe videtur inſtitutioni ſpectanti ad
epiſcopum, quæ per Vicarium expe-
diri poteſt, cap. ex frequentibus, vbi
Abb. & alij, extra, de inſtit. & ſcripſi
late ſupra hoc eodem libro, q. 110.
Nec aduerſatur, tex. in dicto c. fina.
cum loquatur de collatione benefi-
cij, quæ principaliter pertinet ad epi
ſcopum.

Prima tamen ſententia quæ com-
munis eſt retenta declaratur, vt non
4 procedat epiſcopo abſente, quia tũc
in illis caſibus conſentire poteſt Vi-
carius, Archid. in capitulo, Reatina,
63. diſtin. in fine Dec. d. capitu. cum
omnes, ſecunda lect. numero tertio
& c. dilecti, lo ſecondo, vbi Apoſt. in
ver. propter abſentiam. extra, de ap-
pella. Iaſ. in l. cum filiusfamilias, co-
lum. 1. nu. 3. ff. ſi cer. peta. ea ratione
5 quia propter abſentiam epiſcopi, cõ
firmatur Vicarij poteſtas, c. nullus,
§. 1. de temp. ordin. lib. 6. late Feli. c.
ex parte, col. 3. poſt numerum pri-
mum, verſi. an autem. extra, de conſt.
Iaſ. l. in prouinciali, §. ſi ego, nu. 6. ff.
de op. no. nunc. Fran. Marc. q. Delph.
699. nu. 1. & 2. par. 1. Rebuf. tract. no-
minat. q. 14. nu. 60.

Secundo declaratur, niſi Vicarius
haberet ſpeciale mandatum epiſco-
6 pi, d. c. fi. vbi Canoniſtæ, Feder. dicto
conſi. 264. Fel. in dicto c. cum omnes
nu. 9. poſt Domin. c. 2. de offi. Vica. in
6. & Io. de Deo, in ſuis q. vbi dicit
quòd in taxatione numeri Canoni-
corum non ſufficit auctoritas Vica-
7 rij non habentis mandatum ſpeciale
Lap. in vltima alleg. firmat, idem Fel.
c. cum acceſſiſſent, nu. 15. Dec. nu. 9.
extra, de conſt. Io. Bapt. Ferrett. con
ſi. 327. nu. 2. poſt deciſionem quæ re-
peritur inter conſilia Calder. 1. de
off. Vica.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi quandoque ſunt loco Abbatum.*
2 *Monachus ſine licentia Abbatis non poteſt ire ad ſtudium.*
3 *Vicarius epiſcopi quando dare poßit licentiam Monacho eundi ab ſtudium in locis in quibus epiſcopus eſt loco Abbatis.*

## QVAESTIO CC.

COntingit etiam aliquando epi-
ſcopos eſſe loco Abbatum in ec-
1 cleſijs quoad Monachos ei ſubditos
vt de epiſcopo in eccleſia Cathanien
ſi teſtatur Abb. conſi. 88. numero 5.
volumine primo, not. in ca. cauſam
quæ. de iud.

 Quæ-

Quæro igitur in propoſito, an huiuſ
modi Monachis, qui aliàs ſine licen
tia Abb. ad ſtudium proficiſci non
2 poſſunt, ſecundũ tex. in c. 2. ne cler.
vel mona. lib. 6. Vicarius epiſcopi
3 poſſit licentiam impartiri. Abb. di-
cto conſi. 88. nu. 5. & 6. reſpondit nõ
poſſe ex ſola generali commiſſione
Vicarij, niſi epiſcopo exiſtente in
remotis per tex. cap. cum nullus, de
temp. ord. in 6. Pauin. tract. de offi. &
pot. cap. ſede vac. 2. par. prin. quæſt. 8.
nume. 25.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, an dare poſsit licen-
tiam contrahendi matrimonium non
præcedentibus denunciationibus per
ſacrum Concilium Tridentinum iu-
dicio ordinarij remiſsis, & nu. 3.*
2 *Epiſcopi mentio non excludit Vica-
rium.*

## QVAESTIO CCI.

ET cum ſacroſancta Tridẽtina Synodus prudentiæ ac iudicio ordinarij reliquerit, in c. 1. seſſ. 24. de reforma. matr. An denunciationes, quę debent matrimonium præcedere ex cauſa omitti poſſint.

Quæro, an Vicarius epiſcopi dare
1 poſſit licentiam contrahendi matri-
monium non præcedentibus denun
ciationibus. Et non poſſe reſponde-
runt ex facto Clariſſimi II. CC. Ia-
cob Menoc. conſi. 69. nu. 55. cũ ſeq. in
princ. Cęphal. conſi. 422. nu. 72. cum
ſeq. in 3. quos refert Claud. Bertaz.
ad conſi. Bart. Bertaz. 283. ſub litera
d. Moti ea potiſſimum ratione, quia
Concilium Tridentinum in d. c. 1.
mandans epiſcopo munus iſtud re-
mittendi denunciationes ex cauſa,
videtur elegiſſe induſtriã perſonæ
epiſcopi, qui propterea non poteſt
alteri mandare vices ſuas, c. ſi. §. pen.
de offic. deleg. cum alijs auctoritati-
bus adductis per ſupradictos Domi-
nos Conſulentes, quorum auctori-
tas, & ſi patens ſit toto orbe terra-
rum, tamen non videtur vſquequa-
que vera, quia maior eorum propoſi
tio, quod Concilium Tridentinum
munus illud remittendi denuncia-
tiones remittat iudicio, & pruden-
tię epiſcopi tantum, non videtur cõ
uenire verbis tex. in dicto cap. 1. qui
cum formaliter illud iudicio ordina
rij, ac prudentiæ remittat, quamuis
epiſcopum, qui ordinarius eſt inclu-
dat, non tamen excludit eius Vica-
rium, cum & is etiam habeat ordina
riam iuriſdictionem, ſecundum ve-
ram communem & receptam Docto
rum ſententiam quam late ſupra per
tractauimus, hoc eodem libro, q. 43.
igitur ceſſant rationes, & auctorita
tes tantorum patrum. Et per con-
ſequens verius eſſe videtur quòd Vi
carius epiſcopi tanquam ordinarius
poſſit ex cauſa dare licentiam con-
trahendi matrimonium non præce-
dentibus denunciationibus. Quod
ex eo etiam confirmatur. Nam Con
cilium Tridentinum aliàs volẽs ex-
cludere Vicarium à poteſtate cõceſ-
ſa epiſcopo loquitur taxatiue, & Vi-
carium expreſſe excludit, vt in c. 6.
ſeſſ. 24. ibi, nõ eorum Vicarijs ſit per
miſſum in decreto de reforma. Si
enim ſic expreſſe non excluderetur
Vicarius, potius videretur incluſus
ſub nomine epiſcopi Arch. in c. Rea
2 tina. 63. diſt. quem ſequitur Feli. c. ſi
quis contra, nu. 5. ver. ſed caue, extra
de foro comp. poſt glo. in c. pen. de ca
pel. monac. in 6. Vbi volũt quòd fa-
cta mentione de epiſcopo ſubintelli
gatur, vel Vicario, & quòd verbum
epiſcopus, Vicarium nõ excludat, &
3 ex facto remittere ex cauſa Vicariũ
huiuſmodi denunciationes, & nihilo
minus valere matrimoniũ cõprobat
Caualca. deciſ. Fiuiza. 29. nu. 17. cum
ſeq.



ſequen. dicens ita iudicaſſe Papię, dũ eſſet Vicarius generalis Reuerendiſſimi epiſcopi de anno 1579. & quòd eius ſententia confirmata fuit refert illum & ſequitur Clau. ad Bertazola d. conſi. 283. in fi. ſubdens, Cæphal. & Menoc. non ſatis proprie fidere conſultationi, vt in calce conſiliorum innuunt. dixi etiam, ſupra. q. 43. hoc eodem libro.

*SVMMARIVM.*

*Licentiam dare electo in prælatum eccleſiæ alterius diœceſis, vel volenti ſe trãſferre ad aliam diœceſim eſt iuriſdictionis.*

## QVÆSTIO CCII.

QVæro etiam proſequendo actus voluntariæ iuriſdictonis, an Vicarius epiſcopi dare poſſit licẽtiã electo in prælatum eccleſiæ alterius diœceſis vel volenti ſe transferre ad aliam diœceſim. & poſſe ea ratione probatur quia hoc eſt iuriſdictionis, c. ſi religioſus vbi Canoniſtæ de elect. in 6. & per illum, tex. Abb. c. cum olim, col. 3. verſi. ſed dubitatur extra de maior. & obed. & illa quæ ſunt iuriſdictionis transeunt in Vicarium generalem epiſcopi vt ſupra ſcripſi libro hoc eodem, quæſtio. 57.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus non poteſt prorogare iuriſdictio
nem alterius iudicis abſque conſenſu
epiſcopi proprij.*
2 *Vicarius epiſcopi non poteſt dare
licentiam clerico prorogandi iuriſdi-
ctionem.*
*Declaratur, nu. 3. remiſsiue.*
*Subdeclaratur, nu. 4.*
4 *Clericus etiam epiſcopo conſentiente non
poteſt prorogare iuriſdictionem iudi-
cis ſecularis.*
5 *Epiſcopus quando prohibere poſsit iudici
laico ne procedat in cauſa clerici.*
6 *Secularis iudex an poſsit punire clericũ
qui coram eo falſum depoſuit.*

## QVAESTIO CCIII.

ET quoniam ſummus Pontifex
1 prohibuit clericis conſentire in
iudicem non ſuum abſque licentia
proprij epiſcopi, in c. ſignificaſti, vbi
Canoniſtæ, extra, de foro comper.
in capitu. Romana, in princi. eo. titu.
lib. 6.
2 Quæro, an huiuſmodi licentiam
poſſit Vicarius impartiri. & non poſ-
ſe teſtatur Pauin. de off. & poteſt ca.
ſede vac. 2. par. prin. q. 10. nu. 12.
3 Declaratur eiſdem modis quibus
ſuprà hoc eodem libro, q. 30. & ſeq.
Subdeclaratur, vbi iudex in quem
4 conſentire vult clericus eſſet eccle-
ſiaſticus: Nam ſi ſecularis, tunc illius
iuriſdictionem prorogare non po-
teſt etiam epiſcopo conſentiente, d.
cap. ſignificaſti, vbi Canoniſtæ. vnde
alias epiſcopum prohibere poſſe iu-
5 dici laico ne procedat in cauſa cleri-
ci litigantis coram ipſo laico & cleri
cum repetere ſcripſit Bertach. tract.
de epiſ. lib. 4. par. 5. ti. de auct. epiſ. cir
ca iud. nu. 66. & non poſſe iudicem ſe
cularem punire clericum etiam de li
6 centia epiſcopi ob falſum coram eo
depoſitum, reſpondit pro vicario epi
ſcopi Aquen. Rolan. conſi. 12. nu. 26.
cum ſeq. in 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ſuffraganei an conſen
tire poſsit quod Metropolitanus cogno
ſcat de negocio principali omiſſo arti-
culo appellationis interpoſitæ ad ipſũ
Metropolitanum.*

QVAE-

## QVAESTIO CCIIII.

His etiam ſimile eſt Vicarium epiſcopi ſuffraganei ſine ſpeciali mandato non poſſe conſentire
1 Metropolitanus cognoſcat de negocio principali omiſſo articulo appellationis ab eodem Vicario ad Metropolitanum interpoſitæ, vt contra Vicarium epiſcopi Concordien. reſpondit Ferrett. conſi. 307. nume. 1. in 2. Vbi aſſerit communem concluſionem Doct. in c. Romana, in princ. de foro compet. in 6. & num. 3. ad finem ampliat, etiam ſi vicarius ſuffraganei pure detuliſſet appellationi.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi expulſi à diæceſibus ſuis procedere poſſunt contra expulſores in locis aliarum diæceſum obtenta vel petita licentia ab epiſcopo diæceſano.*
2 *Vicarius epiſcopi, ſine mandato ſpeciali non poteſt dare licentiam epiſcopis expulſis à ſuis diæceſibus, exercendi iuriſdictionem in ſua diæceſi.*
*Declaratur, nu. 3.*

## QVAESTIO CCV.

Clemens etiam huius nominis quintus conceſſit olim in Concilio Viennenſi epiſcopis expulis ab eorum diœceſibus facultatem procedendi contra expulſores, conſiliarios & fautores & inter eorum ſubdi
1 tos ius dicere in locis aliarum diœceſum obtenta licentia ab epiſcopo diœceſano vel ſaltem petita, vt in clementina vnica, vbi Io. And. Abb. & alij, de foro compet.

Ideo quæro in ꝓpoſito an vicarius
2 epiſcopi diœceſani dare poſſit licentiam epiſcopis expulſis exercendi ſuam iuriſdictionem, vel ſatis ſit ſi ab eo petatur.

Et non poſſe niſi habeat mandatum ſpeciale, tradit glo. in d. clemen. 1. in ver. diœceſani, arg. tex. in c. cum nullus, in ſecundo reſponſo, de tem por. ord. in 6. & ca. 2. & 3. de off. vica. eo. titu. & eandem ſequitur Rebuff. in practi. benefi. tit. forma vic. Arch. nume. 178. & Abb. in dicta clemen. vnica, numero 10. Paui. de poteſt. capituli ſede vacan. 2. par. princi. q. 10. nume. 28.

3 Declaratur vbi epiſcopus diœceſanus eſſet in diœceſi vel circa illam, ſecus ſi multum diſtaret, quia tunc à vicario obtineri poſſet. glo. & Abb. in d. cle. vnica, nu. 18.

*SVMMARIVM.*

1 *Religionem profeſſurus poterat diſponere de rebus ſuis inter viuos donando ſub conditione ſi fuerit profeſſus religionem.*
2 *Religioſus non poteſt renunciare aut obligare ſe cum iuramento etiam in fauorem piæ cauſæ niſi de licentia epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem.*
3 *Vicarius epiſcopi dare poteſt licentiam religionem profeſſuro, renunciandi bonis & ſe obligandi.*

## QVAESTIO CCVI.

1 Religionem profeſſurus poterat de rebus ſuis diſponere inter viuos donando ſub conditione ſi religionem fuerit profeſſus, Durant. de arte teſtan. titu. 3. de hæred. inſt. caute. 9. per glo. in §. illud, in Auc. de monac. & Bar. auc. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. ecc. Roma. conſi. 237.

Sed quia hodie nulla renunciatio
2 aut obligatio etiam iurata etiam in fauorem piæ cauſæ tenet niſi de licentia epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ſecundum Concil. Trid. c. 16. ſeſſ. 25. de regular.

3 Ideo quæro, an huiuſmodi licentiam poſſit Vicarius impartiri. & poſſe probatur in dicto capi. 16. ibi, ſiue eius Vicarij.



*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius abſente epiſcopo vel impedito ſiue ab epiſcopo ſpecialiter deputatus explorare debet voluntatem virginis volentis ſuſcipere habitum regularem vel poſtea emittere profeſſionē, an ſit coacta vel ſeducta.*

## QVAESTIO CCVII.

1 Non eſt omittendum in propoſito quòd Vicarius abſente epiſcopo vel impedito, ſiue ab epiſcopo ſpecialiter deputatus explorare debet voluntatem uirginis volentis ſuſcipere habitum regularem vel poſtea emittere profeſſionem, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat iuxta formam Concil. Trid. c. 17. ſeſſ. 25. de regular.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonicus regularis Monachus clericus que tonſuratus ante annos legitimos ſine conſenſu parentum creatus poteſt à parenſibus reuocari vbi ad Papam reclamauerit intra annum aut ad epiſcopum vel eius Vicarium.*

## QVAESTIO CCVIII.

Si autem quis ante annos legitime tonſuratus eſt vel Monachus vel
1 Canonicus fiat regularis ſine conſenſu parentum ſuorum poteſtà partibus reuocari, vbi ad Papam aut ad epiſcopum vel ad eius Vicarium reclamauerit intra annum, poſt annum vero in clericatu remanere debere dicit tex. in capitu. ſi quis autem, vbi Abb. & alij Canoniſtæ, extra, de regular.

*SVMMARIVM.*

1 *Ingreſſus & acceſſus ad Moniales, an de licentia epiſcopi dari poſſit & qualiter.*
2 *Vicarius dicitur ſuperior, ſicut epiſcopus.*
3 *Epiſcopi nomen non excludit Vicarium.*

## QVAESTIO CCIX.

At Bonifacius huius nominis octauus prohibuit etiam honeſtis ingreſſum & acceſſum ad moniales niſi adſit rationabilis cauſa & illius ad quem pertinuerit ſpecialis licentia, vt legitur in c. 1. de ſtatu reg.
1 in 6. cuius conſtitutionem innouauit ſacroſanta Tridentina ſynodus in c. 5. ſeſſ. 25. Volens quòd nemini liceat ingredi intra ſepta monaſterij cuiuſcunque generis aut conditionis vel ętatis fuerit ſine epiſcopi vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda & quod huiuſmodi licentiam dare tantum poſſit epiſcopus vel ſuperior in caſibus neceſſarijs, quos recenſet glo. in d. ca. 1.
in

in princi.in verſic.cauſa.vbi Doct.de
ſtatu regular.in 6.

Igitur quæro in propoſito, an hu-
iuſmodi licentiam dare poſſit Vica-
rius epiſcopi.& poſſe ex eo probatur
2 quia Vicarius epiſcopi dicitur ſupe-
rior ſicut epiſcopus ſecundum Ar-
chid.in c.Romana, col.2.in verſicu.
ab Archidiacono,de appell.in ſexto.
nec illud verbum epiſcopus, exclu-
dit eius Vicarium Feli.in cap.ſi quis
contra,nume.5.extra, de foro com-
3 pet.& probatur in c.16.ſeſſ.25.apud
Concil.Trid.in decreto,de regul.di-
cam infra,lib.3.q.6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo ſiue eius Vicario intrandi cum plauſtro in Monaſterio Monialium, intelligitur de prima vice tantum.*

## QVAESTIO CCX.

POrrò licentia conce a ab epiſco
po ſiue eius Vicario intrandi cũ
plauſtro in Mona ſterio Monialium
1 intelligitur de prima vice tantum
Alber. de Roſa. ſecunda par. ſtat.q.
182.incipiente,quòd per dominum
fratrem Vbertum, circa ſi. quem re-
fert & ſequitur, Iaſo. l. diuortio.§.
quod in anno,nume.14.in add.ff.ſo-
lu.matri.

*S V M M A R I V M.*

1 *Beneficia inferiora eccleſiaſtica, quibus conferantur.*
2 *Ignorantia mater cunctorum errorum vitanda à ſacerdotibus.*
3 *Sacerdotes ſcire debent ſacras ſcripturas & Canones.*
4 *Chriſtus Virtus & ſapientia Dei eſt.*
5 *Epiſcopus Calinen. fuit amotus ab executione Pontificalis officij & adminiſtratione eccleſiæ, quia neſciebat Donatum.*
6 *Epiſcopi vel eorum Vicarij tenentur ſingulis annis in ſynodo diœceſana ſex ad minus eligere examinatores.*
7 *Vicarius qualiter & quando poſſit examinare clericos deſcriptos ad examẽ. & nu.8.& 9. vſque ad 11.*
11 *Et an conferre teneatur nominatis ab epiſcopo ſi cognouerit illos inhabiles, & nu.12.*

## QVAESTIO CCXI.

ET quoniam beneficia inferiora
eccleſiaſtica præſertim habentia
1 curam animarum conferri debent
perſonis qui ætate, ſcientia, ac mori-
bus cõmendantur iuxta conſtitutio-
nem Alexandri iij.in Concilio Late
ranenſi, vt legitur in ca. cum in cun-
ctis.§.inferiora.extra,de elect.quam
reaſſumpſit Gregorius decimus in
Concilio generali Lugdunenſi, vt le
gitur in capitulo, licet canon, de ele-
ctio.in 6.& innouauit ſacroſanta Tri
dentina ſynodus in capitulo tertio,
ſeſſ.ſeptima, in decreto de reforma:
Vnde ad euitandam ignorantiam
2 matrem cunctorum errorum, maxi-
me in ſacerdotibus Dei, qui docendi
officium in populo Dei ſuſceperunt
ex Concilio Toletano ex diuo Au-
3 guſtino & alijs ſacræ paginæ con ſul-
tiſſimus tenentur habere ſcientiam
ſacrarum ſcripturarum & canonum,
ne ſcripturarum ignari Chriſtum
4 quoque, qui virtus Dei eſt & ſapien-
tia ignorent, vt legitur, in capitulo
1.2.3.4.5.6.8.10.& per totam diſtin-
ctionem decimã octauam. Vnde Do
minus: quia ſcientiam repuliſti &
ego te repellam, c.niſi.extra, de re-
nunc. ſcribit in propoſito multa Fa-
ber in proœ. Inſtitu. Iacob. Benius,
tract.



tract. de priuileg. Iuriſconſ. priuil.
24. nume.4. latiſſime Decian reſp.
14. num.29. cum ſequen. volum.1.&
alias Honorium huius nominis Pon
5 tificem tertium amouiſſe Epiſcopũ
Calinen. ab executione Pontificalis
officii, & adminiſtratione eccleſiæ,
quia neſciebat Donatum, refert tex.
in c.ſi.extra de ætate, & qual. Rebuf.
prac. benef.tit. de cler. & quomodo
creentur, nu.25.
6 Epiſcopi, vel eorum Vicarij tenen
tur ſingulis annis, in ſynodo diœce-
ſana ſex ad minus eligere examinato
res, quorum tres ab epiſcopo electi
debent cum ipſo examinatore cleri-
cos vocatos ad examen per edictum
publicũ ſeu ab epiſcopo vel idoneos
nominatos ad regendam eccleſiam
parochialẽ vacantem, vt habetur in
c.18.ſeſſ.24.apud Concil.Trid.in de
creto, de reforma.poſt tex.in c.ſi.vbi
Canoniſtæ, de elect.in 6.Ideo in pro
poſito quæro, an Vicarius epiſcopi
poſſit examinare vna cum cæteris
examinatoribus deſcriptos ſiue uo-
catos ad prædictam eccleſiam. & poſ
5 ſe vbi epiſcopus eſt impeditus dicit
tex.in dicto c.18.
Ampliatur, vt Vicarius poſſit etiã
8 accedere quibus votis magis videbi
tur ſi examinatores pares aut ſingu
lares fuerint, d.c.18.
Secundo ampliatur, ut Vicarius
poſſit etiam examinare perſonas tã
9 regulares, quam ſæculares etiam ad
nutum amouibiles deputãdas ad cu-
ram animarũ in monaſterijs ſeu do-
mibus Vicariorum, quibus imminet
cura animarum perſonarum ſæcula-
rium, Concil. Trid. d.c.11. ſeſſ.25.de
regular.& monial.
Declaratur hæc ampliatio, vt non
habeat locum in monaſterio Clunia
10 cenſi, cum ſuis limitibus, nec non
in iis monaſteriis ſeu locis, in quib.
Abbates generales aut capita ordi-
num ſedem ordinariam principalẽ
habent, & in aliis monaſteriis ſeu do
mibus, in quibus Abbates aut alij re
gularium ſuperiores iuriſdictionem
epiſcopalem, & temporalem in pa-
rochos, & parochianos exercẽt, d.c.
11.ad finem.
Declaratur principaliter, niſi epi-
ſcopus vicarios aliquos nominaue-
11 rit, vt illis Vicarius conferret, quia
tunc imputabitur epiſcopo, & Vica-
rius illos non examinabit, Rebuf.in
prac.beneſi. tit.forma Vic. Archiep.
num.75.& ſeq.arg.tex.in c.ſi epiſco-
pus, de præben.in 6.
12 Subdeclaratur, quod ſi Vicarius
eos cognoſcit inhabiles, non debet
illis prouidere, ſed monere epiſco-
pum, cuius vices gerit, Rebuf.d.tit.
forma Vic.Arch.nu.86.

*S V M M A R I V M.*

1 *Coadiutores, & vicarij eccleſiarum imperitis rectoribus deputantur.*
2 *Vicarius epiſcopi ſine mandato ſpeciali, an deputare poſſit coadiutores ſeu vicarios perpetuos, & nu.6.*
3 *Legatus de latere gerit vices Papæ.*
4 *Non tamen poteſt dare coadiutores epiſcopi, ſine mandato ſpeciali.*
5 *Coadiutoris epiſcopalis datio eſt de reſeruatis Papæ.*

## QVAESTIO CCXII.

INde ſacroſanta Tridentina ſyno-
dus audiens illiteratos, & impe-
ritos parochialium Rectores ſacris
minus aptos eſſe officijs, & alijs pro-
pter eorum vitæ turpitudinem, po-
tius deſtruere, quam ędificare ſta-
tuit, in c.6.ſeſſ.21. in decreto, de re-
form. quòd epiſcopi etiam tanquam
ſedis apoſtolicæ delegati eiſdẽ illite
ratis, & imperitis ſi aliàs honeſtæ vi-
1 tę ſint Coadiutores aut vicarios pro
tpe deputare poſſint cũ cõgrua fru-
ctuũ pro ſufficiẽti victu aſſignatione
vel

vel aliter eis prouidere, quod quidem antiqui etiam canones probauere ob alios tam Rectorum, quam etiam inferiorum Prælatorum defectus, vt eſt videre in 7.q.1. & q.2.& 33.diſtin.per totam 3.q.9. indicas,& 17.q.2.c.Gonſaluus. c.de rectoribus &c.fi.vbi Abb. & Canoniſtæ, extra de Cler.ægrot.& de Abbatibus, & alijs Prælatis, Franc. Pauin. de offic. & poteſt.cap.ſede vacan. in ſecunda par.princip. Quæro igitur in propoſito, an huiuſmodi Coadiutores, vel Vicarios deputare poſſit Vicarius epiſcopi. Et non poſſe ſine mandato ſpeciali, ea ratione probatur, nam ex generali commiſſione Vicarius epi-
2 ſcopi non poſſet quem deſtituere,& priuare beneficio.c.licet, vbi glo. Anchara. Domin. Franc.& alij, de offic. Vic.in 6.c.1.in ver.epiſcopos, de capell.monac. in ſexto, Anchar. conſilio 60.numero 1. Sicut nec reuocare vniones eccleſiarum, vt ſcripſi ſupra, q.115. hoc eodem libro, & quia legatus de latere qui gerit vices Pa-
3 pæ, vt legitur, in cap. 1. & in c.quod translationem, extra de offic. lega. non poteſt dare Coadiutores epi-
4 ſcopis niſi habeat à Papa ſpecialem poteſtatem, dicto ca.quod trãslationem, gloſ. in c.vnico, in primo not. de cler.ægrot.lib.6. Ita nec Vicarius epiſcopi poterit dare Coadiutores Prælatis inferioribus, vel Rectoribus ſine ſpeciali mandato epiſcopi. Et ſicut datio Coadiutoris epiſcopalis, videtur eſſe de maioribus Papæ reſeruatis, dicto c.1. vbi gloſ.in primo not. & dicto c. quod translationem, vbi etiam gloſ. & Canoniſtæ, cum adductis per Bero. q. famil.136. num.4. Ita datio coadiutoris presbyteralis videtur eſſe de reſeruatis epi-
5 ſcopo,& per conſequens, non comprehenſa in generali commiſſione Vicariatus niſi ſpecialiter fuerit cõmiſſa, cap.2. vbi Docto.poſt gloſ.extra, de offic.lega. Abb. in c.prudentiam. §. ſexta, colum.ſecunda, de off. delegati. Pariſ. conſilio decimo, numero 7.in 4. cum adductis per Rolan. conſi. 75. numero 20. cum ſeq. in 3.& in terminis Iac.Put.deciſ.Rotæ 239.in prin.lib.2. dicens ita fuiſſe reſolutum in vna Mediolanen. 2. Martij.1545.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Epiſcopi, an poſſit conferre beneficia dignitates, commendare, præſentare, inſtituere, & cætera beneficialia expedire, remiſſiuè.*

## QVAESTIO CCXIII.

AN autem Vicarius epiſcopi cõferre poſſit beneficia dignita-
1 tes, commendare, præſentare, inſtituere, & ſimilia cætera, quæ ad beneficiorum collationem pertinent, peragere, ſcripſi late ſupra, q.71.vſque ad quæſt.114. hoc eodem libro, vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi dare poteſt licentiam celebrandi in domo, & ſacra miniſteria conficiendi.*

## QVAESTIO CCXIIII.

RVrſus proſequendo reliqua, quæ videntur reſpicere voluntariam iuriſdictionem, non diffiteor Vicarium epiſcopi dare poſſe licen-
1 tiam celebrandi in domo, & ſacra mini-



miniſteria conficiendi, vt per Calig. in Marg. Fiſc. fol.41.verſ.82. caſus Rota deciſ.86. alias 580. tit.de reſcr. in antiq. Clar. in prac. cri.§.fi.q.79.verſ. domus priuatorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi, an dare poſſit licentiam ſubdito eligendi ſibi confeſſorem.*

## QVAESTIO CCXV.

1 POſtremo, an Vicarius epiſcopi dare poſſit licentiam ſubdito eligendi ſibi confeſſorem, dixi ſupra hoc eodem libro, quæſtio. 15. vbi vide.

## Finis Libri Secundi.

TRA-

# TRACTATVS
## DE VICARIO EPISCOPI, OFFICIO EIVS, ET POTESTATE, ET C.
## LIBER TERTIVS,
### AVCTORE IACOBO SBROZZIO I. V. D. AB VRCEANO.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatur a ſententia Vicarij epiſcopi ad Archiepiſcopum, vel ad illum ad quem ab epiſcopo appellaretur, vel ad Papam.*

2 *Conſuetudo, quod a ſententia Vicarij epiſcopi non appellatur ad Archiepiſcopum, vel ad ſuperiorem ad quem ab epiſcopo appellatur, non debet attendi.*

3 *Appellatio ab interlocutoria Vicarij epiſcopi, vel a quocunque grauamine reparabili per diffinitiuam non debet attendi.*

4 *Metropolitanus non poteſt cognoſcere de negocio principali, omiſſo articulo appellationis, etiam cum conſenſu Vicarij ſuffraganei.*

*Ampliatur, & declaratur, numero 5.*

## QVAESTIO I.

CVM ſit expoſitũ ſuperiore lib. de officio, & poteſtate Vicarij epiſcopalis tã in his, q̃ reſpiciũt ordinẽ & dignitatẽ epiſcopi, quàm etiã iuriſdictionem. Sequitur, vt de modis illis videamus, quibus officium, & poteſtas Vicarij ceſſet, & finiat. Quod cum per nullitatem, appellationem, recuſationem, reuocationẽ, & mortem epiſcopi, & Vicarij contingat: Ideo de ſingulis diſpiciamus. Et in primis videamus qualiter ceſſet iuriſdictio Vicarij per appellationem, & nullitatem, & ſucceſſiue ad quem appellari poſſit a ſententia lata per Vicarium epiſcopi?

Nam quod appellari poſſit ad Archiepiſcopum, vel ad illum, ad quem
2 appellaretur ab epiſcopo, vel ad Papam, probat tex. in c. Romana, vbi gl. Innoc. & Arch. de app. in 6. & iterum Arch. Franc. & alij in c. 2. de conſuet. in 6. apoſt. ad Spec. tit. de app. §. nunc tractemus, verſ. tertio, Papaz. in annot. ad Rot. deciſ. 3. alias 350. titu. de off. vic. in no. Brugen. enchir. par. aut ſimil. iur. in uer. iudicium, Conc. Triden. c. 1. in fi. & 2. ſeſſ. 13 & ca. 20. ſeſſio. 24. in decreto de refor.
2 Ampliatur etiam ſi ſtylus, & conſuetudo etiam immemorabilis extaret in contrarium, d. c. 1. ſeſſ. 23.
3 Declaratur, ut uerum ſit in appellationib. a diffinitiua, vel ab habente vim diffinitiuæ, & cuius grauamen per appellationem a diffinitiua reparari nequit, ſecus ab interlocutoria, vel a quocunque alio grauamine ante diffinitiuam, Concil. Tridẽt. d. c. 1. ſeſſ. 13. & c. 20. ſeſſ. 24. in decreto de reformatione.
4 Secundo declaratur, ut Metropolitanus non poſſit cognoſcere de negocio principali, omiſſo articulo appellationis, etiam cum conſenſu vicarij epiſcopi ſuffraganei, niſi eiuſdem
5 adſit mandatum ſpeciale, ut reſpondit Io. Bapt. Ferret. conſil. 307. nu. 1. & 2. dicens hanc eſſe communẽ concluſionem Doctorum in c. Romana, in princ. de foro compe. in 6. & nu. 3. Ampliat etiam ſi vicarius ſuffraganei pure appellationi detuliſſet.



*SVMMARIVM.*

1 *Appellari non poteſt a ſententia Vicarij ad epiſcopum.*

*Ampliatur, nu. 5. 6. 8. 10. 11. 12. 14.*

*Declaratur, num. 15. 16. 17. 18. 20. cum ſeq. vſque ad finem.*

2 *Appellatio quid ſit? & nu. 14.*

3 *Appellari non poteſt ab eodem ad ſe ipſum.*

4 *Diſtinctio perſonarum debet eſſe inter iudicem a quo, & iudicem ad quem.*

5 *Appellari non poteſt a Vicario generali conſtituto tantum in Ciuitate ad epiſcopum.*

6 *Appellari non poteſt ab officialibus inferiorum prælatorum ad ipſos prælatos.*

*Declaratur, nu. 7.*

8 *Appellatio a quocunque vices gerente non datur ad illum, cuius vices gerit.*

*Declaratur, nu. 9.*

11 *Proceſſus in cauſa appellationis interpoſitæ a Vicario ad epiſcopũ eſt nullus.*

*Ampliatur, nu. 12.*

*Declaratur, nu. 13.*

14 *Conſuetudo quod a Vicario appelletur ad epiſcopum, non eſt attendenda.*

15 *Appellari poteſt a Vicario foraneo, vel delegato epiſcopi ad epiſcopum.*

16 *Vicarius epiſcopi reuocare poteſt ſuam interlocutoriam.*

*Ampliatur, nu. 17.*

*Declaratur, nu. 18. cum ſeq.*

19 *Appellatio ab interlocutoria Vicarij epiſcopi, vel ab alio grauamine reparabili in diffinitiua non datur.*

20 *Appellari poteſt à Vicario ad epiſcopũ in cauſa ſibi delegata per eundem epiſcopum.*

*Declaratur, nu. 23.*

21 *Appellari poteſt à collatione beneficij facta per Vicarium, ad epiſcopum.*

22 *Vicarius non confert beneficia vti Vicarius epiſcopi, ſed tanquam Commiſſarius.*

23 *Epiſcopus delegando cauſam Vicario, malitioſè in fraudem appellationis interponendæ ad Metropolitanum, poteſt excommunicari per ipſum ſuperiorem.*

24 *Nullitas ſententiæ Vicarij proponi poteſt coram epiſcopo.*

## QVAESTIO II.

SVcceſſiue quæro, an a ſententia vicarij epiſcopalis appellari poſſit ad ſuum epiſcopum, aut ad Archiepiſcopum, vel Primatem, ſiue Patriarchã, ſi Archiepiſcopi, vel Primatis eſt vicarius? Et nõ poſſe probat tex. in c. Ro-
1 mana, in princ. ubi Doct. de app. in 6.

c.non putamus,vbi etiam Arch. An-
char.Franc.poſt Gem.de conſuet.li-
bro 6.c.ſi contra,in fi.de off. dele.eo.
lib.Doct.in clem. & ſi principalis,de
reſcri.Lancel.in §.fi. cum glo.in ver.
Vicarium generalem,Inſt.iur. cano.
de off.Vic.Abb. in c.ſi quis,in 1.lect.
nu.26.& in 2.nu.31. ext.de foro cō-
pet.& in c.cum terra,nume.1.ext.de
elect.Bar.in l.1.in fi.ff.quis,& a quo.
Toloſ.q.479. Bertach. de epiſc.lib.4.
par.6.tit.de Vicario epiſ.nu.17.Bru-
gen. enchir. par.aut ſimil.iur.in ver.
iudicium officialis, Bero.rub.nu.24.
ext.de appella.Senat.Pedemont.de-
ciſ.131.nu.17.Maſſuer. ad pract. Pa-
pien.in for.libel.act. real. in ver. Vi-
carius,in fi & verſ.ſeq.

Et ratio eſt, quia appellatio eſt de
minori iudice ad maiorem prouo-
catio,d.c.2.Et ſi appellaretur ad epi-
ſcopum , Archiepiſcopum, Patriar-
cham,ſiue Primatem a ſententia Vi-
carij,vtique daretur appellatio ab eiſ
3 dem ad ſe ipſos,d.cap.Romana, & d.
c.2.cum notatis vtrobique per Doc.
& ſic nulla eſſet diſtinctio perſona-
rum inter iudicem a quo, & iudicem
4 ad quem,vt animaduertit Dec.in ca.
dilecti, el 3.nu.4.in glo.ibi,idem cre
do, extra de appel. Prout etiam quia
ſi daretur appellatio a vicario ad epi
ſcopum,qui illum creauit poſſet epi-
ſcopus alteri committere vices ſuas
in illa cauſa, & ſic nunquam perueni
ret ad Metropolitanum , vt declarat
Arch.in d.c.2. in verſ.item ſi ab offi-
ciali.contra ea, quæ dicta ſunt in pro
xima q.præced.

5 Primo ampliatur etiam non dari
appellationem ad epiſcopum a ſen-
tentia vicarij generalis conſtituti in
ciuitate tantum,Calder. conſil. 2. de
appel.quem refert apoſt.ad Gemi,in
d.c.non putamus,nu.3.in fi.ſub litte
ra.c.de conſuet.lib.6.

6 Secundo ampliatur etiam non da
ri appellationem ab officialibus infe
riorum prelatorum ad prælatos,quo
rum ſunt vicarij, nec etiā ad Metro-
politanum,ſed ad epiſcopum,d.c.Ro
mana,§.ab Archidiaconis,vbi Arch.
col.2.in ver.officialib.de app.in 6.gl.
in c.dilecti,el 3.in ver.poſt huiuſmo-
di,circa medium, vbi etiam Doc.ext.
de app.Quia idem eſt auditoriū iſto
rum officialium cum ipſis inferiori-
bus prælatis,ſecundum Docto.ſupra
allegatos, & ideo militat ratio d.c.2.
de conſuet.in 6.& d.c.Romana,de ap
pel. eo.tit. cū alijs ſuperius adductis.

Declaratur,niſi conſuetudo exta-
ret,quod ab iſtis prælatis,vel eorum
officialib.appellari poſſet ad Archie-
7 piſcopum omiſſo medio,d. §. ab Ar-
chidiaconis,ubi Doc.& glo.in c.dile
cti,in uer. poſt huiuſmodi circa me-
dium, vbi Dec.num.3.in ver.2.fallit,
Franc. in d.c.non putamus, col.pen.
in uer.ſexto not.Lancel.Inſt.iur.ca-
no.de off. Vic.§.fin.

Tertio ampliatur idē in quolibet
iudice gerente vices alterius gene-
raliter,l.1.& 2.C.de off.eius,qui vic.
8 alt.ger.Bart.l.præcipimus, C.de app.
Dec.in c.dilecti,el 3.col.1.ad ſi.nu.4.
ext.de appel.Arch.in d.c.Romana,in
princ.& in vicario cap.ſede vacan.2.
par.princ.q.10.nu.14.

9 Declaratur hæc ampliatio,ut pro-
cedat in illis vicarijs,qui ab ordina-
rijs electi ſunt, nō autem a principe
ad quem , ab eius vicario poteſt ap-
pellari, Dec.in d.ca.dilecti, in fi.poſt
Franc.in d.c.non putamus,colum.2.
verſ.aduerte tamen ad conſuet.in 6.
vbi declarat, verum eſſe in principi-
bus, qui ſuperiorē nō recognoſcunt.
Nam ad illos appellatur ab eorum vi
carijs propter defectum ſuperiorita-
tis, cum princeps non habeat ſupe-
riorem.

10 Quarto ampliatur ſiue appelle-
tur in iudicio ſiue extra,Rot.deci.7.
alias 371.nume.2.titu. de offic. Vic.
in nouis, ſecundum nouam impreſ-
ſionem,Nicell. de concor.gloſ. nu-
mero 83.

Quinto



Quinto ampliatur , vt appellatio
11 interpoſita a ſententia vicarij ad epi
ſcopum, & commiſſio cauſæ, & pro-
ceſſus inde factus ſit nullus, Gemin.
d.c.non putamus,nu.3.de conſuetu.
lib.6. poſt Io.And.Franc.col. fin.qui
melius aperit os Lapi, & Dominici
ſubobſcure loquentium, Spec.tit.de
appel.§.nunc tractemus, verſ.quid ſi
de facto.

Extenditur hęc ampliatio etiam ſi
partes litigarent coram delegato epi
12 ſcopi in cauſa appellationis, Specul.
d.§.nunc tractemus , Firman. in ver.
iuriſdictio,nu.130.

Declaratur prædicta ampliatio ,
13 quando appellatio interponeretur a
ſententia valida, quæ non poſſet re-
ſcindi , niſi remedio appellationis ,
tūc enim appellatio , & proceſſus eſt
nullus , ſecus ſi ſententia eſt nulla ,
quia tunc retractari poſſet ab ipſo of
ficiali, & epiſcopo Gemi.in d.ca. non
putamus,nu. 3.poſt Lap.ibi relatum,
Franc.d.col.fi.in fi.

Sexto ampliatur etiam ſi conſuetu
14 do quantocunque tempore ſeruata
extaret , quod appellandum eſſet ad
ipſum,d.c.2.& ibi late Franc.de con-
ſuetu. in 6.Abb.in c.cum terra, nu.1.
ext.de elec.& in c.dilecti,el 3.nu.16.
Dec.nu.4.ext.de app. Rolā.conſ.75.
nu.17.in 3.Brugen.enchir.par.aut ſi
mil.iur.in uer.iudicium,& ratio eſt,
quia de ſubſtantia appellationis eſt,
quod ad maiorem iudicem interpo-
natur ſecundum Doct.d.c.non puta-
mus , & alios præallegatos, & com-
probat Bero.in rubr.nu.24. extra de
appel.confutans argumenta,quę cō-
tra glo.in d.c.2. diſputando per eun-
dem adducuntur.

Declaratur ſupradicta concluſio ,
vt procedat in appellationibus inter
15 poſitis a vicario generali,ſecus a vi-
cario foraneo,vel a delegato epiſco-
pi etiam ad vniuerſitatem cauſarum
quia tunc ad epiſcopū appellari poſ-
ſet.cap.ſuper queſtionum,de off.de-
leg.d.c.dilecti,el 3.vbi Abb.num.18.
& iterum Abb.in capitu.relatum,de
off.delega. poſt glo. in clement.2. in
ver.foraneos, ubi Card.& alij,de re-
ſcrip. Ioan.And. Inno.Arch.Anchar.
Gemin.& alij, in d.ca. non putamus,
vbi Franc.col.2.in glo.in ver.officia-
li,dicit a collatione beneficij , vel ab
aliquo articulo ſpecialiter commiſ-
ſo vicario ſemper appellari ad epiſco
pum, Innoc.Archid.& alij in dicto c.
Romana,de appel.in 6.Franc.in cap.
licet,col.2.verſ.item ſi epiſcopus,de
off.Vicar.in 6.Abb.in ca.ſi quis con
tra,in prima lectu.nume.26.30.cum
ſeq de foro compe.glo.in §.fi.in ver.
Vicarium,Inſtit.iur.cano.Lancellot.
de off.vicar. & in dicto cap.2. in ver.
officialis,ubi Doct.de conſuet.Bart.
in l.1.in fine,ubi late apoſt.ff.quis,&
a quo. Calder. conſilio ſecundo, Pa-
uin.de off.& poteſta. cap.ſede vac.2.
par. principa. q.10.nume.14.Rolan.
conſilio 85.numero vndecimo,& de
cimoſeptimo, in fine,in tertio, Bru-
gen.enchir. par. aut ſimil.iur.in uer.
iudicium officiali.Maſſuer.ad pract.
Papien. in for. libel. act.real. in ver.
Vicarius,in fine,& ver.ſeq.Moh.de-
ciſ.Rot.133. hom.27.lib.1.in codici-
bus manuſcriptis.

Declaratur , niſi pars peteret re-
tractationem alicuius grauaminis ,
16 quia tunc poſſet vicarius ſuam inter
locutoriam reuocare etiam poſt ap-
pellationem , & ab ea poteſt ad epi-
ſcopum appellari, Gemin.in dicto c.
non putamus,nume.3.ad finem,poſt
Lapum ibi relatum,Franc. col. 2. in
vlt.not. quod Gemin.extendit in de
17 legato epiſcopi, Papaz in apoſtil. ad
Rot.deciſione tertia,alias 350. de of
fic.vicar.in no.Put. deciſione 15. de
appellat.& Lap.in dicto cap.declarat
quando retractatio petitur per uiam
18 iuſtitiæ, nam per viam attentati de-
bet appellatio iuſtificari apud iudi-
cem ad quem , quæ cum ſit nulla, ut
dixi in principio quæſtionis iuſtifi-

cari non poteſt. Quod tamen licet Gemin. ibi conetur affirmare decla-
19 rando Lapum: hodie tamen ceſſare videtur huiuſmodi difficultas, quia ab interlocutorijs ordinariorum nõ datur appellatio, niſi eo caſu quo grauamen reparari non poteſt in diffinitiua, Franc. in dicto cap. 2. Papaz. in apoſt. ad Rot. deciſ. 3. alias 350. de off. Vic. in no. Concil. Trident. cap. 1. ſeſſ. 13. & c. 20. ſeſſ. 24. in decreto de reformat.

Secundo declaratur, ut non procedat, quando epiſcopus delegaſſet vnã
20 cauſam vicario ſuo, quia tunc in dicta cauſa ad epiſcopum appellabitur ex quo Vicarius eam non cognouit, vt Vicarius, ſed tanquam delegatus Ioan. And. in dicto cap. dilecti, el 3. in glo. in ver. qui non erat de curia, & ibi Abb. nume. 18. apoſt. ad Specu. in titu. de appellat. dicto §. nunc tractemus, nume. 6. in ver. obuiari, Cardin. in clemen. 2. q. 8. de reſcript. Fel. in c. inſinuante, numero primo, de offi. de lega. Bertach. de epiſc. par. 6. lib. 4. titu. de Vicar. epiſc. nume. 17. poſt Rotam deciſ. 371. in no. Franc. in dicto cap. dilecti, quæſtio. 3. Gemin. in cap. licet, numero nono, in fine, de offic. Vicar. in 6. Et idem dicendum eſt de beneficij collatione a Vicario facta,
21 a qua ſi appelletur appellabitur ad epiſcopum, quia non contulit, ut Vicarius, ſed vt ſpecialis commiſſarius,
22 Nicol. Mil. reper. verſ. Vicarius epiſcopi, Cucc. Inſti. iur. cano. de Vicar. epiſ. nu. 126.

23 Subdeclaratur, niſi epiſcopus delegaſſet Vicario cauſam malitioſè in fraudem appellationis interponendæ ad Metropolitanum, tunc enim epiſcopus non debet de fraude commodum reportare, ſed excommunicari poſſet per ipſum ſuperiorem, Abb. in dicto cap. dilecti, numero decimo octauo, poſt Specul. de appell. dicto §. nunc tractemus, verſ. ſed ſecundum premiſſa, numero ſexto, Bertach. de epiſc. par. 6. lib. 4. dicto tit. de vicar. epiſc. num. . . . . qui dicit fraudem huiuſmodi probari per coniecturas, Gemin. dicto capit. non putamus, nume. 31. in fi. Franc. colum. 2. verſ. ſed limita, de conſuetud. libro ſexto.

Tertio declaratur, vt quamuis appellari non poſſit ad epiſcopum, po-
24 teſt tamen ad eundem dici de nullitate, Cardin. in dicta clemen. 2. numero octauo, de reſcri. Franc. poſt alios in dicto cap. 2. in fine, de conſuetu. in ſexto, Vant. de nullit. titu. coram quo null. nume. 20. in fi. Cucc. Inſt. iur. cano. de vic. epiſ. nu. 126.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa appellationum Apoſtolica auctoritate committendæ quibus committi debeant?*

## QVAEST. III.

CAuſas autem appellationum auctoritate Apoſtolica committẽdas, Metropolitano ſeu illius Vica-
1 rio generali committi, voluit Concil. Triden. c. 2. ſeſſ. 13. in decreto de reformatio. Quod tamen declarat, niſi Metropolitanus eſſet aliqua cauſa ſuſpectus, vel diſtet ultra duas dietas legales, quia tunc uni ex viciniorib. epiſcopis ſeu illorum vicarijs non inferioribus iudicibus committuntur, d. cap. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium epiſcopi, quod a ſententia ſua non appelletur non tranſit in Vicarium.*

*2 Appel-*



2 *Appellatione prohibita a ſententia Poteſtatis ex forma ſtatuti, non intelligitur prohibita a ſententia ſui Vicarij.*

## QVAESTIO IIII.

AT priuilegium competens epiſcopo, quod ab eius ſentẽtia nõ
1 appelletur, non tranſit in Vicarium ſecundum Bar. Bal. & Caſtren. in l. a proconſulibus, nu. 2. per illum tex. & ibi apoſt. in ver. ſui Vicarij, C. de appel. ſequitur Bertach. de epiſc. par. 6. lib. 4. tit. de Vic. epiſ. nu. 8. in fine. Vbi ampliat idem ſi ex forma ſtatuti a ſententia Poteſtatis appellatio ſit prohibita, quia tunc non intelligitur prohibita a ſententia ſui vicarij, poſt
2 Franc. in c. dilecti, el 3. q. 6. & 7. de appel. Cæphal. conſi. 615. nu. 103. in 5. Iaſ. a prædictis non citatus. l. ſed ſi hac. §. fin. col. fin. ff. de in ius voc. Roman. ſing. 76. & ibi Nic. Pig. in apoſt. Cucc. Inſt. iur. cano. lib. 2. tit. 8. de Vicar. epiſ. nu. 38.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel epiſcopi cognoſcere poteſt cauſas appellationum, quas deuoluũt ad ipſos.*

## QVAESTIO V.

POſſe tamen vicarium Patriarchę Archiepiſcopi, vel epiſcopi cognoſcere cauſas appellationum, quas deuoluunt ad ipſos, probat tex. in c. dilecti, el 3. vbi etiam hoc not. Abb. nu. 1. Franc. 2. q. & Dec. ext. de appel. firmat Bertac. de epiſ. par. 6. lib. 5. tit. de Vic. epiſ. nu. 17. Foller. pract. crim. cano. 1. par. moral. nume. 123. & poſt alios Cucc. Inſt. iur. can. de Vic. epiſ. nume. 125.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellari non poteſt a delegato epiſcopi ad Vicarium.*
*Contra, nu. 11. cum ſeq.*
*Declaratur, nu. 20. cum ſeq.*
*Ampliatur, nu. 26.*
*Subdeclaratur, nu. 27. & 28.*
2 *Officialis foraneus non dependet a principali.*
*Contra, nu. 15.*
3 *Legatus generalis Papæ non poteſt ſe impedire in cauſa ſpecialiter delegata per Papam.*
4 *Excommunicatus a delegato non poteſt abſolui, niſi a ſummo Pontifice.*
5 *Epiſcopus alteri delegando cauſam videtur auferre iuriſdictionem Vicario. Vicarius tamen ordinarius remanet, numero 18.*
6 *Epiſcopus inhibere poteſt Vicario ne iudicet in certa cauſa.*
7 *Et reuocare Vicarium ad libitum.*
8 *Argumentum ab æquiparatis, quando ualeat, & nu. 19.*
9 *Appellare, & reuocare æquiparantur, et nu. ſeq.*
12 *Epiſcopi mentio Vicarium includit, & nume. 14.*
13 *Epiſcopi factum, dicitur factum Vicarij.*
15 *Vicarius foraneus ſubditus eſt Vicario generali.*
16 *Officialis Archiepiſcopi cognoſcit cauſam appellationis interpoſitæ ad Archiepiſcopum.*
17 *Legatus non facit idem tribunal cum Papa ſicut Vicarius cum epiſcopo.*
23 *Epiſcopo abſente ampliatur poteſtas Vicarij.*
24 *Vicarius, quando non habeat eandem iuriſdictionem quam epiſcopus.*

## QVAESTIO VI.

MAior eſt dubitatio, nũquid a delegato epiſcopi appellari poſſit ad eius Vicariũ, an verò omiſſo medio Vicarij debeat appellari ad epiſcopum?

Nam Abb. diſſerendo ad partes
hanc quæſtionem, in c.dilecti, el 3.
nume.3.extra,de appella.& in cap.ſi
quis contra,in prima lect.nu.25.& in
1 2.nu.30.extra,de foro comp. reſide-
re videtur in negatiua ſententia,niſi
quando epiſcopus eſt abſens, ſequi-
tur Dec,ibi,nume.3.Hanc etiam par
tem tenet Gemin. in c. licet, nu.10.
Franc.col.2.verſi.quarto limita, poſt
Lapũ ibi relatum, & notatur in d.c.
2.de cõſuetu.in 6.Cardi,in cle.2.nu.
24.cum ſeq.de reſcrip. Dicens, poſt
2 Laud. quòd officialis foraneus non
dependet à Principali. firmat ean-
dem ſententiam Roma.ſing. 464. tu
habes titulum, ſequitur Maria. in c.
dilecta, in 2. col. verſi. 2.quæritur an
à delegato, Guido Papæ, q.272. Caſ-
ſan.catal.de glor.mundi,par.7.in xx.
conſider.ver.ex his,refert Hier.Gig.
conſi.82.nu.4.

Pro qua ſententia primo adduci-
tur tex.in c.ſtuduiſti,extra, de offic.
deleg.Vbi de cauſa ſpecialiter com-
miſſa delegato per Papam legatus ge
3 neralis ſe impedire non poteſt, quia
quoad illam cauſam delegatus cen-
ſetur maior ipſo legatò vt ibi, & in
c.paſtoralis,§.præterea, de offi.ordi.
Vbi excommunicatus per delega-
tum etiam eo defuncto per alium
4 quam per Romanum Pontificem ab
ſolui non poteſt.ergo idem dicendũ
videtur de Vicario epiſcopi. Nam
epiſcopus alteri delegando videtur
5 auferre in illa cauſa iuriſdictionem
Vicario,dicto cap.ſtuduiſti, & arg.c.
cum M.cum not.ibi,de conſt. & in c.
ad petitionem,extra de accuſa. quia
epiſcopus inhibere poteſt Vicario
6 ne in certa cauſa iudicet,per l. iudi-
cium ſoluitur.ff.de iud.c.vt noſtrum,
vbi Doc.extra,de appella.cum addu-
ctis per Innocen.& alios,in c.Roma
na.de appella.in ſexto. Tholoſ. deciſ.
480.Maran. de ord. iud.par.4.diſtin.
16.numero 58.& ſequen. Quinimo
poteſt illum ad libitum reuocare,
7 not.in clem.ſecunda, in ver. per ele-
ctionem,vbi Doc.de reſcrip.& in cle
men.ſi.de procur.Bal.l.ſolent, nume
ro ſexto, ff.de offic. proconſ.Barbat.
in c.poſtulaſti, in primo not.in fine,
de reſcrip. & in c. quoniam Abbas,
nume.37.Abb.nume.2.extra,de off.
deleg.Rebuf.in pract.benefi.tit.for-
ma vic.Arch.nu.192.

Secundo argumentabatur Roma.
dicto ſing.458.ab equiparatis, iuxta
8 tex. in l. ſi quis ſeruo. ff. de furt. late
Dec.in c.tranſlato,in prima lect. ex-
tra,de conſt. Hercul.de non offend.
c.24.nume.17.Nam appellare & re-
9 cuſare, equiparantur.c. ſuper eo,de
appella. Caſtrenſ. conſi.122.circa fi-
nem,vol.2.ſecundum impreſſionem
Papienſem,Alex.conſi. 89. columna
ſecunda.verſi. quinto probatur, vol.
1.Senat.Pedemont.deciſ. 84. nume.
12 Burſat.conſi.21.nume.21.volum.1.
Sed ſi delegatus allegetur ſuſpectus
illa cauſa agitari debet coram epiſco
10 po, c.ſi contra vnum,de off. deleg.in
ſexto Lancellot.in §.recuſationis,in
fi.Inſti.iur.can. de iudic.ergo eodem
modo cauſa appellationis.

Partem tamen affirmatiuam ſupe-
riori contrariam defendunt Archid.
11 in ca.2.in fine,quem refert & ſequi-
tur Franc.ſibi contrarius, col.pen.in
glo.in ver.Auditorium,de conſuetu.
in 6.Cardina.in cle.2.nume.25.de re
ſcrip.Rota,deciſ.3.alias,350.licet,&
deciſ.7.alias,371.de offi.Vica. in no.
vbi etiam Apoſt. & Apoſt. ad Bar.in
l.1.§.1.in ver. & idem auditorium,ff.
de appella. & Apoſt. ad Roma.dicto
ſing.464.Bal.in capitu.dilectis,vbi la
te Franc.in ſecunda q. extra, de ap-
pella. Fel.in c.ſi quis contra,nume.5.
verſiculo,ſed caue.extra,de foro com
pet.Maria.in ca. dilecti,el tertio,co-
lum. 12.verſiculo,ſecundo quæritur
an à delegato,& ibi Peruſ. in dicta q.
2.Cucc. Inſtitu.iur.cano.de Vica.epi
ſco.nu.114.

Mouentur iſti ea ratione, quia epi
ſcopi



ſcopi & Vicarii idem eſt conciſtoriũ
capitu.Romana, de appell. in ſexto
c.2.de conſuetu. eo. lib.6.& vtrobi-
que Doct. & in eundem Vicarium
transfertur cauſæ cognitio,dicto ca.
Romana,& capitu.licet, de offi.Vic.
eo.lib.6.Vnde licet ſublata videatur
poteſtas reſpectu inſtantiæ principa
lis, non tamen ſublata videtur reſpe
ctu inſtantiæ appellationis, quia ta-
lem poteſtatem non tranſtulit in aliũ
nec ſpecifice ſibi retinuit, pro qui-
bus facit dictum Archid.in cap.Rea-
tina, 63. diſt.Vbi facta mentione de
epiſcopo ſubintelligitur vel Vicario,
12 quam ſequitur Feli.in dicto c.ſi quis
contra,nume.5.verſic.ſed caue.alle-
gans glo.in c. penultimo, de capell.
monac.& Bal.in l.fina. C.vbi & apud
quem.Vbi factum à Vicario dicitur
13 factum ab epiſcopo, & ſecundum
Bal.in cap.dilectis,in 3.col.extra,de
appella.proſecutio appellationis in-
terpoſitæ coram epiſcopo fieri poteſt
coram Vicario.Nam verbum epiſco-
pus,non excludit Vicarium,Fel.in di
cto c.ſi quis contra,dicto num.5.per
14 not.ibi,in tex.& glo. cum concord.
qui volunt quòd ille tex.loquens,de
epiſcopo non negat poſſe fieri exe-
cutionem à repræſentante eum. &
ideo ſicut appellatio poteſt interpo-
ni ad epiſcopum, eodem modo ad
eius Vicarium. & alias dixit Innoc.
in d.capitu.Romana.in princ.quod à
ſubditis epiſcopi appellari poteſt ad
Vicarium,ergo etiam à Vicario fo-
15 raneo qui ſubditus eſt. & hoc argu-
mento vtitur Card.in dicta cle.2.nu
me.25.

Secundo adducitur tex.in dicto c.
dilecti,el 3.extra,de appella. Vbi offi
cialis Archiepiſcopi cognoſcit cau-
16 ſam appellationis interpoſitę ad Ar-
chiepiſcopum,firmat Abb.ibi, nume
ro primo & tertio, & Dec. in primo
not.& in capi.dilectis,eo. titu.& dixi
ſupra,q.2.

Nam Archiepiſcopus cognoſcere
videtur illas cauſas miniſterio Vica-
rij ſui,cuius iuriſdictio non eſt ſepa-
rata à Iuriſdictione Archiepiſcopi,cu
ius eſt pars,vt refert Abb.in dicto ca.
dilectis,numero tertio. ergo eodem
modo cognoſcere debet cauſam ap-
pellationis interpoſitæ à delegato
epiſcopi.

Nec aduerſatur tex.in dicto c. ſtu
duiſti,pro parte negatiua ſuperius ci
tatus vna cum dicto capi. paſtoralis,
§.præterea.quia reſpondit Abb. in di
cto c.ſi quis contra,in prima lect.nu-
me.25.& in 2. nume. 30.quòd lega-
tus non facit idem tribunal cum Pa-
pa,ſicut Vicarius cum epiſcopo,ideo
17 mirum non eſt ſi de appellatione in
terpoſita ad Papam non poteſt ſe in-
tromittere legatus.& licet epiſcopus
delegando alteri cauſam videatur
quo ad illam ſpeciem derogare iuriſ-
dictioni ſui Vicarij ſecundum ea quę
ſupra dicta ſunt, tamen Vicarius re-
manet iudex ordinarius habẽs idem
18 Auditorium & tribunal cum epiſco-
po, ſecundum Rotam, deciſ. 3.aliàs,
350.titu.de offi.Vica.in nouis.& ideo
ſicut appellari poteſt ad epiſcopum
ita videtur poſſe appellari ad eius vi
carium,ſecundum ea quæ ſuperius
dicta ſunt.

Pro ut non obſtat argumentum à
recuſatione delegati ad eius appella
tionem.Nam reſpondit Fel.in dicto
capit.ſi quis contra, numero quinto
verſicu.ad c.ſi contra,quod recuſatio
& appellatio in materia iſta nõ ęqui
parantur.Nec verum eſt quòd appel
latio & recuſatio per omnia, ęquipa-
rentur ſecundum glo.in §.ſi.in verſi.
19 ad epiſcopum,in fine,Inſtitu.iur.ca-
no.Lancellott. de offi. Vica. per tex.
in c.ſuper eo,el ſecondo, extra de ap
pella. & in capitulo ſecundo, de con-
ſuetu.in ſexto,ideo ceſſat argumen-
tum ab æquiparatis, Barto.Iaſ.& alij
in l. 1. ff. de leg. 1. cum adductis per
Dec.in capitulo tranſlato, prima le-
ctu.numero tertio,extra, de conſti-

 tu.la-

tu. late Eurarde. in loco ab æquipa-
ratis.
In hac quæſtione putarem non eſ-
ſe recedendum à negatiua parte, quę
20 communis eſt, teſte Guid. Papa, di-
cta quæſtio. 272. Caſſan. dicta conſi-
der. 20. par. 7. cum declaratione ta-
men, vt procedat quando epiſcopus
præſens eſſet, non ſi abſens, vt per Ab
bat. in dicto cap. ſi quis contra, in pri.
ma lectu. nume. 25. & in ſecunda, nu.
21 30. & in dicto ca. dilecti, el 3. nu. 3. &
cum eadem pertrāſit Fel. ſibi parum
conſtans, in c. 1. nume. 49. circa me-
diū, extra de conſti. per tex. in l. ſi ho
minem. ff. manda. & in c. ſi contra, de
offi. delega. in ſexto, Dec. in dicto ca.
dilecti, nume. 2. Io. de Selua, tract. de
benefi. par. 2. q. 14 nume. 2. quidquid
ſcripſerit Apoſt. ad Roma. dicto ſing.
464. dicens quod ſiue præſente ſiue
abſente epiſcopo ſit in arbitrio appel
22 lantis appellare ad Vicarium ſiue ad
epiſcopum.
Quam ſanè declarationem ego cō
firmo ea ratione quia propter reue-
rentiam epiſcopi delegantis ipſo præ
ſente ceſſare debet iuriſdictio Vica-
rij in cauſa ſpecialiter per epiſcopum
delegata, vt alias in ſimili ſcripſi ſu-
pra, lib. 2. q. 58. & abſente epiſcopo vi
23 carij poteſtas ampliatur, c. cum nul-
lus, de tempor. ord. in 6 Iaſ. in l. cum
filiusfamilias, nu. 3. ff. ſi cer. pet. Dec.
in dicto capit. dilecti, nume. 2. & hac
diſtinctione retenta non obſtant ra-
tiones adductæ ſuperius in contra-
rium: & primo non obſtat quòd Vica
rius habeat idem conciſtorium cum
epiſcopo, & quòd in eandem cauſa-
rum cognitio transferatur.
Quia in cauſa per epiſcopum dele
gata Vicarius non habet idem tribu-
nal cum epiſcopo: Nam delegatus
24 epiſcopi maior eſt Vicario in illa
cauſa, Roma. dicto ſing. 458. Apoſt.
ad Barto. in dicta l. prima §. 1. ff. quis
& à quo, Caſſan. in dicto Catal. de
glor. mundi, dicta conſidera. 20. poſt
alios ſuperius relatos. Nec vicarius
ſemper habet eandem iuriſdictio-
nem quam epiſcopus & idem tribu-
nal, vt patet in capitulo, licet, cum
25 not. ibi per Doc. de offi. Vica. in ſex-
to, & in capitulo, Romana, columna
prima, ad finem, de appella. eo. lib. 6.
poſt glo. in c. ſi contra, in ver. appella
ri, de offi. deleg. in 6.
Sicut etiam non obſtat tex. in di-
cto capitulo, dilecti, & in dicto capitu
lo, dilectus, quia loquuntur de appel
lationibus interpoſitis iure ordina-
rio ad Metropolitanum, quas Vica-
rius eius cognoſcere debet tanquam
habens idem tribunal cum eo, vt con
ſiderat Abb. in dicto capitulo, dilecti,
numero primo. Nos vero de ſpeciali
appellatione loquimur interpoſita
à delegato epiſcopi, & ſic differente
ab ordinaria appellatione, ideo non
videtur de vna ad alteram inferen-
dum vulgatis locis.
26 Ampliatur hæc declaratio vt pro-
cedat etiam ſi epiſcopus eſſet recuſa
tus, quia eo abſente non autem præ-
ſente adhuc appellare poteſt ad eius
vicarium à delegato ipſius epiſcopi
recuſati, non vt cauſam diſcutiat, ſed
vt alteri diſcutiendam & finiendam
committat, Abb. in dicto capitulo, ſi
quis contra, in prima lect. nume. 25.
& in ſecunda, numero 30. & 31. Fran.
in dicto capitulo ſecundo, col. pe. ver.
in glo. in Auditorium, de conſuetu.
lib. 6.
27 Subdeclaratur, vt procedat incon-
ſulto epiſcopo, ſecus eo conſulto,
quia tunc ſiue ſit abſens ſiue præ-
ſens Vicarius, cauſam huiuſmodi ap-
pellationis cognoſcere poſſet, Dec.
in dicto capitulo, dilecti. numero
ſecundo.
Secundo intelligitur ꝓcedere in
vicario generali, nō aūt in vicario fo
raneo qui non pōt huiuſmodi cauſas
appellationis cognoſcere, ſicut Vica
rius generalis, Dec. in d. cap. dilecti,
in princip.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Appellari poteſt à delegato Vicarij epi-
ſcopi ad ipſum Vicarium.*
2 *Appellantis in poteſtate eſt, an appel-
lare velit à delegato Vicarij epiſcopi
ad ipſum vicarium, an vero ad epi-
ſcopum.*

## QVAESTIO VII.

A Sententia vero delegati per
epiſcopi Vicarium, appellari
1 poſſe ad ipſum Vicarium reſpondit
Abb. in c. ſuper quæſtionum, num. 9.
circa finem, de off. dele. poſt Arch. &
Io. And. in c. 2. de conſuet. in 6. Ro-
ta decif. 3. alias 350. & deciſ. 7. alias
371. de offi. Vic in no. Fel. in c. ſi quis
contra, nu. 5. verſ. ſed cauſæ, extra de
foro comp. Bertac. de epiſ. par. 6. lib.
2 4. tit. de Vic. epiſ. nu. 17. Ita vt ſit in
poteſtate appellantis, quem malue-
rit eligere, ſecundum Arch. Io. And.
& Rotam in locis iam adductis.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellari poteſt à ſententia inferioris
Prælati ad vicarium epiſcopi diœce-
ſani.*

## QVAESTIO VIII.

PRout etiam appellari poteſt à
ſententia inferioris Prælati ad
1 Vicarium epiſcopi diœceſani, ſecun
dum Ioan. And. c. 2. de conſuet. in 6.
quem refert, & ſequitur Melill. in
opuſc. de Præced. Vic. c. 3. nu. 11.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi debet infra triginta
dies gratis exhibere acta appel-
lanti.*
2 *Notarius vero copiam exhibere recepta
competenti mercede.*

## QVAESTIO IX.

VBi autem à vicario epiſcopi fue
rit appellatum, debet ipſe infra
1 triginta dies acta gratis exhibere ap
pellanti, c. 3. ſeſſ. 13. apud Concil. Tri
den. in decreto de reformatione.
2 Quod tamen in notario locum non
habet, cum teneatur exhibere co-
piam intra menſem recepta con-
grua mercede, Concil. Triden. c. 20.
ver. porrò, ſeſſ. 24. in decreto de re-
format.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus cognoſcere poteſt de nullitate
ſententiæ vicarij ſui, & econtra.*
2 *Et reuocare interlocutoriam eiuſdem
eo caſu quo poſſet ipſe vicarius.*
3 *Nec non admiſſionem appellationis eo
caſu quo poſſet idem vicarius, &
econtra.*

## QVAESTIO X.

LIcet autem à vicario non poſſit
ad epiſcopum appellari, vt dictū
fuit ſuperius: Poteſt tamen cogno-
1 ſcere de nullitate ſententiæ ſui Vi-
carij, & econtra, ſecundum Card. in
clem. 2. num. 8. de reſcrip. Gemin. in
c. non putamus, num. 3. Franc. col. fi.
ad fin. de conſuet. lib. 6. dicens, in vl-
ti. not. quòd epiſcopus poteſt reuo-
care ſententiam interlocutoriam
ſui vicarij, & in cap. dilecti, l'vltimo,
q. 11.

q.11. poſt Bal. de app. Vant. de null.
ſent.tit.coram quo null. in fi.nu.20.
Cucc.Inſt.iur.can. de Vica.epiſ.nu-
mero 126.

Ampliatur, vt cognoſcere poſſit
de iniquitate,& reuocare interlocu-
toriam Vicarij eo caſu quo Vicarius
poſſet & non aliter,Bal.& Fran.in d.
c.dilecti,in 12.q.poſt gloſ. in c.2.de
conſuet.in 6. Bertach.tract. de epiſ.
lib.4.par.5. tit.de pot. epiſ.circa iud.
num.44. ſecundum paruam impreſ-
ſionem,& 69.ſecundum magnam,&
par.6.tit.de Vic. epiſ.nu.18. in fine.

Nec non reuocare admiſſionem
appellationis factam per Vicarium
3 eo caſu quo ipſe poſſet, & econtra,
Fran.in d.c.dilecti,13.q.& remiſſiue
in d.c.non putamus,colum.pen.ver.
quid autem,ſi Vicarius epiſcopi,Ber
tach.in loco præallegato.

*SVMMARIVM.*

1 *Nullitas ſententiæ Vicarij, coram ipſo*
*Vicario proponi poteſt.*

# QVAESTIO XI.

RVrſus coram ipſo Vicario epi-
ſcopi,nullitatem ſententiæ ſuæ
1 proponi poſſe, dixit Domin. in d.c.
non putamus, num.3.Franc. col.fin.
in fine,& in vltimo not.poſt Lapum,
& Specul.ibi relatum, de conſuetu.
libro 6. Cucc. Inſt. iur. cano. & Vic.
epiſ.num.126.

*SVMMARIVM.*

1 *Supplicari poteſt à ſententia officialis*
*ad ſuffraganeum.*
*At contra,nu.4.*
*Ampliatur,nu.9.*
*Declaratur,nu.10.cum ſeq.*
2 *Supplicatio differt ab appellatione.*
*Declaratur,nu.6.cum ſeq.*
3 *Vicarius non habet idem conciſtorium*
*cum epiſcopo, quoad ſupplicatio-*
*nem.*
5 *Archidiaconi auctoritas in ſexto decre-*
*talium præualet omnibus alijs.*
7 *Princeps ſolus admittit ſupplicationem*
*proprium & ſtrictam.*
8 *Victus re iudicata, non poteſt coram*
*iudice ſupplicare, ſed coram Prin-*
*cipe.*
11 *Epiſcopus quando poſſit reſtituere in*
*integrum aduerſus ſententiam ſui*
*Vicarij.*

# QVAESTIO XII.

SVcceſſiue quæritur & in dubium
reuocatur, an prohibita appella-
tione à Vicario ad epiſcopum, cen-
ſeatur quoq; prohibita ſupplicatio.
1 Innoc.in c. Romana, num.1. de ap-
pell.in 6.tenet,quod à ſententia offi
cialis ſupplicari poſſit ad ſuffraga-
neum,ſed non econuerſo,idem pro-
bat,Ioan.And.in d.cap.Romana.vbi
Arch.colum.1. Laud.& Steph. relati
per Card.in cle.2.num.8. de reſcrip.
cum adductis per Toloſ. deciſ. 479.
vbi Aufrer. in addit. Pauin. tract. de
pot.cap.ſede vacan.2.par.princ.q.10.
num.14.remiſſ. Franc. Marc. q.Del-
phin.322.num.8. par.1. Et ratio eſt,
quia ſupplicatio differt ab appella-
2 tione, Abb.in c.ex litteris,poſt Inn.
extra de reſtit. in integ. Silua. conſi.
63.num.2. late Contar. comment.l.
vnicæ, in 8.q.nu.5. & ſeq. C.ſi à mo-
ment.poſſ.fuer.app.Lancellot.de at-
tenta.2.par.cap.19.pendente recur-
ſu,nu.25.Maran.de ord.iud.par.6.ti.
& quandoque appellatur, nume.12.
Rebuff. qui duodecim alias tradit
differentias vltra prædictas,tract. de
ſuppl.ſeu error.prop.q.10.in præfat.
Nec



Nec habet Vicarius idem conci-
ſtorium cum epiſcopo quoad ſuppli
cationem, Franc. cap. non putamus,
3 colum.pen.in ver.in ea.glo.ibi ſuſpi-
tionis,de conſuet. lib.6.poſt Io.And.
in capit.Romana.in princi. de appel.
lib.6.

Sed quod à ſententia Vicarij ad
epiſcopum ſupplicari non poſſit, te-
nuerunt Hoſtien.& Archid.in dicto
cap.Romana.colum.1.Ioã.And.poſt
Zenzel.dicta clemen.2.vbi Card. nu
4 me.8.tangit Franc.dicto capit. 2. co-
lum.penul.in glo. in ver. ſuſpicionis
poſt Gemin.numero 2. & poſt alios
Toloſ.q.439.& Aufrer.in additio. &
hæc eſt communis opin. ut teſtatur
Aufrer.in dicto loco.

Moti ea ratione, quia ſi à ſenten-
tia Vicarij ſupplicari poſſet ad epiſ-
copum fieret fraus prohibitæ appel-
lationi contra mentem dicti cap. Ro
mana,& dicti cap.2.de conſuet. in 6.
Quod eſt abſurdum, quia cum quid
una uia prohibetur,ad illud, alia uia
non debet admitti.cap.cum quid,de
regu.iur.in 6.cap. tuæ, extra de pro-
curatorib.

Prout etiam, quia ſi eſſet per-
miſſa ſupplicatio à conciſtorio Vica-
rij ad epiſcopum,Conciſtorium epi-
ſcopi non eſſet idem cum Vicario
ſuo, ſed diuerſum,contra tex. in di-
cto c.2.& in dicto ca.Romana,& gl.
& Doct.in clemen.2. de reſcrip. Et
ideo eſt dicendum quòd ſicut prohi
betur appellari,eodem modo ſit pro
hibitum ſupplicare, & hanc partem
credo veriorem tum ex prædictis ra-
tionibus, tum etiam propter aucto-
ritatem Archidiaconi, in dicto cap.
Romana, quæ in libro ſexto, debet
5 præualere omnibus aliis,teſte Felin.
in c.1.col.5.ad finem, extra de con-
ſti. quem refert & ſequitur Ferrat.
caut.19.in fine.

Nec obſtat quòd ſupplicatio diſ-
ferat ab appellatione, ſecundum ea
quæ ſuperius fuerunt adducta in cõ-
trarium. Quia huiuſmodi differen-
tia procedit in caſibus expreſſis,in
6 aliis uero à pari procedunt appella-
tio, & ſupplicatio Imola.conſi.146.
colum. 4. in fine. Roland. qui alios
cumulat, conſil.94. numero. 9. &
ſeq.vol.1.

Prout etiam reſpondetur, quòd
locum habet huiuſmodi differentia,
vbi ageretur de ſupplicatione quæ
7 fit coram Principe aduerſus iudicis
ſententiam per viam gratiæ, quæ nõ
videtur prohibita,licet ſit prohibita
appellatio,Contar. in dicta quæſt.8.
nume.15.poſt Toloſ.dicta q.479.Au
frer.ibi & alios cumulatos, ſecus in
ſupplicatione de qua agimus, quæ
non fit Principi, ſed epiſcopo haben
ti eandem iuriſdictionem regulari-
ter quam habet Vicarius, vt dixi ſu-
pra,lib. 2. q. Et ideo prohibita ap-
pellatione à tribunali Vicarij ad epi
ſcopum,erit quoque eadem ratione
prohibita appellatio, quod etiã com
probatur ex dictis per Caſtrenſem
in l.fina.C. de edic.diui Hadr. tollẽ.
quem refert & ſequitur Contar. in
dicta q.8.nume.14. ver. contrariam,
& nume.15.cum ſeq.Vbi dicit quòd
ſicut victus re iudicata nõ poteſt ap
8 pellare,eodem modo nec poteſt ſup
plicare aduerſus eandem coram eo-
dem iudice, ſecus ſi coram Principe
Imo.conſi.145. ver. & ideo Ripa in
c.1.nu.3.de reſcrip.Marſil. not. 647.
Ruin. conſi.157.nume.19. circa fin.
poſt Iaſ.in auth.quæ ſupplicatio. nu-
me.6.de prec.impera.offer. Roland.
conſi.38.nu.16.in 2.Decian.reſpon-
ſo.147.nu.9.in primo.

Ampliatur ſupradicta concluſio,
9 ut locum habeat etiam in Vicario
capituli ſede vacante, Pauin.trac.de
offi.& poteſt.cap.ſede vac.2.par.prin
cip.q.10 nu.14.poſt Zenzel. in dicta
cle.& ſi principalis.de reſcr.& Ioan.
And.in c.Romana.de appel. in 6.

Declaratur,vt locum habeat, vbi
10 agitur de ſtricta ſupplicatione, ſe-
cun-

cundum Toloſ. d q 479. ea ratione,
quia fruſtra quæritur, an poſſit ad
epiſcopũ ſupplicari, cum ſolus Prin-
ceps poſſit illam admittere, quod
etiam firmat Aufrer. ad dictam q. To
loſ. & dictum fuit ſuperius. Non au-
tem vbi agitur de ſupplicatione lar-
ge ſumpta, prout concernit commo-
dum reſtitutionis minoris, vel maio
ris, ex cauſa; quia tunc ſicut Vicarius
poteſt reſtituere in integrum, vt di-
cam infra, q. proxima ſequenti, à for
tiori adiri poterit epiſcopus, vt reſti-
11 tuat contra ſententiam ſui officialis
ſicut concludit Toloſ. d. q. 479. ſic de
clarando opinionem Innocentij, &
aliorum ſuperius relatam, firmat Ber
tach. tract. de epiſ. lib. 4. par. 5. titu. de
auct. & poteſt. epiſ. circa iud. nu. 43.
poſt Franc in c. dilecti, q. 9. extra de
app. Card. in dicta clemen. 2. num. 8.
Bertach. dicto libro 4. par. 6. titu. de
Vic. epiſ. num. 18. Cucc. Inſt. iur. ca-
no. de epiſ. nu. 308.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi poteſt in integrum re-
ſtituere.*
*Ampliatur, nu. 2. 3. 4. 5. 6.*
*Declaratur, nu. 7. 8. cum ſeq.*
2 *Ordinarius habens adminiſtrationem
poteſt concedere reſtitutionem in in-
tegrum.*
3 *Et delegatus ad vniuerſitatem cauſa-
rum.*
4 *Vicarius epiſcopi concedere poteſt reſti-
tutionem in integrum, tam maiori,
quam minori ex cauſa.*
5 *Et tam aduerſus ſententiam ſuam,
quam aduerſus ſententiam epi-
ſcopi.*
*At contra, nu. 11.*
6 *Epiſcopus reſtituere poteſt in integrum
contra ſententiam ſui vicarij.*
7 *Reſtitutio in integrum ex cauſa conce-
di debet.*
8 *Vicarius epiſcopi non poteſt reſtituere
in integrum aduerſus rem iudica-
tam.*
9 *Sed aduerſus ſententiam, quæ non tran
ſit in rem iudicatam ſententia lata
in contumaciam illius, qui ex forma
ſtatuti habetur pro confeſſo, & con-
uicto nunquam tranſit in rem iu di-
catam.*
10 *Princeps ſolus reſtituit in integrum ad
uerſus rem iudicatam, reſtitutio in
integrum tractari debet coram ſupe-
riore iudicantis.*
12 *Vicarius foraneus non poteſt concedere
reſtitutionem in integrum.*
*Declaratur, nu. 13.*

## QVAESTIO XIII.

1 SEd an Vicarius epiſcopi in inte-
grum poſſit reſtituere. Et poſſe di
cit Card. in clem. 2. num. 8. de reſcri.
Franc. in c. dilecti, q. 9. de appell. Ber-
tach. de epiſ. lib. 4. par. 5. q. 27. nu. 67.
tit. de auct. epiſ. circa iud. Abb. in c.
ex litteris, num. 11. ad finem, & in c.
ſeq. num. 2. extra de reſtit. in integ.
probat tex. in l. in cauſæ, la 2. §. nunc
videndum, vbi Bart. cum l ſeq. ff. de
minor. & in l. fi. vbi gloſ. & Doct. C.
vbi & apud quem, in integ reſt. c. cau
ſa, cum gloſ. in ver. habentibus. vbi
Doct. extra de reſt. in integ. Vbi or-
2 dinarij, qui habent iuriſdictionem
cum adminiſtratione poſſunt conce
dere reſtitutionem in integrum, ſed
Vicarius epiſcopi habet iuriſdictio-
nem, & quidem ordinariam cum ad-
miniſtratione, vt dixi ſupra, lib. 2. q.
55. & probatur in cap. petitio, & ibi
Doct. extra de procur. c. in noua, ibi
qui adminiſtrationibus aſſociantur
pontificibus, 16. q. 7. c. cauſa, cum gl.
in ver. habentibus, & ibi Doct. extra
de reſt. in integr. Foller. prac. crimi.
cano. 3. par. iud. num 124. tit. & ſi con
feſſi aut conuicti merito poterit
in integrum reſtituere, firmat Berò.
in c. ex litteris, nu. 27. extra de reſtit.
in integ. poſt Inno. & Ioan. And. in c.
Romana, de appell. in 6. quos refert,
& ſequitur Sfort. Odd. tract. de reſt.
in integ. par. 1. q. 33. art. 22. num. 157.
reprobata Hoſt. ſententia, & Archi.
in dicto cap. Romana, qui aliter ſen-
ſerunt, Cucc. Inſt. iur. cano. de Vica.
epiſ. num. 128.

Ampliatur, vt locum habeat tam
3 in Vicario generali, quam etiam fo-
raneo, qui eſt delegatus ad vniuerſi-
tatem cauſarum, Abb. in c. cauſa, nu.
7. ver. ex hoc inſertur, extra de reſtit.
in integr. Probatur in dicto c. cauſa.
vbi delegatus ab ordinario habente
adminiſtrationem, poteſt reſtitutio-
nem in integrum concedere, merito
etiam vicarius foraneus poterit il-
lam concedere, qui dicitur delega-
tus ab epiſcopo, vt ſcripſi ſupra, lib.
1. q. 33.

Secundo ampliatur tam in reſti-
4 tutione in integrum, quæ cõceditur
minori, quam in ea quæ conceditur
maiori ex cauſa, ſecũdum Abb. in d.
c. ex litteris, nu. 11. in fi.

Tertio ampliatur, vt cõcedere poſ
ſit reſtitutionem in integrum, tam
aduerſus ſententiam ſuam, quam ad
uerſus ſententiam epiſcopi, Card.
5 Franc. & Bertac. in locis ſuperius ad-
ductis, Rebuf. in pract. benefi. titu.
forma Vic. Arch. nume. 155. Maran.
de ord. iud. par. 6. titu. & quandoque
appel. num. 382. poſt Inno. c. dilecti,
de priuil. Conrad. in templo iud. lib.
2. c. 6. §. 2. numero decimo, quos re-
fert, & ſequitur in propoſito, Sfort.
Odd. tract. de reſtit. in integ. par. 1.
q. 33. numero 156. art. 22.

Quarto ampliatur, vt etiam adiri
6 poſſit epiſcopus, vt reſtituat contra
ſententiam ſui vicarii, Abb. in d. c. ex
literis, num. 11. Franc. d. c. dilecti. q. 9.
vbi etiam Fel. de appel. poſt Innoc. in
c. Romana, de appel. in 6. Bertach. de
epiſ. par. 5. lib. 4. titu. de poteſt. epiſ.
circa iud. num. 67. Odd. dicto tracta.
de reſt. in integ. par. 1. q. 33. art. 22. nu
mero 155. Foller. prac. crim. cano. 3.
par. iud. titu. & ſi confeſſi aut conui-
cti, num. 164. poſt Io. And. in c. Ro-
mana, primò reſp. de appel. cuius ſen
tentiam ſequitur Panorm. in d. c. ex
litteris, de reſt. in integ. Io. Faber, in
auct. quæ ſupplicatio. C. de precibus
Imper. offer. & eſt communis, & ob-
ſeruata ſententia, ſecundum Aufrer.
deciſ. Toloſ. q. 49. quos refert, & ſe-
quitur Foller. d. num. 164. Subdens,
quòd officiales in ſententiis dicere
ſolent. condemnamus ſalua Domini
voluntate, & Rebuf. trac. de ſupplic.
ſeu erro. proprio. to. 1. nu. 6. fo. 504.

Declaratur, vt reſtitutio in inte-
7 grum aduerſus ſuam ſententiam cõ-
cedatur à Vicario, ex cauſa, ſecun-
dum Abb. in d. c. ex litteris, num. 11.
in fine, & probatur, in l. 3. & ibi gloſ.
& Bar. ff. de reſt. in integ. & l. in cau-
ſæ, la prima. §. cauſa autem, ff. de mi-
nor. d. c. ex litteris, extra eodem.

Secundo declaratur, vt non proce
dat, quando eius ſententia tranſiuiſ
ſet in rem iudicatam: tunc. n. reſtitu-
tio non poſſet à vicario concedi. Nã
8 iudex reſtituere poteſt aduerſus
ſententiam in caſibus, in quibus nõ
tranſit in rem iudicatam, vt quando
lata eſſet in contumaciam illius, qui
ex forma ſtatuti habetur pro con-
feſſo, & conuicto, quæ nunquam trã
ſit in rem iudicatam, vt reſp. Natta
conſilio 444. numero quinto, & ſex-
9 to, poſt Areti. Anan. Felyn. & alios,
Cæpha. conſilio 241. numero ſeptua
geſimo ſeptimo, in ſecundo. Et eo ca
ſu ſat eſt reſtituere iudicem in in-
10 tegrum abſque Principe, vt poſt Fe
lyn. in c. lator, numero octauo, de re
iudic. reſp. Natta dicto conſilio 444.
in fine. Secus quando ſententia
tranſit in rem iudicatam; tunc
enim reſtitutio non eſt, niſi à
Principe concedenda, ſecundum
præallegatos, & tradunt Imo. Franc.
&

& Dec.in c.tua, extra de appell.Af-
flict.ſuper conſt. reg.tit. quæ ſint re-
galia,in prin.nu.99. Rolan.conſi.38.
& 43.in prin.libro ſecundo,Contar.
comment.l.vnicæ,q.8.nu.28. & ſeq.
C.ſi à moment.poſ.fu.app.

Tertio declaratur, vt procedat
11 quoad reſtitutionem in integrum
aduerſus ſententiam ſuam tantum,
ſecus contra ſententiam epiſcopi cō
tra quam reſtituere nō poteſt, Abb.
in d.c.tum ex litteris, num.3. extra
de reſt. in integ. Et ratio eſt quia re-
ſtitutio in integrum contra ſenten-
tiam tractari debet coram ſuperiore
ipſius iudicantis, l.1. C. vbi & apud
quem reſt. in integ. &c. l. aduerſus.
C.ſi aduerſus rem iud. cum adductis
per Abb.in c.cauſa,nu.7.extra de re-
ſtit. in integ. ſed iſta declaratio non
eſſet recipienda per ea quæ ſcripta
fuerunt ſupra, in 3.ampliatione,vbi
vide.

Quarto declaratur, vt procedat
in Vicario generali epiſcopi, ſecus
12 autem in foraneo Iacob. de Sancto
Georg.in l.aduerſus,num.5.C.ſi ad-
uerſ. rem iud. poſt Abb. in cap. pen.
num.7.extra de reſt. in integ. Odd.
d.q.33.art.21.nu.159.

13 Hæc tamen declaratio minus vi-
detur recipienda ex dictis ſupra, in
prima ampliatione, & per eundem
Abb.in d.c.pen. num.7. qui expreſſe
concludit, Vicarium foraneum epi-
ſcopi, tanquam delegatum ad vni-
uerſitatem cauſarum poſſe in inte-
grum reſtituere.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vicarius ex ſuſpitione epiſcopi non po-
teſt ſuſpectus recuſari, & num. ſeq.*
*At contra, nu. 4.*
*Ampliatur, nu. 7.*
*Declaratur, num. 8.*
*Ampliatur declaratio, nu. 10.*
*Declaratur, nu. 11.*
*Subdeclaratur, nu. 12. cum ſeq.*
3 *Auditorium Vicarij, quando ſit diuer-
ſum ab auditorio epiſcopi, & num. 8.
& ſequen.*
5 *Suſpectus quando eſt ſuperior, ſunt quo
que ſuſpecti eius officiales.*
6 *Intellectus l. vnica. C. ſi quacunq; præd.
digni.*
7 *Vicarius præſumitur magis obediens epi
ſcopo in iuriſdictione epiſcopali, quā
ſit in delegata.*
10 *Vicarius capituli ſede vacante non fa
cit idem conciſtorium cum capitulo,
in cauſa ſibi delegata.*
11 *Vicarius epiſcopi creatus à Papa, vel
ab alio ſuperiore non poteſt ſuſpectus
recuſari, licet recuſatus ſit epiſco-
pus.*
*Declaratur, nu. 12. cum ſeq.*
15 *Signaturæ ſtylus non ſinit Vicarios al-
legari ſuſpectos, ſed illis dare adiun-
ctos.*

## QVAESTIO XIIII.

VLterius quæro, an vicarius epi
ſcopi poſſit recuſari ſuſpectus
1 ſi iuſte recuſari poſſit eius epiſco-
pus. Partem negatiuā probauit Bald.
in l.vnica, num.4. per illum tex.C.ſi
quacunque præd.dig. Vbi ſi ordina-
rij iuriſdictio declinata fuerit eo,
quia tentauerit per ambitum con-
trahere nuptias cum ſubiecta con-
tra formam d.l. Vicario eius compe-
tunt omnia, vel ciuilia, vel crimina-
lia negocia ea ratione, ſecundum
Bal.quia ſuſpitio afficit perſonam, &
non iuriſdictionem, & ideo licet tri-
bunal epiſcopi ſit idem quod vicarii
2 quia tamen diuerſæ ſunt perſonæ,
recuſato epiſcopo non erit recuſa-
tus vicarius, & Bald. ſequitur Dec.in
c.1.num.17.extra de iud.Barba.trac.
de præſtan.Car.legat.à lat.c.3.nu.12.
&



& iterum Bal. in auc. clericus. C.de
epiſco.& cler.Angel.in l.aduerſus,in
fine.C.ſi aduerſ.rem iud. quos refert
Redoan. tracta. de reb. eccleſ. non
alien. c. 3. nume. 29. cum ſequen.&
alias dicit Staphil.de lit.gra. fol.136.
quem refert Papaz. ad Rot. deciſ.1.
alias,47.titu.de offi.Vica.in no.quod
3 de ſtylo ſignaturæ non poſſunt vica-
rij recuſari, ſed illis dantur adiuncti.
Et alibi dicitur quod Auditorium
epiſcopi non eſt idem quod vicarij
quo ad recuſationem, Archidia.in ca
pitulo, non putamus, in fine. Franc.
columna penulti. de conſuetu.lib.6.
Sed partem affirmatiuam tenuit Sa-
4 li.d.l.unica,vbi etiam Soc. Iaſ.l.aper
tiſſimi, nu. 9.ad finem.C.de iud.In
nocen.Imola,Abb.& Fel.c.inſinuan
te,in prin.extra,de offi.deleg.Franc.
dicto c.non putamus,col.pen.in ver.
in ea glo. ibi ſuſpitionis,de conſuet.
in ſexto,poſt Gemin.ibi,nu.8.& ite-
rum Franc.in ca.ſi contra. in fine, de
offi.delega.in ſexto,& in c. dilectus,
col. 10. de appella.& in c. poſtremo,
col.7.in verſi.12.cauſæ, eo.titu. Ripa
in d.c.1.nu.44.extra,de iudi. Capic.
deciſ.137.nu.9.Rebuf.in pract.bene-
fi.titu.for.Vica.Arch.nu.190.Bertac.
de epiſ.lib.4.par.5.nu.69.& par.6.ti-
tu.de Vica.epiſ.num.12.Caballin.ad
conſti.Egid.c.17.nu.5.lib....Redoan.
de reb.eccleſ.non alien.d.c.3.nu.29.
Bertrand. conſi. 184.nu.2.in 3.Ant.
Burg.in repet.c.cæterum,de reſcr.nu
me.128. tomo 2. poſt hæc ſcripta vi-
ſus. Vbi ampliat interponendam eſſe
appellationem à non admiſſione re-
5 cuſationis, & generaliter quòd vbi ſu
perior eſt ſuſpectus ſint quoque ſu-
ſpecti eius officiales, reſpōdit Brun.
conſi.31.nu.9.Menoc. in reſp.cauſæ
Finarien.nu.90.cum ſeq.Buiſat.con-
ſi. 21. numero 19. vbi de communi
Lancellot.tract.de attent. 2. par.c.6.
nume.38.

Moueatur iſti per tex.in d. c. inſi-
nuante.extra,de offi.delega.vbi dici
tur quòd epiſcopus & eius vicarius
recuſantur ſuſpecti ex familiaritate
cuiuſdam Rectoris cum ipſo epiſco-
po, quem iudicem in cauſa impetra-
uerat, quia cum ille Rector eſſet per
epiſcopum admiſſus in ſuum familia
rem poſt cauſam ſibi cōmiſſam erat
per conſequens familiaris vicarij ſe-
cundum Abbatis intellectum, quem
deducit ibi nu.3.& ideo recuſato epi
ſcopo ex cauſa dictæ familiari-
tatis fuit quoque recuſatus Vica-
rius.

Secundo adducitur tex.in c.viſis,
16.q.2.in illis verbis, humani moris
eſt illum vereri, cuius iudicio & vo-
luntate nunc erigitur, nunc depri-
mitur, quaſi quòd vicarius debeat
epiſcopum ſuum timere à quo fuit
creatus, & poteſt ad libitum reuoca-
ri.glo.in cle.ſi.de procur. & in cle. &
ſi principalis,in ver. per electionem,
vbi Card.nu.10.Anchar.col. 2. Abb.
nu.9.de reſcrip.Bal.l.ſolent,numero
ſexto ff.de offi.proconſ.Franc.c.vt no
ſtrum,de appella.Abb.in capitu.quō
niam Abbas,nume.2.de offi. delega.
& ob huiuſmodi metū ſuſpectus ſit
trahi poſſe in epiſcopi ſuſpecti ſen-
tentiam, vt animaduertit Ripa dicto
capitulo primo, numero 44.extra,de
iudi.

Tertio adducitur hæc ratio, Vica-
rius habet idem tribunal cum epiſco
po, capitulo, Romana, de appella.in
6.capi.2.de conſuetu.eo.libro ſexto,
Bar.& alij,l.præcipimus,in fine,C.de
appella.& dixi ſæpe, ideo ſicut epiſco
pus recuſatur ſuſpectus pari ratione
recuſari poteſt Vicarius qui habet
idem tribunal cum ipſo.

Ad tex.in dicta l. vnica, ſuperius
adductum in contrarium, reſponde
tur quod loquitur de ſuſpitione orta
6 ex inhabilitatione iudicis in pœnam
illius delicti, non autem de ſuſpitio-
ne orta in his quæ pertinent ad offi-
cium epiſcopi, & ideo non eſt mirum
ſi in caſu dictæ l. vnicæ vicarius non
reddi-

redditur ſuſpectus, quia ordinarius
incidit in pœnam dictæ legis ob ſuũ
delictum, propter quod Imperator
committit vicario vniuerſa negocia
ciuilia etiam criminalia, ita vt tunc vi
carius videatur à Principe ad illa ne
gocia conſtitutus: Non ſic vbi epiſco
pus redditur ſuſpectus non propter
inhabilitatem perſonæ, ſed ob cau-
ſam aliquam, quæ ſolet reddere iudi-
cem ſuſpectum, quia tunc veriſimile
eſt ipſum trahi in epiſcopi ſententiã
vt Ripa dicto c. 1. nume. 44. declarat.
Vel etiam & ſecundo reſpondetur
quòd vicarius ordinarij in dicta. l.
unica, non habet idem tribunal cum
ipſo: Nam de iure ciuili appellatur à
vicario ad ordinarium ſuum ſuperio
rem. l. à proconſulibus, vbi Bal. C. de
appellati. refert illum Dec. quamuis
aliud ſentiat in capitulo, dilecti, el 3.
numero quarto, ad finem, extra eo. Sa
lic. dicta l. vnica, quem refert & ſequi
tur Feli. dicto capitulo, inſinuante,
numero primo, ſecus autem de iure
canonico, ſecundum quod ex identi
tate tribunalis non poteſt appellari
à vicario ad epiſcopum ſuum, dicto
capitulo ſecundo, de conſuetu. in ſex
to, capitulo, Romana, de appella. eo.
libro. & ideo non eſt de vicario dictæ
l. vnicæ, ad epiſcopi vicarium longe
diuerſum arguendum, vulgatis re-
gulis.

7 Hæc concluſio ſic probata amplia
tur procedere non ſolum quando
cauſa epiſcopo & vicario inſimul de
legatur, ſed etiam quando vicarius
procedit tãquam vicarius ſecundum
Abb. in dicto capitulo, inſinuãte, vbi
dicit fortiorem eſſe recuſationem in
vicario non delegato, quia vicarius
præſumitur magis affectus & magis
obediens ipſi epiſcopo in iuriſdictio
ne epiſcopali ſibi per epiſcopum de-
legata, quam in iuriſdictione delega-
ta vtrique eorum per ſuperiorem, ſe
quitur Roma. conſi. 58. quem refert
Apoſt. ad Abb in dicto c. inſinuante
in verſicu. affectus.

8 Declaratur, niſi cauſa eſſet com-
miſſa vicario per epiſcopum non tan
quam vicario, ſed tanquam delegato
Card. in cle. 2. q. 8. de reſcrip. Feli. d.
c. inſinuante, numero primo referẽs
Cardinalem ita conſuluiſſe. ea ratio
ne, quia tunc vicarius tanquam dele
gatus non habet idem tribunal cum
epiſcopo, cum à Vicario ſic delegato
ad epiſcopum appelletur, Io. Andr. c.
dilecti, el 3. in glo. in verſi. quod non
9 erat de curia, extra de appe. vbi Abb.
nume. 18. Apoſt. ad Specul. de appel.
§. nunc tractemus, nume. 6. verſicu.
obuiari, quod non eſſet ſi haberet idẽ
tribunal, c. 2. de conſuetu. in 6. c. Ro
mana, de appella. eodem libro ſexto,
glo. & Doct. in d. clem. 2. de reſcrip.
& cum diuerſum ſit tribunal, nimi-
rum ſi Vicarius non poteſt recuſari
ſuſpectus quamuis recuſatus fuerit
epiſcopus.

10 Ampliatur hæc declaratio etiam
in Vicario capituli ſede vacante, qui
in cauſa ſibi delegata non facit idem
conciſtorium cum ipſo capitulo Pa-
uin. tract. de poteſt. capi. ſede vac. 2.
par. princ. q. 10. nu. 14.

Secundo declaratur principaliter
vt non habeat locum in Vicario epi-
ſcopi electo ſeu confirmato per Pa-
11 pam vel alium ſuperiorem, quia tũc
epiſcopo recuſato non erit Vicarius
recuſatus, Fel. in d. c. inſinuante, nu.
1. in fine, probat tex. in d. l. vnica. C. ſi
quacunque præd. dig vbi Salice. hoc
firmat, Bertac. de epiſc. libro 4. par. 6.
titu. de Vic. epiſco. vbi ita ſaluat Bal.
in loco ſupra citato in contrarium, ſe
quitur Barbat. tracta. de Cardi. leg. à
lat. q. 3. numero 12. Ripa d. c. 1. nume.
44. de iud.

12 Subdeclaratur, niſi eadem cauſa ſu
ſpitionis eſſet in vtroque; tunc enim
recuſatio epiſcopi includit recuſa-
tionem ſui Vicarij, Bertac. dicto titu
lo de Vica. epiſco. num. 12. poſt Fran-
cũ. in dicto capitu. dilecti, 14. q. extra,





de app. Barb. d. tract. de Card. à lat. q.
3. num. 12.

Secundo ſubdeclaratur, vt nõ pro
cedat in cauſa ſpecialiter delegata
13 vicario per Papam, quia tunc mili-
tat ratio, ne epiſcopus trahat vicariũ
in ſuam ſententiam, Ripa in d. c. 1.
num. 44. de iudic.

Sed contrariam tenet Card. in d.
14 clem. 2. q. 8. de reſcrip. quem ſequi-
tur Fel. in d. c. inſinuante, nu. 1. quo-
rum ſententiam credo veriorem ex
ijs, quæ ſuperius ſcripta ſunt in pri-
ma declaratione.

Tertio principaliter declaratur,
vt non procedat de ſtylo ſignaturæ,
15 ſecundum quem Vicarij non alle-
gantur ſuſpecti, ſed dantur illis adiũ
cti, Staphi. de lit. grat. ſecundum vnã
impreſſionẽ, fol. 185. & ſecundũ aliã
136. relatus per Papaz ad Rot. deciſ.
1. alias 47. in fi. tit. de offic. vic. in no.
plura ſcribit in propoſito Capic. de-
ciſ. 137. nu. 3. & 10.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus ſuſpectus recuſari poteſt, re-
cuſato ſuſpecto eius Vicario, & nu. 5.*
*Contra, nu. 3.*
*Declaratur, nu. 5.*
2 *Aſſeſſor ſuſpectus recuſari poteſt, iudice
cui aſſidet recuſato.*
4 *Aſſeſſor ob iudicis imperitiam communi
ter recipi ſolet.*

# QVAESTIO XV.

SEd quid econuerſo, An Vicario
recuſato ſuſpecto poſſit etiam epi
ſcopus recuſari. Partẽ affirmatiuam
1 in Vicario ordinarii ſequutus eſt Sa
ly. l. vnica. C. ſi quacunque præd. dig.
Dec. c. 1. nu. 17. extra de offi. deleg. &
de Vicario epiſcopi Rebuf. in prac.
benef. tit. de vic. Arch. nu. 219. Cucc.
Inſt. iur. can. eo. tit. num. 152. Et ra-
tio eſt, qa epiſcopus, & Vicarius ha
bent vnum, & idem tribunal. c. 2. de
conſuet. lib. 6. c. Romana, de appella.
eo. libro, & dictum fuit alias. Et ideo
recuſato Vicario epiſcopi, poteſt ẽt
recuſari ipſe epiſcopus, prout ſimili
2 ratione recuſato aſſeſſore, iudicem
quoque recuſari poſſe, dixit Abb. in
d. c. 1. nu. 14. quem refert, & ſequitur
Dec. ibi, nu. 17.

Sed contrariam ſententiam tenet
3 Bal. in d. l. vnica, in fi. Ang. l. aduerſus
in fi. C. ſi aduerſ. rem iud. Iaſ. l. aper-
tiſſimi, nu. 9. in fine. C. de iud. Franc.
in c. dilecti, q. 14. extra de appella. &
& in c. ſi contra, vbi eſt notabilis tex.
col. 2. in fi. de offi. deleg. in 6. Bertac.
tract. de epiſ. par. 6. lib. 4. tit. de Vica.
epiſ. num. 12. Bero. in c. 1. num. 128. ex
tra de iud.

Nec aduerſantur adducta ſupe-
rius in contrarium, cum loquantur
4 de Vicario non epiſcopali. Nec va-
leat argumentum ab aſſeſſore iudi-
cis ſuſpecti ad Vicarium epiſcopi, cũ
aſſeſſor ob iudicis imperitiam com-
muniter recipiatur Abb. in d. c. 1. nu.
14. per totum tit. de off. aſſeſ. Et ideo
veriſimile ſit quòd iudex imperitus
ſit ſuſpectus, ne ſequatur aſſeſſoris ſu
ſpecti opinionem: at in epiſcopo nõ
poteſt cadere huiuſmodi ſuſpitio, cũ
cauſa ſuſpitionis vicarij ſit coram ip
ſo epiſcopo probanda, vt dicam in-
fra, q. proxima ſeq.

Declaratur, niſi vicarius allegare-
5 tur ſuſpectus ex cauſa concernente
ipſum epiſcopum, vt ſi eſſet oriun-
dus de terra aduerſarij, quia tunc ẽt
epiſcopus erit ſuſpectus, Gem. in d.
c. ſi contra, nu. 10. Fran. col. 2. ver. in
ea gl. in fine, poſt Oldr. conſi. 268. &
dicta infra q. ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Recuſationis Vicarij cauſa probari de-
bet coram epiſcopo.*

*Ampliatur,nu.2.cum ſeq.*
5 *Vicarius epiſcopi cognoſcit de ſuſpitione
alterius vicarij, vel auditoris epiſcopi
abſente epiſcopo.*
6 *Arbitri cognoſcunt de ſuſpitione Vica-
rij epiſcopi, exiſtente epiſcopo in re-
motis.*
*Declaratur,nu.7.*
8 *Vicarij ſuſpitio de conſuetudine debet
per epiſcopum committi alicui con-
fidenti.*

## QVAESTIO XVI.

QVæro inſuper, an ſuſpecto re-
cuſato Vicario epiſcopi cauſa
recuſationis ſit probanda co
ram Metropolitano, vel alio ſuperio
re, ſicut cauſa appellationis, an vero
coram epiſcopo, vel coram arbitris.
1 Et probandam eſſe coram epiſcopo
monet tex.in c.ſi contra, vbi Ancha.
in 4.& 5.not.Archid.col.2. in fi.verſ.
cum autem, Gem.nu.7.& 8.Franc.in
4.not.de off.de leg.in 6.Hoſt.in c.le-
gitima, de app. in 6.iterum Gemin.
c.non putamus, nu.7. de conſuet.in
6.gl. in §.fi. in ver.ad epiſcopū, Inſt.
iur.can.Lancel.de offi.Vic.Ang.poſt
Pet.de Suza.l.præcipimus.C.de app.
Bal.l.1.in fi. C.ſi quacunq; præd.dig.
Henric.Ferrand.ad Abb.c.ſi quis cō
tra, nu.35.extra de foro comp.ſecun
dum paruam impreſſionem, Iaſ. l.
apertiſſimi, col.3.C.de iud.Redoan.
tract.de reb.eccle.non alien. q.22.c.
3.nu.27.& nu.30. Bero. in c.1. num.
128.extra de iud.
Et ratio eſt, quia recuſatio Vica-
rij concernit eius perſonam, & cohæ
ret eius perſonæ, nec quo ad illam fa
cit idem tribunal cū epiſcopo, ideo
non prohibetur epiſcopus cognoſce
re cauſam recuſationis ſui vicarij, ſi-
cut prohibetur cognoſcere cauſam
appellationis, Ancha. d.4.not. Card.
clem.2.nu.28.de reſcrip.
Ampliatur idem in recuſatione
2 delegati ab ipſo epiſcopo, vel eius au
ditoris, quia probari debet corā epi-
ſcopo delegante, vel auditorem de-
putante, d.c.ſi contra, vbi Archid.in
fi.ver.cum autem, & Gem. Anchar.
& Franc. Lancellot. in §. recuſatio-
nis, in fi.Inſt.iur.can.de iudi.Roma.
ſing.458.
Declaratur hæc ampliatio, niſi epi
ſcopi delegatus allegaretur ſuſpe-
3 ctus ex cauſa cōcernente ipſum epi
ſcopū, vt ſi eſſet oriundus de terra ad
uerſarii, quia tunc epiſcopus, de cau
ſa recuſationis non cognoſcet, Gem.
d.c.ſi contra, nu.10. Fran.col.2.ver.in
ea.gl.in fi.poſt Old.conſi.268.
Secundo ampliatur, ſiue præſens
ſit eps ſiue etiam abſens, Archid.d.c.
4 ſi contra, in d.verſ. cum autem, di-
cens cauſam recuſationis eſſe pro-
ponendam coram delegato recuſa-
to, & ſignificandum, quòd vult ire ad
epiſcopū, & quòd tūc recuſatus pro-
cedere nō poteſt, alias datur appella
tio, ſequitur Imo.vt refert Gemin.d.
nu. 7. & videtur hoc idem probare
Hoſt. & Inn.c.cum ſpeciali, de appe.
in 6.ſicut refert Fran. in d.c.ſi cōtra,
in 4.no.qui licet citet Hoſ. & Inn.in
diuerſam ſententiam, dicta tñ illorū
refert ſimilia dictis Archidiacono,
prout etiam refert Gem.d.nu.7. pro
bat tex.in d.§.recuſationis, cum glo.
in ver.recuſet, & no.in d.c.legitima,
in ver.per iudicem, vbi glo. & Doct.
Declaratur, vbi epiſcopus eſſet in-
5 tra diœceſim, vl prope abſens, ſecus
ſi in remotis, quia ſi delegatus eius
vel auditor erit ſuſpectus allegatus,
tunc Vicarius eius cognoſcet de hu
iuſmodi ſuſpitione, Io.And.d.c.ſi cō
tra, ſequitur illum Ancha.no.4.Ge-
mi.num.7.Fran.in eod.not. poſt La-
pum ibi citatū, qui dicit quod ſi epi-
ſcopus haberet plures officiales in-
ſolidum, & eſſet ipſe in remotis, v-
nus officialis cognoſcet de recuſa-
tione alterius, idem Franc.in c.dile-
cti, quæſt.2.de appell.Bertach.tracta.




de epiſ.par.6.lib.4.titu.de vica. epiſ.
nu.17.poſt Abb.d. c. ſi contra, Pro-
ſper Paſet. conſi.43.nume.9. & ratio
eſt quia tribunal vicarij dicitur tribu
nal epiſcopi, poteſtque vicarius epi-
ſcopo abſente quod illo præſente
non poteſt, vt ſcribunt Gemi.& Frā.
in locis ſuperius citatis: ſi vero erit
allegatus ſuſpectus Vicarius, tunc de
6 recuſatione illius cognoſcent arbitri
ſicut cognoſcerent de recuſatione
epiſcopi, cum in diœceſi non ſit alius
iudex qui cognoſcat, Gemin. dicto c.
ſi contra, nume. 7. Anchar.& Franc.
in 4.not.in fine.Et quamuis Papaz in
annot.ad Rotam, deciſ.1.alias, 47.de
off.Vic.in nouis dicat, in fine Apoſt.
quòd quando allegatur Vicarius ſu-
ſpectus, non debent eligi arbitri, ta
men citat in & propoſito, Fel.ca. ſu-
per quæſtionum.§. quem vero, & in
c.inſinuante, de off.delega.qui in lib.
meo hoc non dicit.poſſet tamen ſal-
uari Apoſtilla, quando preſens eſſet
epiſcopus vel non multum abſens,
quia tunc ad epiſcopum recurritur
ſecundum prædicta.
7 Subdeclaratur, niſi adſit alter vica
rius in ſolidum, quia ad illum perti-
nebit huiuſmodi cognitio, Lap. Ge-
min. & Franc. in locis ſuperius ci-
tatis.
*Secundo declaratur, vt non proce*
dat de conſuetudine, ſecundum
quam epiſcopus committit cauſas re
cuſationis alicui confidenti, Io.And.
8 d.c.ſi contra.quem ſequitur Gemin.
numero octauo, dicens hoc facere
debere quando epiſcopus eſt ſuſpe-
ctus, pro quo facit ſupradicta prima
declaratio ad primam Ampliationē,
plura ſcribit Capic.deciſ. 137.nu.10.
Villalob.in ſuis cō.op.vbi Io.Fich.in
Apoſt.in ver.epiſcopus vt ſuſpectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo excommunicato Vicarij pote-
ſtas ſuſpenditur.*
2 *Collatio facta ab excommunicato vel ab
eius Vicario non valet.*
3 *Conferens beneficia tempore excommu-
nicationis efficitur irregularis.*
*Ampliatur,nu.4.*
*Declaratur,nu.5.6.cum ſeq.*
6 *Collatio beneficij ab excommunicato oc-
culto vel tolerato facta tenet. & ſe-
quen.*
*At contra,nu 8.*
*Auctor ſequitur affirmatiuam, nu-
me.9.*
10 *Delegati iuriſdictio non eſt ſuſpenſa ex
communicato delegante.*
11 *Vicarij capituli ſede vacante non eſt
ſuſpenſa iuriſdictio excommunicato
capitulo.*

## QVAEST. XVII.

SEd quid ſi epiſcopus fuerit excom
municatus aut ſuſpenſus, an ſit ſu-
ſpenſa Vicarij poteſtas. & ſuſpenſam
1 eſſe probat tex.in c.1.vbi glo. in ver.
ipſius officialis, in fine, & Franc.in vl
ti.not.poſt Anchar.nu.2.de offi.Vic.
in ſexto, cle.fi.vbi glo.in ver.conte-
ſtata, Imola, & Card.de procur.An-
char.cle.2.col.1.in fine, Card.nu.9.de
reſcrip.Abb.in c.licet, nu.8.extra, de
off.deleg.Fel.in c.inſinuante, num.1.
circa finem.extra eodem, Bal. in d.c.
licet, nu.9.dicens quod excommuni
catio inficit auditorium epiſcopi &
Vicarij Io.de Selua, tracta.de benefi.
par.2.q.14.nu.6.& par.6.titu.de Vic.
epiſ.nu.3.Cucc.Inſti.iur.cano.de Vi
ca.epiſ.nu.134.Pariſ.conſi. 89. nu.6.
vol.4.Et ideo ſi epiſcopus vel eius vi
carius conferat interim non valebit
2 collatio, immo collator efficitur irre
gularis, teſte Aret.c.cum non ab ho
mine, col. pe.de iud.Franc.Marc.q.
Delphin.1233. per totam & ſeq.q.in
princi.par.1.Pariſ.conſi.89.vol.4.Re
buf.pract.benefi.titu:for.Vica.Arch.
nu.217.& ſeq.

4 Ampliatur idem ſi epiſcopus eſt
ſuſpenſus vel interdictus, Rebuf.in
repet.c.poſtulaſti,not.2.de cler.exc.
miniſtr.pro ut idem refert in practi.
benefi.titu.forma vic.Archiep.num.
217.probat Pariſ.dicto conſi. 89.nu.
10.in fine, Bertac. tracta. de epiſ.li-
bro 4.par.5.nume. 69. & dicta par.6.
nume.3.& quando perſona epiſcopi
eſt inhabilis,non valere collationem
vicarijs ex defectu perſonæ epiſcopi
tradit Caldas,alleg.56.nu.2.

5 Declaratur, quando vicarius eſſet
ab ipſo epiſcopo excommunicato
creatus, d.c.1.in fine.ibi ſi iuriſdictio
nem tantum recipiunt ab eodem, &
ibi Doct.de off.Vica.in 6.Fel. d.c.in-
ſinuante,nu.1.in fine.

Secundo declaratur, niſi excom-
municatus ſit à ſuperiore toleratus
6 Pariſ. dicto conſi. 89. in fine,& alias
quòd collatio beneficij ab excom-
municato tolerato vel occulto va-
7 leat, placuit Innocen. capitulo ſi iu-
re,in glo.ſua,in ver.circa temporalis,
de ſen.exc.Abb.c.veritatis,nu.42.in
fine,de ſent.excommu.Fel.c.ad pro-
bandum,nu.6.vbi dicit ita fuiſſe iudi
catum in Rota,tempore ſuo,extra de
re iud.Franc. Marc. dicta q.969.nu-
me.5.& 13.

8 Sed diuerſum ſenſiſſe videtur Re-
buf.d.titu.forma Vica.Arch.nu.218.
dicens,vicarium non poſſe conferre
epiſcopo excommunicato ſuſpenſo
vel interdicto etiam ſi vicarius & epi
ſcopus ignorent excommunicationẽ
per gl.& Doct.in c.pe.de cler.excom
mu.miniſtr.Abb. & alij c. paſtoralis,
§.verum,de app.& quia in his quę ge
runtur ratione priuati officij non eſt
differentia inter occultum & publi-
cum excommunicatum,ſecus in his
quæ gratia publici officij geruntur,
glo.& Doct.d. c. ad probandum,Re-
buf.in concord.Franc.tit. de excom.
non vitan.

Sed præcedens opinio ſubſiſtere
videtur, quia dignitas exercet colla
tionem,non autem perſona, & digni
9 tas non eſt excommunicata, Inno.c.
ſi vero,de ſent. excom. ſequitur illũ
Abb.in d.c.ad proban.nu.15.extra de
re iud.& melius in d. c.veritatis,nu.
43.Feli.in præcitato c.ad proban.nu
me.7.& hanc partem late probat Pa-
riſ.conſi.89.num.23.& ſeq.vol.4.Pro
ut etiam quia etiam collatio benefi-
cij fieri dicitur ratione publici officij
Franc.Marc.d.q.969.nu.7.& nu.10.&
ideo ceſſat ratio ſuperius adducta in
contrarium.

Tertio declaratur, vt non habeat
locum in delegato excommunicati
cuius iuriſdictio non eſt ſuſpenſa ex
10 communicato delegante,Anchar.d.
cle.2.col.1.in fine,poſt Paul.& Card.
nu.9.ea ratione quia vicarius in cau-
ſa ſibi delegata non facit idem Conſi
ſtorium cum epiſcopo, Bertac. tract.
de epiſ.titu.de vic.epiſ.nu.3.

Extenditur hæc declaratio vt locũ
habeat etiam in vicario capituli ſede
vac.Pauin.de pot.cap.ſede vac.2.par.
11 prin.q.10.nu.14.poſt Paul.& Card.in
cle.& ſi principalis, nu...de reſcript.

*SVMMARIVM.*

1 *Subuicarius non dicitur excommuni-
catus,licet ſit excommunicatus Vi-
carius.*
*Ampliatur,nu.2.*
*Declaratur, numero 3. 4. 5. 6.7. cum
ſequen.*
8 *Intellectus, capitu. 1. de off. Vica. libro
ſexto.*
9 *Excommunicatus delegatus non poteſt
ſubdelegare.*
10 *Subuicarius excommunicato Vicario nõ
poteſt perficere cauſas cæptas ante ex-
communicationem Vicarij.*
11 *Delegatus poteſt perficere cauſas cęp-
tas ante excommunicationem dele-
gantis.*
12 *Delegati iuriſdictio non expirat per ex-
communicationem delegantis.*
*Declaratur,nu.13. cum ſeq.*

QVAE-



## QVAESTIO XVIII.

ET quid ſi tantum fuerit Vicarius
epiſcopi excommunicatus: Nun-
quid etiam ſit excommunicatus eius
Subuicarius? & non eſſe probatur in
ca.1.& ibi Innocen. Archid.Anchar.
1 Gemin.& Franc.de offi. Vica. lib. 6.
Pauin.de poteſt.cap.ſede vac. 2. par.
princi q.10.nu.2.Rota, deciſ.4.alias
378.nume.2.titu.de offi.vica.in nou.
Bero.c.quoniam Abbas,nu.110.extra
de off.ord.Cucc.Inſt.iur.cano.de vi-
carijs,tit.8.nu.11.lib.2.

2 Ampliatur ſiue ſubuicarius datus ſit
ab epiſcopo,ſiue ab eius vicario,glo.
in d.c.1.in ver.ipſius, vbi Archid.&
Innocen.

3 Declaratur,niſi ſubuicarius parti-
cipet cum vicario excommunicato
in crimine damnato quia tunc eſt ex
communicatus ſicut vicarius,d.ca.1.
vbi Io.And.in ver.qui.ita Innocen.&
Archid.in ver. excommunicationis,
per tex. in c. ſi concubinæ.extra, de
ſent.excom.& ideo dicunt in ver.offi
cium,quòd ſi officialis epiſcopi eſſet
excommunicatus,quia exercet offi-
cialitatẽ, tunc ille qui in eodem offi
cio ſibi deſeruit, ſiue ſtando iuri co-
ram eo, ſiue recipiendo commiſſio-
nem cauſarum ab eo,excommunica-
tus eſt,quia dicitur illi participare in
crimine damnato, firmat Gemin.d.c.
1.nu.4.& 6.ad finem,& Franc. qui ex
prædictis notat quòd excommuni-
catus non põt eſſe vicarius epiſcopi.

4 Subdeclaratur,vt nõ ꝓcedat qñ ſub
uicarius reciperet commiſſionem
cauſarum vel vicariam ab epiſcopo,
quia tunc non eſſet excommunica-
tus,Innoc.in d. c.1.in ver.officium.&
Archid. in ver. excommunicationis
maioris,Franc.in vlt. no.poſt Innoc.
in c.tua.extra,eo.Paui. tracta.de po-
teſt.capitu.ſede vacan.par.2.princ.q.
10.nume.20.

Secundo principaliter declaratur
vbi excommunicatio eſſet lata pro-
pter delictum proprium ipſius offi-
5 cialis,& ſic propter delictum perſo-
næ,ſecus ſi onus erat reale & inhære
bat officio:tunc enim etiam ſubuica
rius eſt excommunicatus,Franc.d.c.
1.in 2.not.

Tertio declaratur,quòd licet ſub-
uicarius nõ ſit excõicatus nõ tñ valẽt
geſta ab eodem poſt excõicationem
6 vicarij vel officialis,d. c. 1. cum glo.in
prin.& ibi Inno.Fran.& alij,Rota d.
deciſ.4.alias,378.nu.2.firmat Pauin.
de poteſt. cap.ſede vacan.2.par.q.10.
nu.20.in fine.

7 Extenditur hæc declaratio etiam
in cauſis commiſſis ſubuicario ante
excommunicationem,Innoc.d.c.Ro
mana, in prin. de off. Vica.& quam-
uis hoc iuris eſſe videatur controuer
ſi ex eis quæ ſcribit glo. & Archi.qui
hunc paſſum alias differit in eodem
c.col.1.& 2. ubi etiam Seniores in di
uerſum allegat, quibus ſuffragatur
tex.in c.licet, vbi etiam Abb.num.8.
extra,de off.delega. & tandem reſi-
det in ſententia Hoſtienſis ibi rela-
ti, qui videtur ſentire quòd non va-
leant geſta ſubuicarij ſi vicarius fue-
rit excommunicatus re integra, hoc
eſt antequam citatio præcedat excõ
municationem,ſecus re non integra
ex rationibus late per eundem Ar-
chid.relatis, qui ſubdit credere ſen-
tentiam Hoſtienſ. veriorem, quam
etiam ſequuntur Fran. poſt Io.An.vt
refert Gemin. in d.c.1.nu.6. in ver.in
eadem glo. ibi.is cui,& Anchar. nu-
mero ſecundo, tamen ſententia In-
nocen.ſupra firmata defenſari poſſe
videtur ea ratione,quia officialis or-
dinarij non poteſt exercere iuriſdi-
ctionem ſuam poſt eiuſdem excom-
municationem,cuius officialis eſt,ſi-
cut non poteſt poſt mortem, vt pro-
bat idem Innocen.in loco præcitato.
Et ſicut Vicarius epiſcopi non poteſt
mortuo epiſcopo cauſas eo viuente

ceptas perficere, Specu. de offic. ord.
§. 1. & ibi Bal. in addi. ver. quid de Au
ditoribus, & uer. Auditores aũt, & cla
rius in tit. de iudice ordinario, & de
Auditoribus in ver. not. ꝙ Vicarius,
Archid. in d. c. 1. in fi. de offic. Vic. in
6. Bal. l. aliquando. num. 7. ff. de offic.
procon. Rebuff. in pract. benefi. titu.
forma Vic. arch. nu. 162. Franc. Marc.
q. Delphin. 1120. nume. 1. Ideo nec
etiam ſubuicarius poterit cauſas cæ-
ptas ante excommunicationem Vi-
carij perficere poſt eiuſdem excom-
municationem. Et quia ſi volumus
intelligere tex. in d. c. 1. de ſubuica-
rio tanquam delegato ad cauſas, non
8 autem de Vicario, iuxta intellectũ
Archid. ibi in ver. gerat, & Innoc. in
fi. vbi etiam Gemin. nu. 6. ad fin. tunc
re integra ex eo potiſſimum non te
nent geſta delegati poſt excommu-
nicationem delegantis, quia excom
municatus, nec ẽt poteſt ſubdelega-
re cauſas. 23. q. 1. c. audiuimus. cap. ad
6 probandum, extra de re iud. poſt gl.
in d. c. 1. in prin. Gemin. in dicto c. 1.
nu. 6. in glo. in ver. is cui, circa princ.
per illum tex. in fin. vbi etiam Franc.
quæ ratio non cadit in ſententia, In-
noc. relata ſuperius, merito verior
eadem eſſe videtur.

Ego tamen crederem ſententiam
Innoc. ſuperius relatam verã eſſe eo
caſu, quo eſſet ſubſtitutus Vicarius
officiali, ſecundum intellectum gloſ.
in d. c. 1. in ver. ipſius, & in ver. reci-
piunt, & Inno. in fi non autem ſi de-
legatus. Nam primo caſu quemad-
10 modum mortuo epiſcopo Vicarius
non poteſt cauſas cæptas eo viuente
perficere, eo quia vnum eorum eſt
tribunal & conciſtorium, vt volunt
Doct. ſuperius relati. Ita nec ſub-
uicarius poterit Vicario excommu-
nicato cauſas cæptas, ante eius ex-
communicationem poſtea perfice-
re per ſuperius dicta.

At ſecus vbi ſubſtitutus non eſ-
ſet Vicarius, ſed delegatus ad cauſas
ſpeciales. Tunc enim re non inte-
11 gra, quia cauſæ cæptæ ſunt ante de-
legationem perfici poſſunt a delegã
to, dicto cap. licet, cum cæteris addu-
ctis per Archid. in dicto cap. primo.
Et ita ſententiam eius & Hoſtien.
aliorumque quos retuli ſupra intel-
ligerem, quod etiam videtur eſſe de
mente Anchar. in dicto cap. 1. nu-
me. 2. & Gemin. num. 6. ad medium.
Et hoc idem videtur poſſe compro-
bari ex ſententia eiuſdem Innocen.
qui in dicto cap. licet, de offic. deleg.
ſentit per excommunicationem de-
legantis non expirare iuriſdictio-
nem delegati, cui etiam accedere
12 videtur Ioan. And. ibi, vt refert Abb
in eodem loco, nume. 8. faciens ean-
dem diſtinctionem. Itaque ne vi-
deatur ſibi contrarius, Innocen. ſu-
pra relatus, intelligenda eſt eius ſen
tentia in dicto capit. 1. de ſubſtituto
Vicario, non autem delegato, ſicut
loquitur in d. c. licet.

Secũdo etiam confirmatur. Quia
licet epiſcopo ſuſpecto poſſit quo-
que ſuſpectus recuſari eius Vica-
rius, vt ſcripſi ſupra, quæſtio. 14. ta-
men Vicarius in cauſa ſibi delegata
ab epiſcopo non poteſt recuſari,
etiam epiſcopo ipſo recuſato. Quia
hoc caſu non habet idem tribunal
cum epiſcopo, ut in primo, ſicut dixi
dicta quæſt. 15. Et ideo ratione hu-
iuſmodi diuerſitatis mirum non eſt
ſi ſubuicarius non poteſt cognoſce-
re cauſas cæptas ante excommunica
tionem, ſicut poteſt delegatus.

Et quamnis Gemin. in dicto cap.
a. dicto nume. 6. ſuper gloſ. in ver. is
13 cui, ſequi videatur Butrij ſententiã,
& concludere quòd etiam re inte-
gra non expiret ſubdelegati pote-
ſtas, niſi quando purus ſubdelega-
tur articulus in facto conſiſtens, non
ſi iuriſdictio ſubdelegatur, vbi ex-
communicatio ſuperuenit poſt de-
legationem. Tamen non recedo ab
opinione Hoſtienſ. quam ſequun-
tur



tur Anchar. Archid. & Franc. ſupe-
rius relati.

Subdeclaratur, vt procedat quan-
14 do ſubuicarius eſſet à vicario crea-
tus, non autem ab epiſcopo, d. c. 1. in
fi. cum gl. in ver. tantum, & ibi Doct.
Fel. c. inſinuante, nu. 1. in fine, extra
de offi. deleg.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicato Vicario, non erit excom
municatus illius ſucceſſor.*

## QVAESTIO XIX.

1 PORrò excommunicato Vicario
epiſcopi, non eſſe illius ſucceſſo
rem excommunicatum, tradit Abb.
in c. quoniam, nume. 8. circa princip.
Bero. num. 101. extra de offic. deleg.
per not. in c. 1. de offi. Vic. in 6. Cucc.
Inſt. iur. cano. de Vicariis, tit. 8. num.
12. lib. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Archiepiſcopi non poteſt excõ-
municare epiſcopum ſuffraganeum
nec valet excommunicatio.*
*At contra, quod valeat excommunica-
tio, num. 4.*
2 *Vicarius Archiepiſcopi excommunicans
ſuffraganeum punitur.*
4 *Excommunicatio nulliter lata, vel iniu
ſte ligat, & vinculum iniicit, & nu-
me. 5.*
6 *Sententia lata ex falſa cauſa nul-
la eſt.*
7 *Excommunicator iniuſtus tenetur refice
re damna, & expenſas excommuni-
cato.*
8 *Et punitur.*

## QVAESTIO XX.

QVid etiam ſi Vicarius Archie-
piſcopi excommunicet epiſco-
pum ſuffraganeum; an iſta ex
communicatio teneat? Videbatur
non tenere, quia Vicario prohibita
1 eſt huiuſmodi cenſura in epiſcopũ,
c. Romana. §. officiales autem, & ibi
Canoniſt. de off. Vica. in 6. & ſcripſi
ſupra, lib. 2. q. 58. & factum contra le
gis prohibitionem non tenet per re
gulam l. non dubium. C. de leg. cum
concordantibus adductis per Vant.
de nullit. ſent. tit. de null. ſent. ex de-
fec. iuriſd. ord. numero 122. & in ter
minis huius q. glo. in c. 1. §. officialẽ,
verſ. non attentent, de offic. ord. in
ſexto, & hanc partem tenet Archid.
in dicto c. Romana. §. officiales, ſu-
per gloſ. in dicto ver. non attentent,
Bertach. de epiſc. lib. 4. par. 6. titu. de
Vic. epiſc numero octauo, in fine,
vbi refert ex eadem gloſ. Vicarium
2 tunc eſſe puniẽdum, ea ratione quia
deficit Vicario poteſtas excommu-
nicandi, per tex. in dicto §. officia-
lem. vnde excommunicationis ſen-
tentia lata videtur à iudice non ha-
bente poteſtatem, quæ nulla eſt, l. 1.
& per totum. C. ſi à non compe. iud.
Nec poteſt dici ab illo iudicatum
qui iudicandi poteſtatem non ha-
bet. l. 1. §. fi. ff. ad Tertul. Vant. de nul
3 lit ſent. ex defec. iuriſd. ord. in prin.
& in terminis Sylueſt. in ſumma, in
verſ. excommunicatio. 2. in princip
Cucc. Inſt. iur. cano. de Vica. epiſco.
numero 124. quamuis ſub dubio hoc
relinquat.

Sed quod valeat huiuſmodi excõ
4 municatio, ſenſiſſe viſa fuit gl. dicto
ver. non attentẽt, quam ſequuntur
ibi Hoſtiẽ. & Ioan. Monac. vt refert
Archidia. & Ioan. Andr. ea ratione,
quia ſpeciale eſt in ſententia excom
municationis, vt liget etiam iniuſtè


lata,

lata, 11.q.3.c.1. & 2. c.ſacro, de ſent.
excom.c.ſi epiſcopus. §.ſi ergo.& §.
cum autem, & cap. quibus epiſcopi
eodem titu.

Nec aduerſari videntur contraria
tum ob allegatam excommunicatio
nis ſpecialitatem, tum etiam, quia
5 etiam ſententia excommunicatio-
nis nulla tenet, & vinculum inijcit,
prout videmus, quando eſt lata ex
falſa cauſa, ſi tamen idem ſit iudiciū
de iniuſto & nullo, dicto c.ſacro, cum
adductis per Dec.conſi.214.num.5.
Quæ tamen alias nulla eſt etiam à
Principe lata, cle.paſtoralis, vbi Ca-
6 noniſtæ, de reſcri.l.qui teſtamento,
vbi Legiſtæ. ff. de excuſat. tut.cum
multis adductis per Vant. de nullit.
ex defec.proceſ.numero 128.cum ſe
quen.in fine. Pro ut etiam quia iniu-
ſtè excommunicato prouiſum eſt
per refectionem damnorum, intereſ
ſe ac expenſarum, dicto c.ſacro, vbi
7 Abb.& alij, & tradit Faſt.ad Rot.cau.
4.dub.14. & ipſe iniuſtus excommu
8 nicator punitur, vt traditur in d.c. ſa
cro, firmat Melil.de præced.Vic.cap.
12.num.11.

*SVMMARIVM.*

1 *Suſpenſio epiſcopi habentis priuilegium doctorandi, an Vicarium afficiat, remiſsiue.*

## QVAESTIO XXI.

NVnquid autem ſuſpenſo epiſ-
copo, qui habet priuilegium
1 doctorandi, ſit quoque ſuſpenſus
eius Vicarius ab huiuſmodi collatio
ne ſibi ſpecialiter demandata. Vide
quæ dixi ſupra, q.17.

*SVMMARIVM.*

1 *Suſpenſio officialis à collatione doctoratus, non afficit Archidiaconum qui dedit officiali talem facultatem, & minus epiſcopum.*
*Declaratur, nu.2.*

## QVAESTIO XXII.

AT econuerſo Vicario ſuſpen-
ſo non eſſe ſuſpenſum epiſco-
pum, qui dedit illi facultatem licen-
1 tiandi, vel doctorandi, tradit gloſ.in
clemen.fina.in fine, de magiſtr. Vbi
officiali Archidiaconi ſuſpenſo à col
latione doctoratus, quia non ſerua-
uit formam dictæ clemen. non eſt
ſuſpenſus Archidiaconus, firmat Ab.
d.cle.fi.in fine.
2 Declaratur, niſi epiſcopus ratum
haberet, gloſ. & Abb. in locis ſupe-
rius adductis.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus poteſt alterum eligere Vicarium, quando electus eſt excommunicatus.*

## QVAESTIO XXIII.

1 QVin etiam ſi Vicarius excom-
municatur, poſſe epiſcopum al
terum eligere, reſpondit Be-
ro.conſi.23.num.4.volum.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus intruſus qui, remiſsiue tamen.*
2 *Vicarij geſta non tenent, quando Epiſcopus eſt intruſus.*

QVAE-



## QVAESTIO XXIIII.

1 NOnnunquam etiam creatur vi-
carius ab epiſcopo intruſo ſecū-
dum ea quæ de epiſcopo intruſo, ſcri
bit Bertac.tract.de epiſc. par.4.lib.4.
titu.de poteſt.epiſco.in temporal.nu
me.104.
2 Ideo quæro, an geſta Vicarij epi-
ſcopi intruſi de iure teneant & non
tenere reſpondit Paulus Caſtrenſ.
conſi. 99. incipiente, circa primum
quæſitum, in primo dubio, nume.1.
vol.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarij geſta non tenent, vbi de eius mandato non conſtet.*
*Declaratur, numero 2. remiſsiue tamen*

## QVAESTIO XXV.

1 VIdimus alias Vicariatum epiſco
pi ſcriptura eſſe probandum:
Quæro nunc an geſta Vicarij te-
neant ſi non conſtet de eius manda-
to. & non tenere, dicit Anch. capitu-
lo, licet, numero ſecundo, verſiculo,
quæro Vicarius. Gemin. numero 15.
de offi. Vica.libro ſexto, Bal. capitulo
primo. §.fina.in fine titu.ne inter do-
mi. & Vaſall. lis de inueſt. or. Ber-
tac.de epiſco.par.6.lib.4.titu.de vica.
epiſ.nume.6.
2 Declaratur eiſdem modis, quibus
lib.1.q.46.vbi vide.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus non poteſt ratificare ſententiam latam ab eius Vicario non habente mandatum ſpeciale, in caſibus illud exigentibus.*
2 *Vicariatus nomine aliquid facere non eſt facere nomine conſtituentis.*
3 *Epiſcopus ratificare poteſt geſta eius nomine per Vicarium.*

## QVAESTIO XXVI.

1 SEd an epiſcopus ratificare poſſit
ſententiam latam ab eius Vicario
ſine mandato ſpeciali in caſibus re-
quirentibus mandatum ſpeciale. &
quòd non poſſit, tradit Anchar. capi.
licet, nume. 2.verſi. quæro Vicarius
Gemin.nume.15. Franc.col.2. in fine
in glo.in ver.ſpeciali mandato, de off.
vica.libro 6. & ratio eſt quia non eſt
locus ratihabitionis, vt ex nunc nec
vt ex tunc in ijs quibus conſideratur
initium, vt in ſententia & electione,
ſecus in caſibus in quibus non atten
ditur initium, quia tunc ratificare po
teſt epiſcopus geſta per vicarium ſal
tem prout ex tunc, poſt Io.And. reg.
non firmatur, de reg.iur. in ſexto, &
quia ſecundum Gemin. in loco præ-
allegato, facere nomine vicariatus
non eſt facere nomine conſtituentis
2 niſi in his quæ veniunt ex generali
mandato & vicariatus, & ideo rata ha
beri non poſſunt ſpecialia tanquam
non geſta nomine conſtituentis, iux
ta regulam, ratum, de reg.iur.in ſex-
to. plura ſcribit in propoſito Alexan.
conſi.32.numero tertio & quarto, vo
lumine primo, Abb.conſi.88.colum-
na quinta, numero ſexto, volumine
primo. Vbi licet geſta p vicarium no
mine epiſcopi in eius commodum
ratificare per epiſcopum ſcientem &
tacentem nedum expreſſe appro-
bantem.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus confirmans vnam cauſam de geſtis & adminiſtratis per ſuum Vicarium videtur cætera reprobare & econtra vnam reprobans videtur alia confirmare.*
*Declaratur, nu. 2.*

## QVAESTIO XXVII.

SEd quid ſi epiſcopus confirmet
vnam cauſam de geſtis & admini-
ſtratis per ſuum Vicarium, an videa-
tur cætera reprobare & econtra ſi
vnam reprobat, an videatur cætera
1 confirmare & reprobare reſpectiue
que confirmare, tradit Bal. in l. tribu
nus. §. cum aliquis, in tertio no. de te
ſta. tut. Fel. c. cum venerabilis, nume.
47. extra, de except.
2 Declaratur, vbi epiſcopus ad huiuſ
modi actum deuenerit omnibus di-
ſcuſſis, ſecus ſi leuato velo aliquid ap
probaſſet, Bal. & Feli. in locis ſupe-
rius citatis poſt Sicul. in capitulo, pro
debilitate. extra, de officio dele-
gati.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus tenetur defendere ſententiam ſui officialis.*
*Declaratur, numero 2. remiſsiue tamen.*

## QVAESTIO XXVIII.

1 EPiſcopum autem teneri defen-
dere ſententiam ſui officialis
dixit Specula. de compete. iud. adi. §.
ſequitur, nu. 3.
2 Quod tamen recipit declaratio-
nem iuxta ea quæ dicam infra dua-
bus qq. proximè ſequentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus non poteſt contrauenire geſtis per ſuum Vicarium.*
2 *Vicarij factum dicitur factum ab epiſcopo.*
3 *Epiſcopus tenetur ſtare bene geſtis per ſuum Vicarium, non autem male.*
4 *Poteſt retractare compoſitionem factam à Vicario in pœnis, in quibus diſpenſaoe non poterat.*
5 *Non tenetur de imperitia ſui Vicarij.*
*Declaratur, nu. 6. & 8.*
6 *Culpa officialis Dominò nocere non debet.*
7 *Superior non tenetur de exceſsibus officialis reputati integri.*
8 *Epiſcopus nouiter creatus non conuenitur ex geſtis per Vicarium.*

## QVAESTIO XXIX.

ET non diffiteor geſta per Vica-
rium adeo obligare epiſcopum
vt illis non poſſit contrauenire, ſe-
1 cundum Paul. Caſtr. conſi 348. col. 3.
vol. primo, Dec. conſi. 142. nu. 3. Re-
buf. pract. benef. titu. de Vica. epiſco.
nu. 40. & ratio eſt, quia factum à vica-
rio dicitur factum ab epiſcopo & vnũ
2 eſt illorum tribunal & cõciſtorium,
c. 2. cum glo. de conſuetu. in ſexto, &
in c. 1. de capellis monac. in ſexto Io.
de Selua tract. de benefi. par. 2. q. 14.
nu. 7. Bertac. de epiſ. lib. 4. par. 8. titu.
de auct. epiſ. circa iud. num. 44. Cucc.
Inſti. iur. cano. titu. 8. de vica. epiſ. nu.
21. & ſeq. poſt Domin. conſi. 114.
3 Declaratur, quando vicarius bene
agit, ſecus ſi male, quia tunc epiſco-
pus non tenetur ſtare illi actui, Ge-
min. conſi. 114. Caſtren. d. conſi. 348.
col. 2. Vbi epiſcopus retractare po-
teſt



teſt compoſitionem factam a Vica-
rio in pœnis in quibus diſpenſare nõ
4 poterat, ſequitur Bertach. de epiſco.
parte quinta, libro 4. titu. de auct. &
poteſt. epiſc. circa iud. numero trige
ſimoſexto, & iterum Caſtren. l. credi
tor, §. Lucius, ff. manda. Dec. capit. ſa-
nè, el ſecondo, columna ſecunda, ex-
tra de off. deleg. & d. conſi. 142. nu. 3.
Syl. in § ab hoſtibus, in uer. poſtlimi-
nij, Inſtit. de Attil. tut. Ant. Franc. ad
Abb. c. eam te, num. 12. & 13. in ver. a.
extra de reſcrip. Rebuff. pract. benef.
titu. de vicar. epiſ. nume. 41. & forma
Vicar. Archid. num. 139. cum ſequen.
Paul. Borgaſ. tracta. de irreg. & diſp.
par. 7. cap. fin. nume. 23. Cucc. dicto ti
tu. de Vic. epiſ. nume. 22. Brun. conſi-
lio 89. nu. 14. cum ſeq.
5 Nec tenetur epiſcopus de imperi
tia ſui Vicarij, quia creando ipſum
dedit operam rei licitę, & conſuetæ,
Bal. rub. numero decimotertio, C. de
pęna iud. qui male iud. Salicet. l. fina.
C. eo. refert, & ſequitur illos Alexã.
l. ſecunda, numero decimo, ff. quod
quiſque iur. Bertachin. tract. de epiſ.
libro quarto, parte ſexta, titu. de Vi-
car. epiſ. numero quinquageſimopri-
mo, poſt Caſtren. dicto conſilio 348.
columna ſecunda. Nam culpa officia
lis Domino nocere non debet, l. pri-
ma, §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic.
non obtempe. dicta l. creditor, §. Lu-
cius, ubi Caſtren. ff. manda. & iterum
6 Caſtren. dicto conſilio 348. columna
ſecunda, Brun. conſil. 89. numero 14.
cum ſeq.
Subdeclaratur, quando epiſcopus
in aliqua culpa non poſſet deprehen
di, ut quando cõmuni opinione om-
nium bonum elegit officialem, ſed
fuit in officio corruptus epiſcopo
ignorante; tunc enim epiſcopus non
tenetur, Rebuff. dicto tit. forma vic.
Archid. numero 189. poſt Bellamer.
conſilio quarto, vtrum epiſcopus, co
lumna penul. Syl. in dicto §. ab hoſti
bus, in dicto ver. poſtliminij, Bal. rub.
de pęna iud. qui male iud. Et in pro-
poſito Felin. in cap. Petrus, numero
vndecimo, extra de homic. Vbi quan
do deputatus a ſuperiore ad certum
7 officium eſſet perſona valde integra,
ſuperior non teneretur de exceſſib.
iſtius officialis, Gondiſla. Villadieg.
tracta. de leg. 2. par. quæſtione tertia,
numero nono, Bertach. de epiſc. tit.
de vicar. epiſ. numero quinto, dicens
quod dicitur in culpa Poteſtas, qui
conducit imperitum aſſeſſorem poſt
Bal. ſupra citatum, Cucc. Inſtitu. iur.
cano. de vicar. epiſ. numero 130. poſt
Caſtren. conſilio 117. libro primo, Bi
ſign. titu. de vicar. deciſione octaua,
numero primo, Redoan. de rebus ec
cleſ. non alienandis, & alios ibi
relatos.
8 Secundo declaratur in epiſcopo
nouiter creato, qui non conuenitur
ex geſtis per Vicarium, Ioan. Andr.
Innocen. Butr. & Gemin. in cap. eam
te, vbi Felin. in §. ſcriptum fuerat, nu
mero decimoſexto, extra de reſcri-
ptis.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus, quãdo teneatur ex delicto ſui Vicarij, & nume. 4. 8. 9. cum ſequentibus.*
2 *Et ad reſtitutionem damnorum datorum.*
3 *Imputatur illi, qui vtitur opera malorũ hominum.*
5 *Dominus non tenetur ex delicto ſui officialis extra officium commiſſo, & numero 10.*
6 *Poteſtas non tenetur de geſtis per officiales extra officium, niſi ad exhibẽdum illos.*
*Declaratur, nu. 7.*
8 *Epiſcopus promittens ſoluere omnem cõdemnationem non liberatur exhibendo officialem ſuum.*
9 *Epiſcopus ex pacto, vel ſtatuto teneri po*
*teſt*

*teſt pro Vicario.*
10 *Dominus, quando teneatur ex delicto ſui officialis, remiſsiue.*
4 *Vicarius epiſcopi, quando teneatur de imperitia ſui aſſeſſoris.*

## QVAESTIO XXX.

PRæmiſſis conſequens eſt, quod ſi
epiſcopus fuerit in aliqua culpa
ex delicto ſui vicarij teneatur, vt poſt
1 ea, quæ in quæſtione proxima ſcripta
ſunt, tradit Hoſtien. capit. ad hæc, ubi
Zabar. quæſtione quinta, Butr. col. fi.
extra de off. Archid. Rota deciſio. 6.
aliàs 278. titu. de off. vicar. in nouis,
& deciſ. 6. eo. titu. in antiq. & deciſ. 1.
Biſign. in antiquioribus, & utrobiq;
Papaz in apoſt. Anchara. Gemin. Ar-
chid. in capit. ſi epiſcopus, de off. ord.
in ſexto, Felin. cap. cum ordinem, nu
mero ſexto, extra de reſcrip. & cap.
Petrus, numero octauo, extra de ho
mic. Ioan. de Selua, tract. de benefic.
parte ſecunda, quæſtione decima-
quarta, numero ſexto, Pauin. de po-
teſta. capit. ſede vacan. ſecunda parte
princip. quæſtio. 10. nume. 22. & 23.
Henric. Bot. tract. de ſyno. par. 2. nu-
mero tertio, Caraui. comment. ſuper
ritu magnæ curiæ, ritu 49. nume. 18.
Cucc. Inſtitu. iur. cano. de vicar. epiſ.
nume. 130.

2 Ampliatur, ut etiam teneatur ad
reſtitutionem damnorum datorum
per ſuum officialem, Rota deciſio. 6.
alias 432. titu. de off. vicar. in antiq. &
deciſio. 1. eo. tit. per Biſignetum, Re-
buff. pract. benef. titu. forma Vicar.
Archid. nume. 188. illi enim imputa-
3 tur, qui utitur opera malorum homi
num, l. ex maleficijs, in fi. ff. de act. &
qui malum elegit officialem, §. fin. In
ſti. pro ſoc. §. eos, in fine, Auc. ut iud.
ſine quoquo ſuf. coll. 2. cum ſimilib.
alijs adductis per Rot. & Rebuf. in
locis præcitatis, firmat Innocent. in
dicto cap. ad hæc, extra de off. Arch.
Bertach. de epiſ. libro 4. par. 6. tit. de
vic. epiſ. nume. 5. poſt Bal. in marg. in
ver. epiſcopus, nu. 9.

Ampliatur, ut ſimili modo vica-
rius epiſcopi teneatur de imperitia
ſui aſſeſſoris, quãdo vicarius eſſet iu-
riſperitus, aliter nõ tenetur, ut reſp.
Brun. conſil. 89. numero 19. cum ſe-
quen.

Declaratur, quando vicarius, vel
officialis delinquit in eadem materia
4 in qua utebatur opera epiſcopi, Fel.
d. c. ſi quando, nu. 2 extra de reſcrip.
& in d. c. Petrus, nu. 10. cum ſeq. Vbi
late comprobat, quod dominus non
5 tenetur de delicto officialis extra of
ficium cõmiſſo, & ponit plures alias
declarationes, firmat Bertac. trac. de
epiſ. lib. 4. par. 6. d. titu. de vic. epiſco.
num. 6. Vbi quod Poteſtas non tene
tur de geſtis extra officiũ ſuum per
6 ſuos officiales, niſi ad exhibendum
eos, ſi poteſt, vel niſi mandauerit, vel
niſi ratum habuerit, poſt Bal. rub. C.
7 de pœna iud. qui male iud. & in l. ob-
ſeruare. §. proficiſci, ff. de off. procon
ſu. Bart. l. 1. §. familiæ, ff. de publi. Cæ-
phal. qui alios cumulat, conſ. 362. nu
mero 28. in 3. Pauin. de poteſta. cap.
ſede vacan. 2. par. princ. q. 10. nu. 23.
8 Vbi declarat uerum, niſi epiſcopus
promiſerit ſoluere omnem condem
nationem, quia tunc non liberatur
exhibendo, late Carauit. dicto ritu,
numero vigeſimo, poſt alios cumu-
latos.

Se cundo declaratur, quando adeſ
ſet ſtatutum, uel aliud pactum, quod
9 prælatus teneatur pro officiali, quia
tunc tenetur ex vicarij delicto, Pa-
uin. dicta quæſtione decima, Cara-
uita dicto ritu 49. numero vige-
ſimo.

Alias declarationes ad regulam,
quod dominus teneatur ex delicto
officialis, ponit Fel. in d. cap. Petrus,
numero vndecimo, cum ſequen. ubi
vide.





*SVMMARIVM.*

1 *Vicarij, qui deliquit in officio, geſta va lent antequam ab officio remoueatur.*

## QVAESTIO XXXI.

GEſta autem Vicarij epiſcopalis,
qui deliquit ĩ officio, valere an
1 tequam ab officio remoueatur, dicit
Pauin. de offic. & poteſta. capituli ſe-
de vacan. quæſtio. 10. nume. 24. per
not. in l. iubemus. §. ſanè, & ibi Bald.
C. de ſacroſ. eccleſ.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus Vicarium poteſt reuocare ad libitum.*
*Ampliatur, numero 2. 3. 4. 5. cum ſequentibus.*
*Declaratur, nume. 8. 11. 12. 14. 15. 16. cum ſeq.*
6 *Procurator reuocari poteſt etiam, quod dominus iurauerit illum non reuocare.*
8 *Epiſcopus, qui iurauit non reuocare Vicarium, debet petere abſolutionem a iuramento, ſi intendit illum reuocare.*
9 *Epiſcopus, qui iurauit non reuocare Vicarium, an ſit periurus reuocando illũ non petita abſolutione a iuramento.*
10 *Dominus, qui ex aliqua iuſta cauſa procuratorem reuocauit, quem non reuocare promiſit ſub iuramento, an ſit periurus.*
11 *Epiſcopus nõ poteſt reuocare Vicarium a Papa confirmatum.*
*Declaratur, nu. 12.*
13 *Correpiſcoporum vſus ſublatus.*
15 *Vicarij reuocati geſta, an valeant, & nume. 16.*

## QVAESTIO XXXII.

SEquendo ordinem alias præmiſ-
ſum: Quæro, an vicarius epiſcopi
poſſit ad libitum reuocari. Et poſſe
inquit glo. in clemen. fin. de procur.
1 & in clemen. & ſi principalis, in uer.
per electionem, ubi Card. nume. 10.
Anchar. col. 2. Abb. nu. 9. de reſcript.
Hoſt. in ſum. de off. vic. §. & quib. ver.
ſed nunquid, Barb. c. poſtulaſti, no. 1.
in fi. de reſcr. & in ca. quoniam Abb.
nu. 37. Abb. nu. 2. de off. ord. poſt Io.
And. c. pen. de off. vic. Franc. c. vt no-
ſtrum, de app. Bal. l. ſolent, nu. 6. ff. de
off. proconſ. Cald. conſ. 2. tit. de offic.
vic. Rebuf. prac. benef. tit. for. vic. Ar-
chi. nu. 192. Bertrand. conſi. 72. nu. 1.
in 10. Bero. c. prudentiam, nu. 110. ex
tra de off. dele. & cõſ. 22. nu. 34. vol. 1.
Soluitur. n. iudicium vetante eo, qui
iuſſerat iudicare. l. iudicium ſoluitur.
ff. de iud.

Amplietur, ut reuocari poſſit etiã
ſine cõſenſu capituli, Frãc. c. 1. col. 2.
2 verſ. ſed quęritur, de off. vic. in 6. poſt
Hoſt. & alios ibi dicẽs ita ſeruari de
conſuetudine in omnib. Ioã. And. c.
tua, de off. vic. quem refert, & ſequi-
tur Paui. de pot. c. ſede vac. 2. par. prin
cip. q. 10. nu. 18. Boer. deciſ. 347. nu. 1.
Aufrer. ad Toloſ. q. 480. Abb. c. ſi quis
contra, nu. 25. in 1. & 2. lect. nu. 30. ex
tra de foro compe.

Secundo ampliatur etiam in quo-
libet vicario cuiuſcũque ſuperioris,
3 Gem. c. 1. de off. vic. in 6. Bertach. de
epiſ. lib. 4. par. 6. tit. de vica. epiſ. nu. 9.
poſt Bal. l. ſolẽt. §. ſicuti, ff. de off. pro-
conſ. Franc. d. cap. ut noſtrum, ext. de
app. Bertran. conſ. 72. nu. 1. in 10.

Tertio ampliatur, ut remoueri
poſſit ab officio etiam, quando illi eſ
4 ſet cauſa delegata nomine officij, nõ
tamen nomine proprio, Anchar. cle.
2. col. 1. in fi. Card. nu. 11. Imo. nu. 14.
de reſcrip.

Quarto ampliatur etiam ſi epiſco
pus iuraſſet non reuocare vicarium,
But. d. c. tua, ubi Io. An. & Abb. nu. 5.
5 in fi. de off. vica. Zacar. & Ant. Franc.
ad Abb. c. quoniam Abbas, nu. 10. de
off. ord. Pau. de Caſt. conſi. 361. nu. 4.
vol. 1. Alex. cõſi. 18. nu. 8. in 2. Rebuf.
d. tit. forma vicar. Arch. nu. 193. Boer.
alios cumulans, d. q. 347. numero 1.

Cucc.Inſti.iur.cano.de vicar.epiſco.
nume.137.Alphon. Carmonen.trac.
de benefic.incomp.par.2.cap.10.nu-
mero tertio,Gabr.libro 2.de iureiu.
concluſ.1.num.14.Bertac.de epiſ.li-
bro 4.par.6.titu. de Vicar.epiſ.nu.9.
Quibus accedit glo. in c.fin.de pro-
cur.in 6. dicens procuratorem reuo
6 cari poſſe etiam ſi dominus iuraue-
rit illum non reuocare,quod tamen
late diſſerit Felin.in cap. ex parte de
cani,num.12.extra de reſcrip.& gloſ.
ſequitur Alexan.dicto conſi.18. col.
ſin.libro 2. Dec.conſil.475.Boer.qui
alios congerit, deci.207.par.2.ubi re
fert communem eſſe opinionem ,
quod procurator conſtitutus cum iu
ramento ad reſignãdum beneficium
ex cauſa permutationis poteſt non
obſtante iuramento reuocari,ſequi-
tur Grauat. in annot. ad Veſtr.lib.5.
prac.c.13.nu.15.

Extenditur ampliatio etiam ad Vi
carium conſtitutum a capitulo ſede
7 vacante,qui reuocari poteſt etiam ſi
fuerit interpoſitum iuramẽtum , Io.
And.dicto cap.tua,Archid.capit.1.in
fine,& ibi Hoſtien.de off.vicar.in 6.
ſequitur Ant. Franc. ad Abb.in d.ca.
quoniam,nume.10.Pauin.dicto trac.
de poteſt.cap.ſede vacan.2.par.q.10.
nume.1.

Declaratur,quando abſolutio a iu
ramento per dominum reuocantem
8 fuerit petita,ne aliàs incidat in per-
iurium, glo.quæ de domino periuro
loquitur reuocãte procuratorem in
dicta clemen. fin.de procur.lib.6.Ca
ſtren.conſil.381.venerabilis,3 q.vo-
lumine primo, Alexã. dicto conſ.18.
nume.8.Felin.dicto cap.ex parte de-
cani,nume.12.

Et de epiſcopo reuocante vicariũ,
Rebuf.pract.benef.titu.forma vicar.
Archiepiſ.nume.193.Cucc.d.titu.de
vicar.epiſ.nume.138.Gabr.dicta cõ-
cluſio.1.nume.14.libro ſecundo, de
iureiuran.

Et quamuis ſine labe periurij re-
uocari poſſe vicarium dixerit Ioan.
9 Andr.in dicto cap. tua, quem retulit
Ant.Franc.ad Abb.in dicto cap.quo-
niam, firmat Alexan.dicto conſil.18.
nume.8. poſt Butr. dicto cap.penult.
de off.vicar. Pauin.dicta quæſtio.10.
verſ.ſed nunquid. vbi tamen reuo-
catio fieret cum cauſa,ut quia Vica-
rius male gereret officium venden-
do iuſtitiam , vel ſimilia faciendo ,
tunc epiſcopus,qui iurauit, reuocan
do illum,non eſſet periurus, Abb.di
cto cap.tua, in fi. vbi etiam Zacar. in
apoſt.& poſt Butr.ibi tradit Alex.di-
cto conſ.18.num.8.Pauin.dicta quę-
ſtione decima, verſicu.ſed nunquid,
nume.7.

Sicut etiam non eſt periurus do-
minus,qui ex aliqua iuſta cauſa reuo
10 cauit procuratorem , quem non re-
uocare promiſit ſub iuramento, Ge-
min.& Franc.dicto cap.fin.de procu.
in ſexto, & ante illos Feder. cõſ.107.
in fine , quos retulit, & ſequutus eſt
Boer.qui alios cumulat, d.q.207. nu
mero 3.

Secundo principaliter declaratur
ſupradicta concluſio,quãdo vicarius
epiſcopi eſſet a Papa confirmatus ,
11 quia tunc epiſcopus non poſſet il-
lum reuocare, Bal.dicta l.ſolent, nu-
mero ſexto, qui loquitur de Vicario
a ſuperiore ſuffecto, ff.de off.procõſ.
Rebuff. dicto titu.forma vicar.Arch.
nume.194. Cucc.Inſt.iur.can.de vic.
epiſ.nu.139.

Subdeclaratur,ubi ſummus Ponti
12 fex confirmaſſet vicarium epiſcopi
ad uitam, nõ obſtante quacunque re
uocatione, ſecus ſi confirmaſſet vica
rium ſimpliciter. Namque illa con-
firmatio debet intelligi ſine præiudi
cio epiſcopi,& quatenus eius uolun
tas durauerit,Rebuff.dicto titu.for-
ma Vicar. Arch.num.195.per tex.in
capitu. ſuper eo , extra de off.deleg.
Cucc.dicto titu. de vicar.epiſco. nu-
mero 139.

Prout etiam reuocari non poteſt,
quando



quãdo vicarius factus eſſet per viam
13 conuentionis a Papa approbatæ , ut
olim fiebat in correpiſcopis, ſecun-
dum Rebuf.loco præcitato, nu.200.
quorum correpiſcoporum uſum ſu-
blatum eſſe ſcribit Lancellot.Inſtit.
iur.cano. de correpiſ.uſu ſublato.

Tertio declaratur , ut non habeat
14 locum in vicario epiſcopi dato a le-
ge.prout eſt Archidiaconus, qui re-
uocari non poteſt tanquam habens
vicariatum inhęrentem perſonę,Re
buff.dicto tit.forma vicar.Archiepiſ.
numero 199.poſt Abb.& alios in ca-
pitulo primo,in fine,extra de officio
Archid.

Quarto declaratur quoad acta fa-
cta per vicarium, quæ ualent non ob
ſtante reuocatione,Bal. dicta l.ſolẽt,
15 §.ſicut,Rebuf.loco proximè citato ,
Bertach. de epiſc.libro 4.par.6. tit.de
vicar. epiſc.nume.9 poſt Innoc. cap.
intimaſti,de appellat.Franc.capitu.1.
columna ſecunda, verſi. acta tamen,
de off.vicar.in ſexto,Bertrand.conſi-
lio ſeptuageſimoſecundo , numero
primo, in 10.

Subdeclaratur,vbi reuocatio facta
eſſet vicario ignorante, quia tunc ge
ſta per illum ualent, non autem ipſo
16 ſciente reuocationem , Roman.ſin-
gu.58.& 616.Iaſ.l.more, numero de
cimo, ff.de iuriſd.om.iud.Dec.cap.ſi
duobus,numero duodecimo,ext. de
appel. & conſilio 295.nu.5 ubi Gra-
uat.in additio.refert, & ſequitur Ro
ber.Lancellot. tract.de attent.par.2.
cap.10.nume.23.& ſeq.dicens Decij
conſilium aliàs fuiſſe canonizatum
in vna Nonaburgen.coram Simone-
ta,aſſerentes ita repertum fuiſſe ad-
notatum per Tarquin.de S.Cruce ad
Franc.in dicto capitu. ut noſtrum,
extra de appellat.Rebuff. dicta prac.
benefic.titu.de ſimon.in reſig. nume
ro quarto,& ſeq.poſt Calde.conſi.4.
& alios a ſe congeſtos,Iac. Put.deci-
ſio.470.nu.1.lib.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi per conſtitutionem ſe-
cundi cenſetur tacite reuocatus.*
*Et damnum eſt ſubditis habere plures
Vicarios.*
*Contra,nu.2.*
*Declaratur, numero 3.4.5.7.9.11.12.
13.14.*
2 *Legatus primus non cenſetur reuocatus
per ſecundum.*
*Tutor datus in teſtamento nõ reuocatur
per dationem alterius in codicillis.*
4 *Vicarij geſta poſt notificationem illi fa-
ctam de creatione ſecundi, non te-
nent.*
*Declaratur,nu.5.*
6 *Epiſcopo depoſito expirat ipſo facto Vica
rij poteſtas*
7 *Vicarij geſta non tenent, quando ſciuit
ſecundi Vicarij creationem, & nu-
mero 8.*
*Contra,nu.9.*
*Declaratur,nu.11.*
10 *Vicario qualiter ſit notificanda creatio
ſecundi.*
11 *Vicarij geſta poſt eius reuocationem
ſciente, & patiente epiſcopo, va-
lent.*
12 *Vicarius Generalis epiſcopi non cenſe-
tur reuocatus per conſtitutionem ſe-
cundi ſpecialis, vel ad certas cauſas
deputati.*
13 *Clauſula citra reuocationẽ, operatur vt
primus Vicarius non cenſeatur reuo
catus per conſtitutionem ſecundi.*
14 *Vicarius nõ cenſetur reuocatus per con
ſtitutionem alterius, vbi conſtitutio
eſt nulla.*

# QVAEST. XXXIII.

SIcut etiam quæro, an vicarius epi
ſcopi tacite cenſeatur reuocatus
per conſtitutionem ſecundi. Diuerſę
ſunt Doctorum in hac q.ſententiæ.
Nam

Nam Ioan.And.cap.tua,de offic.Vi-
car. tenuit , quod cenſeatur reuoca-
1 tus,quem ſequitur Gemin.cap.licet,
numero decimoquarto, poſt Lap. &
Franc.columna ſecunda,verſ.vltimo
limita, de offic. Vicar. in ſexto,Bar-
bat.apoſtil.ad Abb.cap.volentes, vbi
etiam Abb.in 3.not. extra de officio
lega. Dicens damnum eſſe ſubditis
habere plures Vicarios, Alexand.&
Iaſ.rub.ff. de offic.eius , ubi Hippol.
Rim.num.100.Bertach.tract.de epiſ.
libro quarto, parte ſexta,titu.de Vi-
car.epiſ.nume.15. Pauin. de poteſta-
te capituli ſede vacan.2.par. princip.
q.10.numero decimo,Ioan.de Selua
tracta. de benef.parte ſecunda,q.14.
numero ſecundo,quos retulit Boer.
q.347.numero quarto, Franc. Marc.
quæſt. Delphin.1100. nume.10.par-
te prima,ſibi tamen contrarius,in fi-
ne quæſtio.Nicol.de Mil.in reper.in
ver.Vicarius epiſcopi, Cucc.Inſtitu.
iur.cano.de vicar.epiſ.nume.143.vbi
declarat,quando epiſcopus unum vi
carium duntaxat habere conſueue-
rit, poſt Gemin.& alios in cap. licet,
de off.vic. in 6.

Mouentur ex l. ſi quis cum procu
ratorio,in fi.cum l.ſequen.vbi Ange.
Bal.& alij concludunt,quod procura
tor reuocatus cenſeatur per conſti-
tutionem ſecundi,& tex.cap. non in
iuſte,vbi Canoniſtæ,extra de procu.
Rota deciſ.170.& 174.in antiquis, &
multis alijs comprobat Boer. alios
congerens dicta q.347. nume.2.& 3.
Pet.And.Gambar.tract. de off.& po
teſta.leg.a lat.lib.9.nu.14.

Sed contrariam partem probauit
glo.magna,cap.in Galliarum,23.q.5.
2 quam ſecutus eſt Alberic. dicta l. ſi
quis cum procuratorio.§. fin. verſic.
quid in legatis ſedis Apoſtolicæ,Mar
tin.de Laude,tract.de leg.§ 10.Car-
din.d.c.tua, q.5.de off.vicar.ſequitur
Barb.c.volentes,col.2.cum ſeq. verſ.
nota hic tex. Panor.nu.3.ext.de offi.
leg.Rom.ſing.57.in fi.Boer.d.q.347.
nu.5.in fi.Rebuf.pract.benef.tit.for.
vic.Arch.nu.204.& ſeq. Zacar.apoſt.
ad Abb.d.cap.uolentes,poſt Guil.de
Cu.in d.l.ſi quis cum procuratorio ,
§.vnus Pet.And.Gam.d.tract.de po-
teſt.leg. a lat. lib.9.nu.13.& hanc ſen
tẽtiam ueriorem , & communiorem
teſtantur Ioan.de Selua,d.q.14.nu.2.
Boer. d.q.347.num.7. & ibi referens
communiter apponi ſolere clauſulã
expreſſę reuocationis primi in crea
tione nouorum vicariorum,& ita ob
ſeruari vidi in litteris vicariatus,ſe-
quitur Vant.de nullit. tit.de null. ex
def. manda.num.165.Maſſuer.ad Pa
pien.prac. for.libel.actio.real.in ver.
Vicarius. hanc etiam ſententiam uti
communem eſſe tenendam ſcribit la
te Alphon. Carmonen tracta.de be-
nef.incomp.par.2. capitulo decimo ,
nume.9.

Et hæc ſentẽtia probatur tam per
glo.in d.c.in Galliarum, dum voluit,
quod legatum primum non cenſetur
reuocatum per ſecundũ, & ideo nec
etiam vicarium , qui habet ordina-
riam iuriſdictionem , ut dixi ſupra ,
q.55.lib.2.

Tum etiam, quia tutor datus in te
ſtamento non reuocatur per datio-
nem alterius in codicillis.l.2.C.de te
ſta. tut. ideo nec etiam vicarius epi-
ſcopi per conſtitutionem ſecundi,
alia etiam argumenta refert Ioan.de
Selua,d.q.14.& Alphon.d.c.10.nu.7.
cum ſeq.quæ miſſa facio.

Nec aduerſantur,quæ ſuperius di
cta ſũt de procuratore reuocato per
conſtitutionem ſecundi,quia reſpõ-
dit Abb.d.cap. volentes, & Boer.d.q.
347.nu.5. quod plures procuratores
ſe impediunt per concurſum , quia
quandoque vnus affirmat, quod al-
ter negat, per not.in c.pe. de elec.li-
bro 6.Et ideo ius præſumit, quod do
minus dando ſecundum cenſeatur
reuocare primum.Secus in pluribus
ordinarijs,cum habeant poteſtatem
inſolidum,& plures deputari ſoleant





in eodẽ officio, ut facilius poſſit Rei
publicę conſuli.l.unica, ff.de off.con
ſu.ubi Bar.Bal.& alij citati per Boer.
d.q.347.nu.5. & dixi ſup. lib.1.q.50.
& comprobat Ioan.de Selua,d.q.14.
nume.2.

Declaratur, niſi expreſſe,vel taci-
tè ex verbis ſecundæ conſtitutionis
appareret primum vicarium eſſe re-
3 uocatum,probatur in ca. ſi quem,de
procu.in 6.per quem ſic declarat Re
buf.d.tit.for.Vic. Arch.nu.205.

Secundo declaratur, niſi facta fue
rit intimatio, uel notificatio primo
Vicario de conſtitutione ſecundi,qa
4 tunc cenſetur primus reuocatus , &
non tenent geſta per illum poſt noti
ficationem ſicut valent ante,Bal. d.l.
ſolent,§.ſicut,per illum tex.ff.de off.
proconſ. poſt Innoc.c.intimaſti, ext.
de app.Bertach.de epiſ.lib.4.par.6.q.
21.titu. de vic.epiſ.nu.15. vbi allegat
præceptorem ſuum Io.de Prat.d.l.ſi
quis cum procuratorio. §.ſi. ita con-
cludere, & ſic fuiſſe de facto Paduæ
determinatum in q.tunc occurrente
per tex.l.ſi forte,ff.de off.præſ.Rom.
ſing.57.quem cum alijs retulit Boer.
d.q.347. nu.12. Dec.conſ.395. col.2.
Rebuf. loco præcitato , nu.206.210.
& 214. Et quamuis contrarium te-
neant Doct.ſuperius adducti pro af-
firmatiua quos retulit Boer. dicta
quæſtio.347. nume. 8. cum ſequen.
Tamen pręcedens opinio videtur
magis æqua, atque realis , vt inquit
Boer.nu.13.iuribus, & auctoritatib.
per eum adductis,quibus addo Frãc.
Marc.q Delphin.1100.num.10. poſt
Bar.l.2.§.fin.in fi.ff.ſol.mat.

Subdeclaratur , niſi primus Vica-
rius amotus fuiſſet culpa ſua , tunc
5 enim geſta per eum etiam non facta
notificatione ſecundi non valebunt,
Rom.ſing.58. Bertach.tract. de epiſ.
par.6.lib.4.tit.de vic.epiſ.nu.15. per
tex. c.1.§. adijciebatur,de conceſſio.
præben.in 6.

Sed hanc ſubdeclarationem impu
gnat Rebuff.d.titu. forma Vic.Arch.
nu.208.& 209.ea ratione, quia quan
diu geſta a vicario ſuſtinentur ſi non
tendunt in præiudicium tertij , per
regulam l.Barbarius,vbi Docto.ff.de
off.Prætor.c.ad proban.de re iud.ca.
ſi. in fi.extra de accuſa.Fel.cap.cæte-
rum,nume.24. ext.de reſcrip. firmat
Cuc.Inſt.iur.can.de vic.epiſ.nu.149.
Et ad tex. in d.§.adijciebatur, reſpon
detur , quod loquitur de graui deli-
cto depoſitionis, ex quo crimine præ
latus depoſitus etiam ignorans non
poteſt contrahere vti prælatus . Et
ideo non videtur ex illo tex.genera-
liter poſſe inferri, quod qualicunq;
culpa vicarius remoueatur, geſta per
illum non teneant etiam non facta
notificatione.

Et hæc ſententia Rebuf.verior vi-
detur , & probabilior, ponderando
tex.d.§.adijciebatur, qui loquitur de
nullitate contractus initi a Prælato
depoſito uti prælato ea ratione,quia
ibi epiſcopus depoſitus eſt redditus
inhabilis,& priuatus per ſententiam
quæ facit crimen notorium in tan-
tum, quod poteſt alterius prælati fie
ri electio per clericos ad quos ſpe-
ctat,ex dictis per Innocen.c.qualiter
& quando,el 2.§ licet,num.1.Abb.&
Felin.nu.51.& cęteri Canoniſtæ, ex-
tra de accuſatio. Et ideo mirum non
eſt ſi in tam graui culpa depoſitionis
geſta Vicarij non tenent etiam non
facta notificatione de conſtitutione
alterius, quia ip o facto expirat eius
poteſtas , quod clarius firmat Franc.
Marc.q.1120.nu.8.par.1.

6 Vbi dicit,quod depoſito epiſcopo
expirat ipſo facto vicarij poteſtas ,
Quod non eſt dicendum in qualibet
alia culpa per regulã d.l.Barbarius,
cum alijs ſuperius adductis.

Tertio declaratur, quando primus
vicarius habet ſcientiã ſecundæ con-
ſtitutionis, tunc.n.dicitur reuocatus
7 & non valent geſta per eum, dicta l.ſi
forte,ubi glo.& alij, ff.de off. præſid.

per quem dicebat Roma. ſing. 57. in
fine,quod per aduentum ſucceſſoris
intelligitur primus præſes reuoca-
tus,& quod valent eius geſta ſi igno-
rat reuocationem,& ſing. 58. inquit
amotionem iudicis ligare manus
eius quando ſcit,eam ſequitur Fel.c.
cæterum,nume. 11. de reſcr. Vbi di-
cit ſufficere qualiſcunque notitia
8 poſt Calder.conſi. 4. rub.de offi.Vi-
car. ſiue per procuratorem, ſiue per
nuncium, aut amicum abſque eo
quòd mandatum ſiue reuocatio
oſtendatur;& hac partem tenuiſſe Se
nat.Burdegalen.refert Boer.dicta de
ciſ.347.nume.15.poſt glo.in clemen.
cauſam.§.intimatio,de elect. & in c.
cupientes,in prin.in ver.notitiam,de
elect.vbi Gemin.§.1.col.pen.facit il-
lam ſingularem Fran.Marc. d.q.1100.
nume.10.Bertac.de epiſ. par. 7.libro
4.q.21.

9 Sed hanc partem reprobat Boer.
dicta q.347.numero 14.vſque ad 18.
concludens non ſufficere qualemcũ-
que notitiam de creatione ſecundi
notarij vel reuocatione primi aliun-
de habita quam per expreſſam noti-
ficationem,& illum ſequitur Rebuf.
dicto titu.forma vic. Arch.nume 211.
dicens notificationem eſſe per epi-
ſcopum vel procuratorem vel nun-
10 cium eius faciendam vel per epiſco
pi ſecretarium, de mente eiuſdem
Boerij in loco præcitato,numero 17.
Vbi etiam ſubdit eſſe faciendam per
ſecundum Vicarium habentem inti-
mandi aut intimari faciendi,a quibus
non recedo eo caſu quo ſecundus vi
carius eſſet tantum conſtitutus, non
autem quando primus eſſet reuoca-
tus, tum ex argumentis & auctori-
tatibus copioſe adductis per Boer.di
cta q.347.nume.14.& ſeq.tum etiam
quia ſolet quoque ſcienti fieri denũ-
ciatio ad alium effectum quam ad
certiorandum aliquem, ſecundum
Barto. l.2.§.fina.ff.ſolu. matri.Prout
etiam, quia ſtante communi ſenten-
tia relata ſuperius, quòd Vicarius
non cenſeatur reuocatus per conſti
tutionem ſecundi: Non video quo-
modo ſcientia huius ſecundi conſti-
tuti poſſit eius reuocationem cauſa-
re:Nec tex. d.l.ſi forte,ſuperius addu
ctus in contrarium probat aſſum-
ptum,quia cum loquatur de ſucceſ-
ſore præſupponit iam eſſe reuoca-
tum præceſſorem,ſecundum Bal.l.2.
4 oppoſ. C.de liber. præter. vbi dicit
quòd quis ſuccedit in ius alterius p
priuationem, non autem præſuppo
nit ſimpliciter eſſe conſtitutum ſecũ
dum officialem,ſicut nos præſuppo-
nimus, & ideo non eſt ex eo arguen-
dum quòd per ſcientiam de ſecundo
cenſeatur reuocatus primus, quia
poſſibile eſt ſecundum officialem &
Vicarium eſſe conſtitutum,& tamen
primum non eſſe reuocatum, vt dixi
ſupra,libro primo,& hoc ſtante ceſ-
ſat dictum Calder. ſuperius allega-
tum,quia declaratur quando ſecun-
dum reſcriptum non haberet taci-
tam conditionem primi reuocati, vt
tunc ſufficiat qualis qualis notitia
non autem in caſu noſtro, in quo ſe
cunda conſtitutio habet tacitam con
ditionem primæ conſtitutionis,ſci-
licet an velit epiſcopus reuocare pri
mum,& ideo non ſufficit qualis qua-
lis qualis notitia, vt refert d. q.347.
nume 16.quem ſequitur Cucc.Inſti-
tu.iur.cano.de Vic.epiſ.nu.147.cum
ſeq.dicens quòd Vicarius preſumi-
tur in dubio ſuam reuocationem
ignoraſſe, non facta ei intimatio-
ne.

11 Subdeclaratur,niſi geſta poſt reuo
cationem primi eſſent ſciente & pa-
tiente epiſcopo, quia tunc valent &
videtur inſtaurata Vicarij poteſtas,
Boer.d.q.347.in fine, quem ſequitur
Cucc.d.ti.de Vic.epiſ.nu.150.repro-
bata contraria ſentẽtia Rebuf.quem
ſaluat quando interuallum iudicis ar
bitrio declarandum interceſſiſſet à
die reuocationis.





Quarto declaratur, vt locum ha-
beat, quando ſecundus Vicarius eſ-
ſet conſtitutus generalis,nõ ſi ad cer
12 tas cauſas, vel actus:nam tũc primus
non cenſetur reuocatus, Bertach.de
epiſ.par.6.lib.4.tit.de vic.epiſ.nu.151.
in fi.poſt Rot.deciſ.299.

Subdeclaratur, niſi primus etiam
eſſet foraneus, quia per alterum fo-
raneum creatum diceretur reuoca-
tus, Cucc.d.tit.de vic.epiſ.nu.140.

Quinto declaratur,quando ſecun
dus Vicarius eſſet conſtitutus citra
13 reuocationem primi, quia tunc non
cenſetur reuocatus,Caſtren.l.ſi quis
procuratorio, §.fi.ff.de procur.Berta
chin. d.tit. de vic.epiſ.nu.25.

Sexto declaratur,quando ſecunda
conſtitutio Vicarij eſſet nulla: Nam
14 & tunc primus non cenſetur reuo-
catus, Bertach.d.tit.de vi c.epiſc.nu-
me.15.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius non cenſetur reuocatus per epi-
ſcopi præſentiam.*
2 *Niſi abſentia epiſcopi fuiſſet cauſa fina
lis Vicariatus.*
3 *Vicarius deputatus donec alter conua-
luerit, reuocatus cenſetur ipſo recon-
ualeſcente.*
4 *Vicarius nunquam reuocatur ex præſen
tia epiſcopi, quando epiſcopus ſolitus
eſſet Vicarios habere in præſentia.*

## QVAESTIO XXXIIII.

LIcet autem adueniente Principe
ceſſet magiſtratus,c.uolentes,de
priuil.lib.6. c.antiqua, ext. de priuil.
c.ſi quem,de procu.eo.lib.6.Non ta-
1 men cenſebitur vicarius reuocatus
per epiſcopi præſentiam,Io.de Selua
tract.de benef.par.2.q.14.num.2.poſt
Io.And.ad Specu.de off. Vic.Rebuff.
prac.benef.tit.ſor.Vic.Arch.nu.222.
Picar.inter conſi.Menoch.52.nu.73.
vol.1.& dixi ſupra,lib.2.q.Cucc Inſt.
iur.cano.de Vicar. epiſ.nu.156.

Declaratur, quando Vicarius eſ-
ſet conſtitutus ex cauſa abſentię epi
ſcopi; tũc enim per eius præſentiam
2 reuocatus cenſetur,probatur in c. ſi
delegatus, de off.deleg.lib.6.& in d.
cap.ſi quem ſub ea forma, de procu.
in 6.Vant.de null. ſent.tit. de inhab.
ex defec. manda.nu.175.Io.de Selua
tracta. de benef.par.2.q.14.nu.2.& 3.
dicens vicariatum finiri epiſcopo re
uerſo,ſi abſentia epiſcopi fuerit cau-
ſa finalis Vicariatus.

3 Prout etiam, quando datus eſſet
Vicarius donec alius conualuerit,
Aegid.concl.135.ſi epiſcopus, Vant.
de null.ex def.manda.nu.175.

4 Subdeclaratur,niſi epiſcopus ſoli-
tus eſſet vicarium habere in eius prę
ſentia,Io. de Sel.d q.15.nu.17.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi ignorãs reuocationem
ſui Vicariatus,& creationem ſui ſuc
ceſſoris debet habere ſalarium.*

## QVAESTIO XXXV.

QVandiu autem Vicarius epiſco
pi ignorat reuocationem ſui
Vicariatus, & ſucceſſoris
1 creationem, conſequi debere ſala-
rium ſcribit Rebuff.prac. de nomin.
quæſtione decimaquarta, nume.71.
poſt Roman.l.diem functo, ff.de off.
aſſeſſor.

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficiorum facta per Vicariũ
epiſcopi reuocatum non tenet regula-
riter.*

2 *Etiam ſi reuocatio non eſſet intimata*
*Vicario.*
*At contra, quando non eſt facta intima*
*tio, nu.6.*
10 *Ampliatur idem in inſinuatione nomi-*
*nationis ad collationem beneficij.*
3 *Legati geſta non valent, quando fuit re-*
*uocatus à Papa, licet ignoretur reuo-*
*catio.*
*At contra, etiam ſi fuerit reuocatus in*
*publico conciſtorio, nu.7.*
11 *Collatio beneficij facta à Vicario epiſco*
*pi reuocato tenet ſciente, & patiente*
*epiſcopo, etiam facta reuocationis no-*
*tificatione.*
4 *Matrimonium contractum per procura-*
*torem reuocatum, non tenet etiam ſi*
*reuocatio ignoretur, & nu.5.*
8 *Reſignatio facta in manibus Vicarij re-*
*uocati per mortem epiſcopi ante noti-*
*tiam obitus, valet.*
9 *Vicarius epiſcopi mortui in longinquis*
*beneficia conferre poteſt non data*
*ſcientia mortis.*
12 *Collationis nulliter factæ ratificatio nō*
*tenet, niſi de nouo conferatur.*

## QVAEST. XXXVI.

CAeterum collatio beneficiorum
facta per Vicarium epiſcopi, qui
1 reuocatus eſt, non tenet regulariter
ſecundum Bald.l.ſolent,§.ſicut,ff.de
off.proconſu. Calder.conſi.4.rub.de
off.Vic.Rom.ſingu.57.poſt Canoni-
ſtas,c.1.de off.Vic.in 6.Franc.c.fin.in
ſi.verſ.quid autem, de proc.eo.lib.6.
vbi citat Zabar.clem.1.in 5.oppoſ.de
renunciat. Alber.l.ſi pater, per illum
tex.ff.de manumiſ.vind. late Boer.q.
347.per totam, Rebuff.pract.benefi.
tit.for.Vic.Arch.nu.210.

Ampliatur, etiam ſi reuocatio non
eſſet vicario intimata, Boer.d.q.347.
2 nu.10. cum ſeq.poſt Franc.Calder.&
Card. in locis ſuperius citatis ex c.ſi
tibi abſenti, de præb.lib.6 & c.dudū,
§.nos igitur, eo.titu. & d.l.ſi pater, ff.
de manumiſ.vind. Vbi inquit Alber.
quod ſi Papa mittit legatum ad ali-
quas partes, deinde illum reuocaue-
3 rit non tenent geſta per eundem.
etiam ſi reuocatio ignoretur. Et ra-
tio eſt, quia ſicut matrimonium con
4 tractum per procuratorem reuoca-
tum non tenet, etiam ſi reuocatio
ignoretur, l.ſi pęnituit, ff.de diuor.c.
fin.§. fin.de procur.libro ſexto, Feli.
cap.ex parte decani, nu. 10. de reſcri.
poſt glo.magnam, in fine, in cap. nec
illud, vbi Archid.30.q.5. Ita ſpiritua
5 le matrimoniū contractum per pro-
curatorem reuocatum non tenet,
quamuis non fuerit reuocatio inti-
mata, vt firmant Lap.Anchar.Franc.
& alij, dicto cap.fin. de proc.in 6.Fel.
dicto cap. ex parte decani, nume.11.
de reſcrip.Pau.de Caſt.conſi.361.vo
lumine primo, Crauet. qui plura ſi-
milia congerit, conſi.76.nume.3.Io.
de Selua, tract. de benef.par.2.q.14.
nu.13.cum ſeq.

Sed, quod valeat collatio facta per
6 primum Vicarium reuocatum non
facta intimatione reuocationis, aut
reuocationis ſecundi, tenet Bal.l.ſo-
lent,§.ſicut,ff.de off.proconſ.Bertac.
tract.de epiſ.par.1.lib.4.q.21.poſt Io.
de Pratis præceptorem ſuum, in l. ſi
quis cum procuratorio,§.fi.ff.de pro
cur.referentem ſic fuiſſe de facto Pa
duæ determinatum in quæſtione tūc
occurrenti, Roman.ſingu.57.dicens
hanc quæſtionem fuiſſe Romæ inter
dominos Cardinales diſputatam, &
determinatam, quem refert, & ſequi
tur Boer. dicta deciſ.347.nume.12.
& 13. Dicens hanc ſententiam eſſe
magis ęquam, & realem, & referens,
ita tenere Doctores, qui ſunt in ea
ſententia, quod Vicarius non cenſea
tur reuocatus per conſtitutionem ſe
cundi, firmat Rebuff. dicto titu. for-
ma Vicar.Arch.numero 210.cum ſe-
quen.& titu.de ſimon.in reſign. nu-
me.4.& ſequen.vbi alios citat, & tra-
cta.nominat.quæſtio.14.numero 71.





per tex.l.ſi forte. ff. de off. Præſ. quē
citauit in propoſito, Roma. d. ſing.
57.& ſing.566. vna cum concordan-
tibus adductis per Boer. dicta deciſ.
347.nume.13. ſubdens quòd alias eſ
ſet decipere & fraudare impetrantes
ac nominatos & graduatos, qui à Vi-
carijs clam, & ſecrete forte reuoca-
tis & ignorantibus reuocationem ob
tinuiſſent collationem. & quia tenēt
geſta per legatum à Papa reuocatum
in publico conciſtorio ante reuoca-
tionis notitiam, Calder. conſi.4.de
off.lega.Feli.c.cæterum, nu. 11.circa
prin.extra de reſcript. ſubdens quòd
in dubio præſumitur reuocatio inco
gnita, & Calder.ſequitur Alber.l.Bar
barius, col.penul.ff. de offi.Prætor.&
Boer.poſt alios quos allegat, dicta de
ciſ.347. numero decimo, cum ſequē.
Vbi reſpondet ſingulis quæ ſupra in
contrarium ſcripta ſunt, & Crauet.
conſi.76.nume.30. hanc etiam par-
tem multis confirmat Dec.conſ.295.
numero quinto, vbi Graua.in Apoſt.
citat pro concordanti Iaſ.l.more, nu
me.10. ff. de iuriſd. om.iud.Dec.c.ſi
duobus, nume.12. extra, de appella.
Lancellot.tract.de attēta.2.par.c.10.
nume.23.dicens, conſilium Decij
alias fuiſſe canonizatum per Domi-
nos de Rota in vna Nonaburgen.co
ram Simoneta, aſſerentes ita reper-
tum fuiſſe adnotatum per Tarquin.
de Sancta.Cruce ad Fran.c.vt noſtrū
extra, de appella.& quòd ita fuit ten-
tum in vna Lucen. Canonicatus co-
ram A.Auguſtino ſub die 26.Ianua-
rij 1546.& eſt deciſio reccoll. Put.3.
collatio Vicarij, ſub rub.de off.deleg.
& Vicar.Rebuf.in rep.c.poſtulaſti, ex
tra de cler. excom.min.nu.341.tomo
4.poſt hęc ſcripta viſus, & alias valere
8 reſignationem factam in manibus
Vicarij reuocati per mortem epiſco-
pi ante notitiam obitus, deciſum fuit
in Rota, teſte Moh. deciſ.215.Aug.
293.libro tertio, Put. deciſ. 3. de off.
Vica.

Pro ut quòd Vicarius epiſcopi cō
ferre poſſit beneficia mortuo epiſco
po in longinquis, non data ſcientia
mortis, tenet Chiſ.deciſ.139. & ean-
dem partem ampliatam etiam in in-
ſinuatione nominationis ad bene-
10 ficij collationem quæ à reuocato vi
cario epiſcopi facta eſt ipſo reuoca-
tionem ignorante, late extendit Re-
buf.tract.nominat.q.14. numero 70.
cum ſequen.

11 Declaratur, niſi collatio facta eſſet
poſt reuocationem Vicario intima-
tam, ſciente & patiente epiſcopo, qa
tunc valebit tanquam renouata ſit
poteſtas, Boer.dicta q.347.in fine, re
fert Rebuf.dicto titu.forma vica.Ar
chi. nu. 213. & à Boer.diſſentiens ea
ratione, quia conferendi poteſtas ta-
cite non datur niſi expreſſe conſti-
tuatur, c.fi.de off.Vica.in ſexto.quod
verum credo, quia ratificatio collatio
nis nulliter factæ non tenet niſi qua-
tenus de nouo conferatur, Guido Pa
12 pæ, conſi.189.Rebuf.titu.forma vic.
Arch.numero 11.poſt Doct.in capi-
tulo, ratihabitionem, de regu.iur.in
ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnæ indignè conferentium quæ, remiſ-*
*ſiue.*
3 *Epiſcopus cuius Vicarius indigno contu-*
*lit beneficium, an ſit priuatus poteſta-*
*te conferendi. & nu.4.*
2 *Dolus Vicarij imputari non debet epiſco*
*po, qui non eſt in culpa.*

## QVAESTIO XXXVII.

ET quoniam conferentes indignis
ſubiacent multis pœnis, quas re-
1 cenſet Rebuff.pract.benefi.titu.pœ-
næ colla. indig. confer. per totum.

Si vicarius contulerit beneficium in
digno, non eſſe epiſcopum conferen
di poteſtate priuatum, ex eo deduci
2 tur, quia dolus vicarij non debet im-
putari epiſcopo, qui nõ eſt in culpa:
Et ideo ad ipſum epiſcopum reuer-
ſa eſt poteſtas. l. 1. §. ſi procurator. ff.
ſi quis iuſdic. non obtemper. l. credi-
tor. §. Lucius, ubi Caſtren. ff. manda.
ca. ſi compromiſſarius, de elec. lib. 6.
Domin. conſi. 114. Dec. conſi. 142. nu
me. 3. Et cum epiſcopus non pecca-
uerit, puniri non debet. l. ſancimus,
C. de pęn. l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi.
teſta. ex quibus hanc concluſionem
formauit Rebuf. prac. benef. tit. for.
3 Vica. Arch. nu. 140. Vbi declarat, niſi
epiſcopus habuerit ratam collatio-
nem, vel dederit vicario poteſtatem
4 conferendi indigno, quibus caſib. epi
ſcopus eſſet cõferendi poteſtate pri-
uatus, per tex. in d. c. ſi compromiſſa
rius, & ita debet intelligi dictũ eiuſ-
dem Rebuf. tract. nomin. q. 14. nume
ro ſexageſimotertio, qui diuerſum
ſentire videtur.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius, qui contulit beneficium indi-
gno, non poteſt illud conferre digno.
Ampliatur, nu. 3. & 4.*
2 *Beneficiorum collatio conceſſa Vicario, in
telligitur de prima vice;*

## QVAESTIO XXXVIII.

VBi autem vicarius contulerit be
neficiũ indigno, digno amplius
illud non poterit conferre tanquam
functus officio ſuo, c. ſi compromiſ-
1 ſarius, de elect. in 6. Sicut iudex, qui
ſententiam protulit, quam reuocare
non poteſt. l. iudex, ff. de re iud. cap.
in litteris, extra de officio delega.

2 Prout etiam, quia poteſtas confe-
rendi data illi per epiſcopum intelli-
gitur de prima vocatione, argu. l. bo-
ues, §. hoc ſermone, ff. de ver. ſig. cap.
non poteſt, in fi. de præben. lib. 6. qui
bus, & ſimilib. alijs probat hanc con-
cluſionem, Rebuſſ. pract. benef. titu.
forma vicar. Archi. nume. 146. cum
ſequen.
3 Et in delegatis inferiorum a Papa
comprobat eandem ſententiam, Cę-
phal. conſi. 359. nume. 66. in 3. quam-
uis aliter ſentiat in ordinarijs, & de-
legatis Papæ, vt patet in dicto conſi.
edito ad fauorem Illuſtriſſimi, & Re
uerendiſſimi Dom. Cardinalis Eſtẽ-
ſtis, qui denuo collationem benefi-
cij facere volebat, quando prima col
latio erat nulla.
4 Ampliatur, vt facta collatione in-
habili per Vicarium poteſtas non de
uoluatur ad epiſcopum, ſed ad Ar-
chiepiſcopum, ſecundum Rebuf. tra
cta. nomin. q. 14. num. 63. Quia de ſe
queri debet, qui talem elegit. Quod
verum non putarem, niſi epiſcopus
eſſet in culpa, iuxta ea, quæ ſcripſi ſu
pra, q. 30. & propius proxima quæſt.
præcedenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus cauſam pendentem coram
eius Vicario poteſt ad ſe auocare.
Et quilibet inferior, nu. 3.
Ampliatur, nu. 4. & ſeq.
Declaratur, nu. 6.*
2 *Epiſcopus cauſas per ſe audire non pro-
hibetur, licet habeat Vicarium.*
6 *Epiſcopus non poteſt auocare ad ſe cau-
ſam vertentem coram Archidiacono,
vel alio inferiore ordinario.*

## QVAESTIO XXXIX.

VLterius quęro, an epiſcopus poſ
ſit cauſam coram eius Vicario
pendentem ad ſe auocare, & prohi-
bere illi ne iudicet in ea cauſa.





Et poſſe ſcribit Gemin. capit. licet,
1 num. 11. de off. vic. in 6. dicens, quod
Vicarius non poteſt poſtea ſe intro-
mittere, quia quantum ad illam cau-
ſam habetur pro reuocato, poſt La-
pum ibi relatum ſequitur Franc. col.
2. verſ. ſecundo limita, Calder. conſi-
lio 2. tit. de off. vic. Abb. c. ſi quis con-
tra, in prima lec. nu. 25. & in 2. nu. 30.
extra de foro compet. poſt Io. Andr.
c. Romana, in princ. in uer. idem, &
ibi Innoc. & Archid. in fi. 1. col. de ap
pel. in 6. Bertach. de epiſ. lib. 4. par. 8.
tit. de Vic. epiſ. nu. 19. & par. 5. tit. de
auct. epiſc. circa iud. nume. 61. Toloſ.
q. 480. vbi etiam Aufrer. in annotat.
poſt Gemin. d. c. Romana, & Abb. ca.
vt noſtrum, nu. 2. Franc. not. 3. Dec.
in princ. extra de appel. Felin. c. quo-
niam, in fine, extra de officio ordin.
2 Dicens epiſcopum habentem Vica-
rium non prohiberi cauſas per ſe au
dire, Maran. de ord. iud. par. 4. diſt. 16.
Brugen. enchir. par. aut ſimil. iur. in
ver. iudicium officialis, circa mediũ,
Gaſpar Caballi. in addit. ad conſtitu.
Aegid. lib. 3. cap. 17. nu. 4. poſt Rip. c.
cum M. nume. 195. extra de conſtit.
Couar. lib. pract. q. c. 9. Rebuſſ. de no
minat. in præfat. nu. 39. Bertran. con-
ſil. 9. num. 10. in 8. Bero. conſi. 22. nu-
me. 34. vol. 1. Cucc. Inſtitu. iur. cano.
de epiſ. nu. 189.
Moti ea ratione, quia ſi epiſcopus
poteſt ex toto reuocare vicarium ad
libitum, vt ſcripſi ſupra, q. 32. ita etiã
ex parte prohibendo illi ne iudicet
in cauſa. l. quæ de toto. ff. de rei ven-
dica. c. paſtoralis. §. item cum totum,
extra de off. deleg. Prout etiam, quia
quilibet inferior auocando ad ſe cau
3 ſam coram Vicario ſuo pendentem
videtur eius iuriſdictionem ſuſpen-
dere quoad illam cauſam, Abb. dicto
cap. ut noſtrum, nume. 3. ubi etiam
Dec. & alij, & not. in ca. fi. de off. ord.
libro 6.
Ampliatur, ut non ſolum prohibe
re poſſit Vicario ne procedat in cau
4 ſa, uerum etiam delegato ſui eiuſdẽ
Vicarij, Bertach. de epiſ. lib. 4. par. 5.
titu. de pot. & auc. epiſ. circa iud. nu-
me. 52. poſt Bar. l. iudicium ſoluitur,
ff. de iudic.
5 Secundo ampliatur, ut geſta Vica
rij in illa cauſa poſt auocationem, vel
prohibitionem ab epiſcopo factam
non valeant, Toloſ. d. q. 480. ubi etiã
Aufrer. & Dec. dicto ca. ut noſtrum,
in princip. & ibi Franc. not. 3. in ver.
vltimo.
Declaratur, ut non poſſit auocare
6 ad ſe cauſam vertentem coram alio
inferiore ordinario, ut Archidiaco-
no, vel Abbate, Bertach. dicto tracta.
de epiſ. lib. 4. par. 5. tit. de auct. epiſc.
circa iud. nu. 41. poſt Archid. c. de per
ſona, 11. q. 1. Io. de Imo. c. paſtoralis,
extra de off. ord. Frãc. c. ut noſtrum,
not. 3. & verſicu. vltimo, extra de ap-
pellat.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius non poteſt prohibere epiſcopo ne
iudicet in cauſa pendente coram ip-
ſo epiſcopo.*
2 *Nec quidquam ordinare aduerſus fa-
cta epiſcopi, niſi habeat ſpeciale man-
datum.*

## QVAESTIO XL.

E Conuerſo autem Vicarium pro-
hibere non poſſe epiſcopo ne iu-
dicet in cauſa corã ipſo epiſcopo pen
dente, tradit Io. Andr. c. Romana, in
princ. ver. idem, de appel. in 6. firmat
1 Brugen. enchir. par. aut ſimil. iur. in
ver. iudicium officialis, circa mediũ,
2 & alias Vicarium ſine ſpeciali man-
dato epiſcopi, nihil poſſe aduerſus
epiſcopi facta ordinare, reſpõdit Ber
trand. conſi. ... vol. ...

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus venire poteſt contra compoſitionem factam cum Vicario de pęna depoſitionis in pecuniariam.*
*Ampliatur,nu.5.*
2 *Baro, an poßit reuocare compoſitionem ſui officialis,remißiue.*
3 *Pœna depoſitionis non poteſt commutari in pecuniariam, niſi ab habente poteſtatem diſpenſandi ſuper crimine.*
4 *Epiſcopus ſine cauſa diſpenſans ſuper pœna depoſitionis peccat.*

# QVAESTIO XLI.

SEd an epiſcopus uenire poſſit con
tra compoſitionem factam cum vi
cario ſuo de pœna depoſitionis pro
crimine in pecuniariam tranſmuta-
1 ta. Et quod poſſit,reſpondit Paul.de
Caſt. conſil.348.col.1.vol.1.Dicens,
quod non obſtante compoſitione fa
cta per vicarium,poteſt epiſcopus de
nouo inquirere, & conuictum depo-
nere,Bertac. de epiſ.lib.4.par.5.titu.
de auct.epiſ.circa iud.nu.53.& par.6.
tit.de vic.epiſ.nu.11.in fi.Rebuf.pra-
cti.benef.tit.for. Vic.Arch.num.153.
& 154.Clar.prac.crim.§.fin.q.57.ver
ſicu.dictum eſt,in fine & de Barone,
2 qui vult reuocare cōpoſitionem ſui
officialis, Carauit.ritu 273.nume.6.
Et ratio eſt, quia pœna depoſitionis
non poteſt tranſmutari in pecunia-
riam, niſi per eum,qui habebat pote
ſtatem diſpenſandi de crimine, cap.
3 licet, & ibi glo.de pœn.ſequitur Ber
tach.dicto titu.de pot. epiſ.circa iud.
num.53.vbi ampliat peccare epiſco-
4 pum ſine cauſa diſpenſantem ſuper
pœna depoſitionis tranſmutando il-
lam in pecuniariam, Mil. in repert.
ver.vicarius epiſcopi.
Ampliatur,etiam ſi vicarius habe
ret mandatum ſpeciale ad diſpenſan
dum, vt dixi ſupra, libro ſecundo,
quæſtio.37.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia cathedralis vacat per renunciationem,ſicut per mortem.*
*Eccleſia cathedralis, quot modis vacare dicatur,& nu.3.cum ſeq.*
2 *Renunciatione epiſcopatus expirat Vicarij poteſtas.*
*Vicarij geſta poſt reſignationem epiſcopatus,quando valeant.*
3 *Mors ciuilis, quando æquiparetur naturali.*
4 *Vicarij poteſtas, quibus modis expiret.*
5 *Epiſcopo tranſlato, an valeant geſta Vicarij.*
*Declaratur,nu.6.*
7 *Vicarius epiſcopi non habet iuriſdictionem cohærentem territorio.*
8 *Vicarij capituli ſede vacante poteſtas expirat per adeptionem poſſeſsionis epiſcopatus noui prælati.*
9 *Epiſcopus nouus ſi Vicarium veterem idoneum repererit, debet illum confirmare.*
10 *Permutatione epiſcopatus non expirat Vicarij poteſtas.*
*Declaratur,nu.11.*

# QVAESTIO XLII.

DIcitur etiam eccleſia cathedra-
lis vacare per renunciationem,
1 quemadmodum per mortem epiſco
pi,c.1.de renunc.lib.6.glo. in c.ſi cui
nulla,in ver.moritur,de præb.eo.lib.
& in c.ſi epiſcopus, in ver. mortem,
de reſcr.eo.lib.6.Franc.Marc.q.1120.
nu.2. poſt Canoniſt.in c.2.de præbē.
eo.lib.6.
Ideo quæro,an per renunciationē
2 epiſcopatus expiret vicarij poteſtas?
Et expirare ſcribit Franc.Marc.dicta
quæſt.1120. numero primo,Rebuff.
pract. benef.titu.forma Vicar.Arch.
numero 219. ſcribit alia in propoſi-
to,Vant.de null.ſent.tit.de nul.ſent.
ex



ex def.mand.nu.168.& 171.Peregr.de
ciſ.Rot. 158. libro 2. vbi tradit geſta
Vicarij poſt eccleſiæ reſignationem
valere,ante tamen notitiam reſigna
tionis.& an poſſit alium loco ſui ſub-
ſtituere ſi habet facultatem ſubſtituē
di in caſu abſentiæ.
3 Nam paria ſunt vacare eccleſia
per renunciationem & per mortem,
ſecundum Canoniſtas, c. 2.de præb.
in 6. & mors ciuilis in hoc caſu ęqui-
paratur naturali,glo. c.ſi propter tua
debita,in ver.vacabit,de reſcrip. lib.
6.& capitu.ſi epiſcopus,in ver. ſed ca
pitulum,de ſuppl.neglig.prælal.in 6.
ideo ſicut morte epiſcopi naturali va
cat eccleſia & expirat Vicarij pote-
ſtas,vt ſuperius dictum fuit & dicam
in q. ſeq. ita etiam per renunciatio-
nem,& ſic per mortem ciuilem,ſecū
dum ſupradicta,& firmat Cucc.Inſt.
iur.can.de vic.epiſ.nu.153.
4 Ampliatur ſiue eccleſia vacet per
renunciationem ſiue per depoſitio-
nem epiſcopi,per ceſſionem, tranſla
tionem,relegationem,ingreſſum reli
gionis,vel quocunque alio modo,de
quo glo. dicto capitulo,ſi propter,in
ver.vacabit,& dicto capi.ſi epiſcopus
de ſuppl.negli.præla.lib. 6.& ibi glo.
ſuper verſi.mortem, & tradit Franc.
dicta q.1120.nu.3.& nu.8.poſt Card.
cle.fina.q.14.de procur.Calder.conſi.
vltimo,titu.de ſent.& re iud.Vant.di
cto titu.de null.ex def.manda. nume
ro 168.& 171.& 175. Namque, cum
principalis conſtituens deſinat eſſe
dominus vel quaſi illius rei,cuius
contemplatione conſtituerat Vica-
rium,ceſſante cauſa præſumitur ceſ-
ſare voluntas & diſſolui mandatum,
ex quo videtur à principio adiecta
vel ſaltem tacita ineſſe cōditio,quòd
in eodem ſtatu maneat,l.cum quis,in
prin.ff.de ſol.l.ſi cum Cornelius, vbi
Bar.eo.ti.cum adductis,per Crauet.
conſilio 95.columna ſecunda, verſi-
culo,principaliter. & Vant. in loco
præcitato.

Secundo ampliatur, etiam ſi epi-
ſcopus eſſet ignorans tranſlationis
epiſcopatus,Calder.dicto conſi.vlt.ti
tu.de ſent.& re iud.dicens non vale-
re geſta per Vicarium poſt tranſla-
tionem epiſcopi etiam ignorantis,ſe
5 quitur Fran.Marc.d.q.1120.n.4.& ſe-
quen. & nu.11. ea ratione,quia abdi
cata erat poteſtas epiſcopi, c. quia in
cunctis, §. adijciebatur, de conceſſ.
præb.libro 6.Franc.capitu. cæterum,
de reſcr.
6 Declaratur hęc ampliatio,quando
ſummus Pontifex epiſcopi tranſla-
tionem admiſiſſet,Franc. Marc.dicta
q.1120.nume.4.& ſeq.poſt Calder. di
cto conſi. vlti.
7 Tertio ampliatur,vt expiret Vica-
rij poteſtas etiam ante aduentum ſuc
ceſſoris,Franc. Marc. d. q.1120.nu.8.
quia Vicarius non habet iuriſdictio-
nem cohærentem territorio prin-
cipaliter,ſed acceſſorie, & ideo non
obſtat tex.l. meminiſſe. ff. de officio
Proconſ. & l. ſi forte. ff. de offi.præſ.
qui loquuntur de ordinario habente
iuriſdictionem principaliter cohæ-
rentem territorio,non autem acceſ-
ſorie,ſicut habet Vicarius cuius pote
ſtas ideo ipſo facto expirauit,l. quod
Principi, & l.ſi Auguſtæ. ff. de leg.2.
Franc.Marc.dicta q. 1120.poſt Bar.
Alex.& Iaſ.l. more, & l. & quia. ff.de
iuriſd.om.iud.
Quarto ampliatur etiam in Vica-
rio capituli ſede vacāte, cuius etiam
poteſtas ceſſabit ceſſante capituli po
8 teſtate per adeptionem poſſeſſionis
epiſcopatus noui prælati,Franc.Paui.
de pot.cap.ſede vac.par.2.q.10.col.6.
ver.adde ēt ꝙ poteſtas,nu. 19.dicens
ita ſeruari de conſuetudine,niſi offi-
9 cialis per nouum epiſcopū confirme
tur,quod plerūque fit qñ idoneus ex
inquiſitione reperitur,ſeqtur illū Re
buf.d.ti.for.vic.Arch.nu.220.& 221.
Declaratur ſuprapoſita principa-
lis concluſio,vbi epiſcopatus eſſet cū
10 alio permutatus,tunc enim non re-
uoca-

uocatur ipſo iure poteſtas Vicarij,
ſed nouus epiſcopus poterit illum re
uocare, Cald.conſi.4.de reſcrip. Re
buf.d.tit.for.vic.Arch.num.225.Vbi
etiam ſubdit valere interim geſta vi
carii,niſi nouus epiſcopus alium cō-
ſtituerit,& ipſi Vicario alterius epi-
ſcopi conſtitutionem notificauerit,
qua de re ſcripſi ſupra, q.33. & poſt
Soc.conſ.27.lib.3.comprobat Cucc.
Inſt.iur.can.de vic.epiſ.num.155.

Hæc tamen declaratio videtur pe
11 riculoſa, quia eccleſia vacat etiam
permutatione, gl.dicto c.ſi propter.
in ver.vacabūt, de reſcr.in 6.Et ideo
videtur expirare poteſtas Vicarij va
cante eccleſia,ſper ea quæ ſuperius
ſcripta ſunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarij tranſlati de officio ad aliud,ge-
ſta valent.*

## QVAESTIO XLIII.

CAEterum ſi vicarius fuerit trāſ
latus de officio ad aliud, geſta
1 eiuſdem tranſlati valere reſpondit
Calder. conſi.10.tit. de re iud.quem
refert Pauin.de pot. cap. ſede vac.2.
par.prin.q.10. nu.15.Cucc. Inſt.iur.
can.de vic.epiſ.nu.153.

*SVMMARIVM.*

1 *Morte epiſcopi,vel vicarij poteſtas vica-
rij expirat.*

## QVAESTIO XLIIII.

MOrte autem epiſcopi ſicut vi-
carij expirare eius poteſtatem
1 probat tex.c.ſi gratioſe, de reſcr.lib.
6.c.illa, & c.fi.ne ſede vacan. c.cum
olim,extra de maior.& obed.melior
eſt tex.clemen.fin. cum gloſ. in ver.
conteſtata,de procur.Hoſt.c.quoniā
de offi. deleg.Io. And. Butr.nume.9.
& alij, c.tua,extra de off.Vic.Archid.
c.Romana,in fine, Gemi.num.6.de
off.vic.in 6.Ancha.Gemin. & Franc.
c.2.eod.tit.& libro.Imola,clemen.2.
num.12.& 35.de reſcr.Bal.l.aliquan-
do,nu.8.extra de offi.Proconſ.Fran.
Marc.q.Delph.1120.num.1.Calder.
conſi.2.de offic.Vic. Cardin. Zabar.
conſi.70.num.2.Paui.de offic.& pot.
cap.ſede vacan.2.par.princ.q.10.col.
4.nu.12. Rebuf. prac. benef. tit.for.
vic. arch. num.216. Gabriel.Roma.
quamuis,de prædictis non faciat mē
tionem,tit.de procur. concluſ.3.nu.
10.Couar.de pract.q.c.3.nu.4.

*SVMMARIVM.*

1 *Mortuo epiſcopo vicarius non poteſt expe
dire cauſas cęptas illo viuente.
Contra,nu.3.*
2 *Iuriſdictio iudicis durat poſt mortem
conſtituentis re non integra.*
4 *Auditores Rotæ habent ordinariam co-
gnitionem cauſarum ſolum viuente
Papa.*
5 *Capitulum mortuo epiſcopo ſuccedit in
iuriſdictione etiam quoad vicarij con
ſtitutionem.*

## QVAESTIO XLV.

CAuſas autem epiſcopo viuente
cęptas poſt eius mortem poſſe
expediri per vicarium ea ratione,
quia res deſinit eſſe integra per quē
cunque actum & exercitium iuriſdi
1 ctionis, tradit Alex.l.more,num.32.
ff.de iuriſ.om.iud. poſt gl.c.cum plu
res,



res,in ver.inchoante, de offic.deleg.
in 6.Et re non integra, iuriſdictio iu
2 dicis durat poſt mortem conſtituen
tis,l.& quia.vbi Bar. Ale. & cæteri.ff.
de iuriſd.om.iud.Alex.d.l.more, nu.
29.& quoad cauſas cæptas,glo. dicto
c.2.in ver.declaramus, Franc. c.2. in
vlt. not. de conſuet. libro 6. dicens,
quòd vicarius poteſt finire cauſam
cæptam per epiſcopum, & econtra.

Sed contrariam partem, quòd ſci-
licet Vicarius cauſas cæptas viuo epi
3 ſcopo, non poſſit illo mortuo perfi-
cere,tenuit Specul.de offic. ord. §.1.
verſ. quid de auditoribus, & clarius
tit.de iud. ord. & de auditoribus, in
ver.nota quòd vicarius, Archid.c.1.in
fine,de offic.vic.in 6.Bal.ad Spec.tit.
de off.ord.§.1. ver.auditores autem.
quem refert,& ſequitur Rebuf.prac.
benef.tit. for. Vic.arch.nu.162. poſt
Bertac. trac.de epiſ. lib.4. paa.7. q.6.
nu.4.iterum, Bal.l.aliquando, nu.7.
ff.de offi.Proconſ.Franc.Marc.q.Del
phin.1120.num.1.par.2.Bero.c.quo
niam Abbas,num.100. extra de offi.
deleg.Gabr.lib.2.tit.de procur.con-
cluſ.3.num.10. poſt gloſ.clemen.fin.
verſ.facit decretal. & ibi Card.col.5.
ver.ad id quod oppono, & Imo.col.
fin.verſ.demum glo.de procur.Con
rad.tit.de offi.Vic.nu.7. Cucc. Inſt.
iur.can. de vic. epiſ. nu.133. Mouen-
tur ex not.per Specul. d.tit. de offic.
ord.§.1.ver.auditores autem.vbi au-
4 ditores Rotæ, qui vice Papæ viuen-
tis cauſas audiunt, eo mortuo illas
etiam cæptas in eius vita audire nō
poſſunt ea ratione, quia ſolum vi-
uente Papa habent ordinariam co-
gnitionem,quod etiam ſenſit Veſtr.
in prac.lib.2.c.17.num.2. Prout etiā
quia mortuo epiſcopo expirare Vi-
carii poteſtatem, & iuriſdictionem
ſatis dixi in proxima præcedenti,
quæſt.44.

Nec aduerſantur,quæ ſupra in cō
trarium ſcripta ſunt,quia non loquū
tur de Vicario epiſcopi, qui morte
epiſcopi ſtatim dicitur reuocatus, vt
dixi in dicta præced. q.nec Franc.ali
ter ſenſit, dicto c.2. niſi de cauſa cæ-
pta per illum qui viuit non ſi mor-
tuus eſt. Et quemadmodum iuriſdi-
ctio epiſcopi morte eius expirat & il
5 li capitulum ſuccedit etiam quoad vi
carij conſtitutionem, vt per Fel.c.eā
te,nu.9. extra de maio. & obed. ite-
rum Abb.c.irrefragabili,num.9.cir-
ca prin. extra de off.ord. Fel.c.paſto-
ralis,num.8.extra de offi.ord.Dec.c.
quoniam Abbas,nu.15. extra de offi.
deleg. Concil. Trid. c.16.ſeſſ.24. Ita
etiam expirat iuriſdictio ſui vicarii
qui idē tribunal, auditorium, perſo
nam, & officium habet cum epiſco-
po,vt dixi ſupra,lib.2.q.57.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi,cui fuit commiſſa cau
ſa ſub expreſſo nomine proprio,poteſt
adhuc in ea procedere,quamuis de-
ſinat eſſe Vicarius.
Ampliatur,nu.2.
Declaratur,nu.3.& 4.*

## QVAESTIO XLVI.

NOn tamen vicarius epiſcopi,
cui cauſa commiſſa eſt ſub ex-
1 preſſo nomine proprio, deſinens eſ-
ſe vicarius prohibetur in illa cauſa
procedere,ſecundum glo. clemen.2.
in ver.principalis,de reſcri. ſequitur
Card.ibi, nu.7.Imola, num.11.& 13.
Franc. c.ſtatutum, col.1. poſt gl.ibi,
ver.3. aduerte,& uer.quarto,aduer-
te,Gemin.numero 8.de reſcrip.in 6.
Barbat.ad Bar.l.quod principi. ff. de
leg. 2.Abb.c.quoniam, num.10. Fel.
num.7.poſt Imo.ibi,col.8.de offi.de-
leg.Pauin.de poteſt.cap. ſede vacan.
par.2.q.10.nu.13.in fine.

Am-

Ampliatur idem in legato de late
re, qui adhuc poteſt in cauſa proce-
2 dere etiam ſi deſinat eſſe legatus,
quando tamen cauſa fuit ſibi com-
miſſa ſub nomine proprio, Franc. d.
c.ſtatutum, colum. 2. verſ. 3. aduerte,
poſt Imo. d. c. quoniam, col. 8, Specu.
de legat. §. ſupereſt, verſ. ſed pone.
Declaratur, quando Vicarius cæpiſ
ſet de cauſa cognoſcere, glo. d. clem.
3 2. dicto verſ. principalis, quam ſe-
quuntur ibi Doct. & declarat Franc.
d. c. ſtatutum, dicta col. 2. verſ. tertio
aduerte, poſt Imo. d. c. quoniam.
Secundo declaratur, niſi Vicarius
contraxiſſet inhabilitatem, per quã
fieret incapax iuriſdictionis eccleſię,
4 Pauin. dicta q. 10. num. 3. plura ſcri-
bit Archid. dicto c. ſtatutum, num. 3.
Gem. num. 8. Bal. l. generaliter, nu. 9.
C. de epiſ. & cler.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius finito officio non poteſt proce-
dere in cauſa ſibi commiſſa ratione
officij.*
*Ampliatur, nu. 2. & 3.*
*Declaratur, nu. 4.*
*Subdeclaratur, nu. 5. & 6.*

## QVAESTIO XLVII.

SIcut etiam non poterit vicarius
finito officio procedere in illa
cauſa, quæ illi commiſſa fuerit non
1 ſub nomine proprio, ſed ſub nomi-
ne dignitatis, glo. clem. 2. verſ. princi
palis, vbi Card. nu. 7. Imola, num. 11.
& 13. de reſcrip. Abb. c. quoniam, nu
mero 10. cum ſeq. Fel. nu. 7. poſt Imo.
col. 8. de off. deleg. Barbat. ad Barto. l.
quod principi. ff. de leg. 2. Franc. c. ſta
tutum, col. 2. verſ. 4. aduerte, de re-
ſcr. in 6. Rolan. conſi. 39. nu. 16. vol. 1.
Ampliatur idem in legato de late
2 re, Gem. d. c. ſtatutum, num. 8. Franc.
colum. 2. verſi. quarto aduerte, poſt
Archid. col. 2. num. 3.
Secundo ampliatur, etiam ſi vica-
rius cępiſſet iam de cauſa cognoſce-
3 re, Franc. dicto verſ. quarto aduerte,
per gl. in d. cle. 2.
Declaratur, vt non procedat in ca
nonico eccleſiæ cathedralis, & alio
4 prælato, quia ſi deſinit eſſe canoni-
cus, vel Prælatus, non deſinit eſſe Iu
dex, Imola dicta clem. 2. num. 11. late
Fran. d. c. ſtatutum, col. 2. in prin. poſt
Bal. d. l. generaliter, nu. 9. C. de epiſc.
& cle. Fel. dicto c. quoniam, nume. 5.
Paul. de Caſt. conſ 288. ad primum
reſpon. nu. 3. vol. 1.
Subdeclaratur, quando remotus
5 fuiſſet à Prælatura, vel canonicatu
propter delictum, quia tunc deſinit
eſſe iudex, non tamen ſi remotus, vel
ſuſpenſus eſſet ab adminiſtratione,
Fran. & Bal. in locis præcitatis.
Secundo ſubdeclaratur, vbi cępiſ-
ſet canonicus de cauſa cognoſcere,
6 ſecus ſi res eſſet integra, quia tunc
deſineret eſſe iudex, Franc. d. loco.

*SVMMARIVM.*

1 *Regulæ Cancellariæ de triennali poſſeſ-
ſore non prodeſt Vicario epiſcopi de-
ſtituto.*
*Declaratur, nu. 3.*
2 *Vicarius epiſcopi iudicatur, ſicut vica-
rius perpetuus.*
3 *Vicarius epiſcopi repræſentat epiſcopũ,
licet confirmatus à Papa.*

## QVAESTIO XLVIII.

NEc decretum de pacifico poſſeſ
ſore editum in regula Cancel-
lariæ. 33. & in regno Franciæ, vt late
cri-



ſcribit Rebuf. tract. de pacif. poſſ. ne
poſſit moleſtari tam in poſſeſſorio
quam in petitorio quicumque poſſe
derit beneficium eccleſiaſticum triẽ
nio, poterit iuuare Vicarium epiſco
pi deſtitutum, ſecundum eundem
Rebuf. dicto tracta. numero 79. licet
enim habeat iſte Vicarius dignita-
tem & poſſit iudicari de eo ſicut de
2 perpetuo, vt idem tradit loco præcita
to, poſt Fel. c. G. perpetuus, nume. 2.
extra, de fide inſtru. Dec. ca. poſtula-
ſti, nume. 1 ad fin. extra, de reſcri. &
ſcripſi ſupra lib. 1. q. 4. tamen digni-
tas Vicariatus manat potius ab epi-
ſcopo cuius vices gerit, vt deducit Re
buf. dicto tracta. nume. 79. & ſcripſi
ſupra, libro primo, quæſtio. quarta.
quod tamen declarat, niſi Vicarius eſ
3 ſet à Papa confirmatus, numero 80.
quamuis impugnet poſtea declaratio
nem ibidem non enim minus repræ
ſentat epiſcopum Vicarius confirma
tus à Papa, Ruinus conſil. 148. nu-
me. 5. Picar. inter conſi. Menoc. 52. nu
mero 116. uol. 1. & dixi ſupra, lib. 2.
quæſtio. 57.

*SVMMARIVM.*

1 *Succeſſor in Vicariatu ſuccedit in cogni-
tione cauſæ delegatæ Vicario ſub no-
mine dignitatis.*
*Contra, nu. 3.*
*Declaratur, nu. 9. cum ſeq.*
2 *Legatum factum vicario ſub nomine di
gnitatis tranſit in ſucceſſorem.*
4 *Dignitas Vicariatus epiſcopalis Vica-
rio non competit iure proprio.*
5 *Legatum factum Principi, tranſit in
ſucceſſorem.*
*Legatum factum Auguſtæ, non tranſit
in ſuccedentem.*
6 *Princeps habet dignitatem iure proprio.*
9 *Auguſta coruſcat radijs dignitatis
Principis.*
8 *Dignitas nunquam moritur.*

## QVAESTIO XLIX.

SEd an cauſæ delegatio facta Vica-
rio epiſcopi ſub nomine dignitatis
tranſeat in ſucceſſorem, Paul. ape-
riens os glo. in cle. 2. de reſcrip. tenet
quòd ſucceſſor in Vicariatu ſuccedat
1 in cognitione cauſæ delegatæ Præ-
ceſſori, & eundem ſequitur ibi Card.
Anchar. col. 1. ad finem, quamuis ob-
ſcure, Prob. poſt. ad Io. Monac. c. ne
mo, nu. 23. & ſeq. de elect. Abb. c. quo
niam, nu. 10. cum ſeq. Barbat. nu. 45.
& 46. late Bero. diſſerens articulum,
nu. 100. cum ſeq. extra, de offi. delega.
Paul. de poteſt. capit. ſede vac. 2. par.
princi. q. 10. nu. 13. dicens communi-
ter teneri gloſ. dictæ cle. 2. & illi ſtan
dum eſſe propter eius auctoritatem,
Bertac. tract. de epiſ. lib. 4. par. 5. nu-
me. 39. & par. 6. titu. de Vica. epiſ. nu-
me. 14. vbi probat quòd vicarius epi-
ſcopi ſuccedit in legato facto ſuo prę
2 ceſſori ſub nomine dignitatis. hanc
eandem ſententiam obſeruari à com
muni practica in Vicario epiſcopi,
quia eius tribunal eſt perpetuum, tra
dit Pet. And. Gamb. de offi. & poteſt.
leg. à lat. lib. 8. nu. 9. Cucc. Inſt. iur. ca-
no. rub. de Vica. nu. 12. & ſeq. lib. 2. re-
ferens ita fuiſſe in Romana curia iu-
dicatum, teſte etiam Put. deciſ. 486.
lib. 2. Capra, concl. 37. nu. 32. & latiſſi
me omniũ pro hac parte, reſp. Hier.
Gabr. poſt hæc ſcripta viſus, conſi. 32.
nu. 7. 8. cum ſeq. vſque ad finem, lib. 2.
qui nu. 6. & 25. teſtatur hanc ſenten-
tiam eſſe veriorem & æquiorem, cu-
ius fundamenta nituntur ea ratione
quia præſupponitur quòd Vicarius
habeat iure proprio iuriſdictionem,
& quod commiſſio cauſę cenſeatur fa
cta intuitu tribunalis, non aũt perſo-
nę iuribus de quibus per eum.
3 Sed quod iſta delegatio non tran-
ſeat in ſucceſſorem, tenent Barto. d.
l. quod Principi, in fine. & in l. more.
vbi Fulgoſ. nume. 25. Iaſ. 65. Dec. 54.
Cac-

Caccialup.35.Roma.8.Curt.102. ff.
de iuriſd.om.iud.Franc. c.ſtatutum,
col.2. *ver.* quinto aduerte, poſt Ge-
min.ibi, num.8.de reſcrip.lib.6.Imo
Ia clem.2.num.11.cum ſeq.de reſcr.
Card. ſibi contrarius, in d.c.quoniã
Abb. Imola, num. 19. Dec. numero
nono, & latiſſime comprobat Bero.
num.100.referens hanc eſſe commu
nem opinionem Legiſtarum, & Ca-
noniſtarum, firmat Lap.alleg.89.Se-
baſt. Medic. tracta. morſomnia ſol.
concl.31.nu.33. ver.delegatio, & cõ
cluſ.110.nu.304. car.133. Crot.conſ.
102.num.14.vol.1.Guid.Pancir.qui
de Vicario Prætoris loquitur, conſi.
127.col.1.& 2.hanc etiam eſſe magis
communem Legiſtarum, & Canoni
ſtarum, & fuiſſe Romæ ſeruatam te-
ſtatur Gigas, conſ.48.Caualca.deciſ.
Seuiz.40.nu.22.dicens hanc eſſe re-
ceptiorem, & obſeruatam, & ſecun-
dum eam Papiæ iudicatum, ita etiã
fuiſſe reſolutum in Rota teſtatur
Achil.deciſ.331.& Caput.397. Man
tica poſt hęc ſcripta viſus, de coniec.
vlt.vol.lib.8.tit.17. num.3. Quæ qui-
dem ſententia ea potiſſimum ratio-
ne probatur, quia talis dignitas Vi-
carij, ſub cuius nomine fuit ſibi cau-
4 ſa commiſſa, non competit eidem iu
re propriò, vt declarat Bar. d.l.quod
principi, in fi. & in d.l.more, num.19.
& dixi ſupra, q.præced. Quando au-
tem dignitas non competit iure pro
prio ſed alieno, tunc commiſſio non
tranſit in ſucceſſorem, vt probatur
5 in legato facto Principi, quod trãſit
in ſucceſſorem, ſecus in legato facto
Auguſtæ, d.l.quod Principi. & ratio
6 eſt, quia Princeps habet dignitatem
iure proprio, ſed Auguſta coruſcat
radiis dignitatis Principis, Abb.&
7 alij, d.c.quoniam, & magis in termi-
nis, Bar.d.l.quod Principi.

Prout etiam quia, vt inquit Bero.
d.c.quoniam, *num.*100. cum ſeq.ſi
dignitas vicariatus haberet ſucceſſo
rem, & vacaret per mortẽ, prout ne-
ceſſe eſt dicere ſi tenere volumus,
quod delegatio trãſeat ad ſucceſſorẽ
& conſequenter morte non extin-
guatur, ſed vacet, ſequeretur, ꝙ à uo
luntate, & nutu epiſcopi non pende
ret facere Vicarium. Quinimo illum
facere, & creare teneretur, alioquin
lapſo termino legitimo poteſtas de-
uolueretur ad Papam, iux.tex.c.1.&
per totum, de ſuppl.negl.præla. Item
ſequeretur, quòd Vicarius reuocari
nõ poſſet ad libitũ epi, quia ſolo nu
tu quis põt priuari dignitate, & offi-
cio ſuo, niſi per Papã, vt no.c.fin.9.q.
3.ſed ad ſolum nutum epi, & ad eius
voluntatem ſpectat facere, & creare
vel nõ creare Vicarium, adeo quòd
ſi ipſe nunquam vellet põt hoc face-
re, c.1.& 2.de off.vic.in 6.no.in c.per
lectis, 25.diſt.cle.2.de reſcr. Ergo di
gnitas vicariatus nõ eſt perpetua, ſed
dicitur de nouo aſſumi, & in ea non
ſucceditur. Hæc tamen ratio ita ſub-
tilizata per Bero. videtur periculoſa;
quia licet epiſcopus poſſit ad libitũ
reuocare vicarium, tenetur tamen
& cogi poteſt illum ſibi de nouo cõ-
ſtituere, vt ſcripſi ſupra, li.1.q.46. Nec
dignitas vicariatus reputatur tẽpora
lis, ſed perpetua, vt dixi in q.proxi.
præcedẽti, & in hac ſpecie cõprobat
Gabr.d.conſ.32.nu.19.& 21. cũ ſeq.
Et ideo inhærendum eſt rationi prę
cedenti, cui non aduerſatur reſpon-
ſio Card.d.c.quoniam, prout illũ re-
fert Abb.ibi, nu.11. Dicens eſſe diffe
rentiam inter Auguſtam & Vicariũ
epiſcopi. Nam Auguſta participat de
dignitate mariti paſſiue, quia ipſa ni
hil agit, ſed Vicarius participat de
auctoritate epiſcopi actiue, quoniã
habet ordinariam iuriſdictionẽ, vt la
te ſcripſi ſupra, lib.2.q.55. Quia re-
plicatur pro communi ſententia,
quòd ratio quare commiſſio cauſæ
8 tranſit in ſucceſſorẽ eſt, quia digni-
tas ipſa nunquã moritur, c. ſi gratio-
ſe, de reſcrip. in 6. Dec.& alij, dicto
cap.quoniam. ſed iſta ratio ceſſat in
digni-



dignitate Vicarii, quæ expirat mor-
te, & reuocatione, ut late ſcripſi ſu-
pra, hoc eodem libro, q.32.& 44. er-
go ceſſare debet concluſio illa,
quod commiſſio cauſæ tranſit in ſuc
ceſſorem.

Ad tex.uero in d.c.1.de off. vic.in
6.reſpondeo trib.modis, vt per Bero.
d.c.quoniam, num.101.quem videas.

Ego in hac perdifficili quæſtione
crederem recurrendum eſſe ad con-
9 iecturas quibus percipi poſſit, an Pa
pa delegando cauſam vicario epiſco-
pi rationem habuerit tribunalis; tũc
enim ſucceſſor in officio poterit co-
gnoſcere, ſecus ſi rationem habuerit
perſonæ, quia tunc cognoſcere non
poterit, vt declarant, Butr.d.c.quo-
niam, num.20. & 25. Abb.nu.11.cum
concordantibus adductis per Gabr.
d.conſi.32.nu.1.& 2. Quibus ceſſan-
tibus in conflictu tantorum patrum
nunquam recederem in iudicando
à ſupradicta magis communi.

Quæ tamen declaratur, ubi Vica
rius eſſet conſtitutus ab ipſo epi-
10 ſcopo: ſecus ſi à ſuperiore, ut poſt
Legiſtas in d.l.& quia, & Canoniſt.
in d.c.quoniam reſp. Rolan.conſ.39.
nu.17.uol.1.

*SVMMARIVM.*

*1 Legatum factum vicario epiſcopi, an debeatur ſucceſſori.*

## QVAESTIO L.

HInc etiam alia quæſtio uenit
decidenda, ex qua etiam plures
ſimiles terminari poſſunt, quod ſi te
1 ſtator aliquid leget Vicario epiſcopi
& is Vicarius decedat uiuo teſtato-
re, legatum propterea ſucceſſori nõ
debebitur, ſecundum Barto. l.quod
principi, in fine. ff. de leg.2.Mant.en
chir. li.12.c.278. circa finem, Menoc.
conſi.257.num.91.vol.3.

*SVMMARIVM.*

*1 Epiſcopus cognoſcere poteſt cauſam delegatam eius Vicario, finito officio Vicariatus.*

*Contra, nu. 2.*

## QVAESTIO LI.

LIcet autem ſucceſſor in Vicaria-
tu non poſſit expedire cauſas de
legatas præceſſori ſub nomine digni
tatis, non tamen prohibetur epiſco-
1 pus illas cognoſcere, ſecundum Ge-
min.c.ſtatutum, de reſcr.lib.6.Inno.
c.eam te, num.5. ubi Abb. num.14.
de reſcr.Barbat. ad Bar.l.quod prin-
cipi, uer.c.ff.de leg.2.Bertac.tract.de
epiſ.lib.4.par.5.nu.59.
2 Sed contrariam ſententiam te
nent Pau.& Card.cle.2.q.9. de reſcr
nbi 1mo.nu.14.in fine, poſt Fran.&
alios.c.ſtatutum, de reſcr.lib.6. Cum
enim ſeparatum ſit auditorium de-
legati Papæ, & epiſcopi non debet
commiſſio cauſæ extendi ad alium
quam ad ipſum delegatum, ut ſcripſi
ſupra lib.2.q.135. Vbi uide.

*SVMMARIVM.*

*1 Sindicari debet vicarius epiſcopi ſicut alij officiales finito officio.*

*2 Conſuetudo ſeruanda eſt in materia ſindicatus contra Vicarium epiſcopi.*

*Declaratur, nu.3.*

QVAE-

## QVAESTIO LII.

VLterius quæro, an Vicarius epi
ſcopi finito officio debeat ſin-
dicari, quemadmodum alij officiales
& iudices Ciuitatum. Et ſindicari de
bere probat rubrica, vt omnes iud.
tam ciuil. quam crim. cum nigro ibi
in ver. vicarius, ſcribit Paris de Put.
tract. de ſindica. in princ. late Cara-
uit. ſuper ritu magnæ cur. 265. per to
tum. Quicunque enim ſuſcipit alie-
nam adminiſtrationem, tenetur re-
gulariter reddere rationem, iuxta il
lud euangelium, Redde rationem
villicationis tuæ, c. qualiter, & quan-
do, lo ſecondo, extra de accuſa. Soc.
conſ. 413. quod citat in propoſito,
Rolan. conſi. 49. num. 2. vol. 1. Et ſpe-
cialiter, quòd vicarius iuriſdictionis
epiſcopalis teneatur reddere ratio-
nem officij, & iuriſdictionis, tradit
Pauin. tract. de offi. & pote. cap. ſede
vacan. 2. par. prin. q. 8. Conci. Trid. c.
16. ſeſſ. 24. in decreto de reform. Sed
quoniam quælibet prouincia & ciui
2 tas habet ſuas conſuetudines in ma-
teria ſindicatus, propterea non eſſet
ab illis recedendum, Clar. prac. cri. §.
fi. q. 35. ver. fuit aliquando, quod ve-
3 rum putarem vbi ab epiſcopo, vel
alio ſuperiore eccleſiaſtico eſſent cō
firmatę, vt reſpondit Ancha. conſ. 18.
num. 2. 3. cum ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa committi non debet extra ciuita
tem vel diœceſim, quando reus, &
actor ſunt eiuſdem diœceſis.*
2 *Vicarius epiſcopi vigore reſcripti Papa-
lis, extra dięceſim conueniri poteſt.
Contra, nu. 3.*

## QVAESTIO LIII.

ET quoniam Bonifacius, huius
nominis octauus, inter cęteras
cōſtitutiones quas edidit circa iudi-
ces ab Apoſtolica ſede deputandos,
ſanciuit, quòd vbi actor, & reus fue-
rint eiuſdem ciuitatis ſeu diœceſis
cauſa committi non debeat extra ip
ſam ciuitatem, vel diœceſim, niſi ab
1 epiſcopo contra aliquem de ſua dię-
ceſi, vel ab aliquo contra eum aut cō
tra eius capitulum ſit actio dirigen-
da, quo caſu poteſt etiam extra ciui-
tatem, & diœceſim contra epiſcopū
aut contra capitulum committi, non
tamen vltra vnam dictam à fine ſuæ
dięceſis, vt legitur, c. ſtatutum. §. cū
vero, vbi glo. Ioan. And. & alii, de re-
ſcr. in 6. qui alios etiam caſus refe-
runt, in quibus licet committere cau
ſam extra diœceſim. Quæro nunc,
an diſpoſitio, dicti §. cum vero, exten
datur ad vicarium epiſcopi. Pone
enim, quòd aliquis de ipſo vicario
conqueritur aſſerens ſe iniuſtè ex-
communicatum, vel vicarium iniu-
ſtè iudicaſſe aut per ſordes, aut per
gratiam, an poterit vicarius trahi ad
iudicium in loco vicino ſuæ diœce-
2 ſis. Et poſſe ſenrit Bertach. tracta. de
epiſ. par. 6. lib. 4. tit. de vic. epiſ. nu. 18.
dicens, quod Vicarius epiſcopi vigo
re reſcripti Papalis poteſt conueniri
extra diœceſim in loco vicino, poſt
Io. And. & alios, d. § ſi vero.

Sed contrarium probant Docto-
res, d. §. cum vero, vbi late Archid.
col. 9. ver. ſed cum iſta littera, addu-
cit tex. in d. §. cum vero. ibi contra
3 prædictos; quaſi dicat non contra
alios. Et ſic quod non poteſt commit
ti cauſa contra vicarium extra diœ-
ceſim, arguendo ab incluſione epi-
ſcopi, & capituli, ad vicarii excluſio-
nem. Et quamuis idem cōciſtorium
ſit epiſcopi, & vicarii, c. 2. cum glo. &
Doct.



Doct. de conſue. lib. 6. & dixi ſepius,
& propterea ſicut contra epiſcopū
cauſa committi debet extra diœce-
ſim non vltra dietam eodem modo
contra vicarium, vbi tamen vicarius
conueniretur ex delicto, vel epiſco-
pus, non videtur militare argumen-
tum ab identitate Conciſtorij, vt de-
clarat Archid. loco præallegato, ea ra
tione, quia contra conuentum ex de
lictis dirigitur actio in perſonam, nō
autem in conciſtorium. Et quia ſi Vi
carius eſſet officio ob delictum ceſſa
ret etiam identitas conciſtorii, & ab
ſonum eſſet nimis trahere illum ex
tra ſuam diœceſim contra formam
dicti §. cum vero, & c. nonnulli, de re
ſcrip. & c. olim, de excep. & vtrobiq;
Doct. & c. neminem, 3. q. 6. c. fin. vbi
Abb. & alij, de iud. prout ſic declarat
Archid. d. §. cum vero.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælati committentes vices ſuas ſub
annuo cenſu, puniuntur.*
2 *Vicarius qui dedit pecuniam epiſcopo,
vt illum faceret vicarium, priuari de
bet officio vicariatus.
Ampliatur, nu. 4.*
3 *Vicarius recipere debet ſalarium de
Camera epiſcopi, nec proprijs ſtipen-
dijs militare.*

## QVAESTIO LIIII.

PLacuit etiam Alexandro tertio,
in concilio Lateranēſi, & in Tu
ronenſi punire prælatos, uices ſuas
1 ſub annuo cenſu committētes, vt in
c. 1. & c. 2. ubi Doct. extra ne prælati
vic. ſuas, Lancellot. §. demum, Inſt.
iur. cano. de ſimon. Quæro igitur in
propoſito, qua pœna puniri debeat
Vicarius, qui dedit pecuniam epi-
ſcopo, ut illum faceret Vicarium.
Reſpondeo, quòd priuari debet offi
2 cio Vicariatus. d. c. 1. & 2. utrobique
Abb. qui optime factum dicitur, ea
ratione, quia Vicarius debet recipe
re ſalarium de Camera epiſcopi nec
3 proprijs ſtipendijs militare, gl. d. c. 1.
uer. quantitatem, & c. 3. uer. ſtatuan-
tur, c. ſi epiſcopus, cum gl. in uer. ip-
ſe, & ibi Doct. de offi. ord. in 6. ſcripſi
etiam ſupra libro primo, q. 55. Non
autem epiſcopus à Vicario, ne ex hu
iuſmodi labe ſimoniæ Vicarii, ut ali
quid lucrentur præter ſortem indu-
cantur per fas, & nefas ad extorquē-
dum pœnas, in ęre vbi in corpore
luendę forent, & facere modicas cul
pas grauiores, in ſubuerſionē iudi-
ciorum, & diſpendium ſubditorum,
& grauamen.

Ampliatur, etiam ſi epiſcopo fue-
4 rit data pecunia, vt faceret vicarium
in temporalibus, Abb. c. 2. num. 2. &
in c. conſulere, extra de ſimon. gloſ.
d. §. demum. in uer. uices ſuas, Inſt.
Lancellot. de ſimon.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi differendo pœnam de
linquentibus per gratiam vel diſſi-
mulationem, punitur.*

## QVAESTIO LV.

QVid autem ſi epiſcopus differat
delinquentibus per gratiam,
uel diſſimulationem pœnas
legibus impoſitas, an puniatur. Et pu
1 niri dicit Paui. de offi. & poteſt. cap.
ſede uac. 2. par. prin. q 10. nu. 24. per
text. in l. 1. de deſer. lib. 12. & Bald. l.
presbyteri, la 1. nume. 12. C. de epiſ.
& cleri.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi pro debitis aliorum Vi
cariorum non tenetur.*

X QVAE-

# QVAESTIO LVI.

SEd pro debitis aliorum Vicariorũ
nequaquã teneri Vicarium epi-
1 ſcopi probat rub. cum nigro, C. ut
nullus pro debito al. gra. & C. vt nul.
Vica. pro aliorum vica. deb. ten. lib.
11. & in ſpecie noſtra, Paui. de poteſt.
capitu. ſede vacan. 2. par. princi. q. 10.
nume. 24.

*SVMMARIVM.*

1 *Poteſtas punire poteſt ſuos officiales quos elegit, delinquentes in officio.*
2 *Epiſcopus punire poteſt Vicarium delinquentem.*
*Contra, nu. 3.*
*Declaratur, nu. 7. cum ſeq.*
3 *Vicarius epiſcopi peccans in ijs quæ ſunt iuriſdictionis, non punitur ab Archiepiſcopo.*
*Contra, nu. 3.*
*Declaratur, nu. 10.*
4 *Nec dicitur ſubditus epiſcopo quo ad iuriſdictionem.*
5 *Epiſcopus tenetur de delicto ſui Vicarij in officio.*
*Declaratur, nu. 10.*
6 *Et exhibere Vicarium delinquentem.*
7 *Baro non poteſt punire ſuos officiales.*
8 *Vicarius epiſcopi male agens vt priuatus non dicitur gerere vices epiſcopi, ſed illi ſubditus eſt. & nu. 9.*
11 *Epiſcopus non poteſt in propria cauſa iudicare.*
12 *Vicarius capituli ſede vacante punitur ab epiſcopo nouo.*
13 *Vicarius epiſcopi non poteſt conueniri durante officio.*
14 *Epiſcopus poteſt eſſe iudex ſubuicarij.*

# QVAESTIO LVII.

SEd nunquid epiſcopus punire poſ-
ſit eius Vicarium delinquentem.
Dubium faciebant dicta Bar. & Alex.
in Apoſt. l. abſentem. §. ſi quos. ff. de
1 pen. Vbi Rector ſiue Poteſtas punire
poteſt eius officiales delinquentes
in officio, non ſi extra officium in
alium delinquerent, Bal. l. 1. §. fami-
liæ. ff. de publ. iud. Paris de Put. tracta.
de ſind. §. Poteſtas, lo 4. ver. iudici, fol.
40. vbi declarat verum in officiali-
bus quos ſibi elegit, Afflict. ſuper con
ſtitu. regni incipiente, iuſtitiarij per
prouincias, no. 7. quos refert & ſequi
tur Carauita ritu 49. nu. 10. Boer. q. 9.
numero quarto cum ſequen. par. 1.
hanc etiam partem probat Specula.
de compet. iud. adit. §. ſequitur. num.
3. dicens quod de maleficio vel quaſi
officialis epiſcopi commiſſo in offi-
cio, vt puta in ſententia vel proceſſu
2 agendum eſt coram epiſcopo cuius
eſt officialis, non autem coram Ar-
chiepiſcopo, niſi epiſcopus requiſitus
nollet cauſam cognoſcere, ſequitur
Bal. ibi in addit. Paui. de off. & poteſt.
cap. ſede vac. 2. par. princ. q. 10. nu. 22.
poſt Cardi. rub. q. 11. de reſcrip.
3 Sed verius eſt quod epiſcopus nõ
poſſit eius Vicarium punire. & ratio
eſt quia vbi Vicarius peccat in ijs
quæ ſunt iuriſdictionis vel circa offi-
cium, punitur ab Archiepiſcopo ſe-
cundum glo. c. 1. in ver. rationabili, de
offi. Vic. in ſexto, Innoc. & Archid. c.
Romana, §. fi. de foro compet. lib. 6. &
4 quo ad iuriſdictionem & illa quæ ra-
tione officij poteſt exercere, non di-
citur ſubditus epiſcopo neque mi-
nor illo, Bero. conſi. 22. nu. 13. vol. 1.
Pro ut etiam quia epiſcopus non po-
teſt eſſe iudex in cauſa ſui Vicarij vt
dixi ſupra, lib. 2. q. 137. ergo nec il-
lum punire poteſt ex defectu iuriſdi
ctionis, toto titulo, ſi à non compet.
iud. ne alias dicatur iudicare in pro-
pria cauſa, vt dixi in dicta q. 137. ſicut
etiam quia epiſcopus tenetur de de-
licto ſui vicarij vel officialis delin-
quentis in officio, Rota, deciſ. ſexta
alias 278. in no. de offi. vica. & deciſ.
ſexta



ſexta, in antiq. & in antiquioribus de
ciſ. 1. per. Biſſig. & vtrobique Papaz.
in Apoſt. Archid. Anchar. & Gemin.
c. ſi epiſcopus, de off. ord. in ſexto, Fe-
li. c. Petrus, nume. octauo, extra de
homic. & c. cum ordinem, nu. 6. extra
de reſcrip.
5 Nec non etiam & quia epiſcopus
tenetur exhibere vicarium vel offi-
cialem delinquentem, Paui. de off. &
poteſt. capit. ſede vac. 2. par. princi. q.
10. nume. 23. Vnde cum non conue-
niat ſibi ipſi illos exhibere, ne ſit iu-
dex & pars, merito illum punire non
poterit. & hac ratione & alijs ſupe-
7 rius deductis, Barones non poſſe pu-
nire ſuos officiales late deſſerendo
concludit Carauita ritu 49. numero
21. cum ſeq. & nu. 18. 19. cum ſeq. poſt
Boer. dicta deciſ. 9. per totam, parte
prima.
8 Declaratur, quando vicarius delin
queret circa iuriſdictionem, ſecus ſi
tanquam priuatus: tunc enim dicitur
epiſcopo ſubditus ſicut alij, glo. c. 1.
ver. ex rationabili, de off. vicar. in 6. &
ibi Archid. & alij, iterum Archid. cap.
Romana. §. nec etiam, & Innocen. ca.
fi. de foro compet. libro ſexto, facit
quod ſcribit Dec. c. ſanè, col. 2. extra,
de off. delega. Vbi ſi Vicarius epiſco-
9 pi male agit tanquam priuatus, non
dicitur gerere vices epiſcopi, ſecus ſi
tanquam iudex. ita declarando Ca-
ſtrenſ. conſi. 417. col. fi. Brun. conſi. 89.
nume. 14. & ideo ſicut epiſcopus po-
teſt ſubditos delinquẽtes punire, ita
videtur poſſe punire vicarium ſi de-
linquat tanquam priuatus.
10 Sed contra hanc declarationem fa
cit dictum Specula. de compet. iud.
adit. §. ſequitur, nume. 3. Vbi quod de
maleficio vel quaſi officialis epiſcopi
cõmiſſo in officio, vt puta in ſentẽtia
vel proceſſu, agendum eſt coram epi
ſcopo cuius eſt officialis, non coram
Archiepiſcopo vel eius officiali, niſi
epiſcopus requiſitus nolit cauſam co
gnoſcere, cuius dicta ſequitur Bal. ibi
in addit. §. fi. verſi. officiales. Paui. d. q.
10. nu. 22. in fine, poſt Card. rub. de re
ſcrip. q. 1. Feder. conſi. 110. & dixi ſu-
pra, lib. 2. q. 59. Ego tamen crederem
hanc ſententiam ſpeculatoris eſſe ve
ram in illis caſibus in quibus epiſco-
pus non eſſet in aliqua culpa & in
quibus non teneretur ex facto vica-
rij, vt dixi, d. q. & ſupra hoc eo. libro
11 q. 29. & 30. Alioquin ſi ét epiſcopus
in iſtis iudicaret fungeret officio par
tis & in ppria cauſa iudicaret cõtra
Bal. l. obſeruandum, §. proficiſci, nu.
1. ff. de off. proconſ. & contra ea quæ
ſuperius dicta ſunt.
Secundo declaratur vt non habeat
locum in vicario capituli ſede vacan
te, qui ſi in officio delinquit, ab epi-
12 ſcopo puniri poteſt promoto ad illũ
epiſcopatum, Concil. Triden. cap. 16.
ſeſſ. 24. in decreto de reformat. Vbi
ampliat, etiam ſi vicarius abſolutio-
nem à cap. impetraſſet.
Tertio declaratur, vt non poſſit cõ
ueniri durante Vicariatu, ſed officio
finito probatur l. nec Magiſtratibus
13 ff. de iniur. per quem ſic dicit Paui.
trac. de pot. c. ſede vac. d. q. 10. nu. 23.
Quarto declaratur, vt non proce-
dat in ſubuicario, cuius epiſcopus iu
dex eſt Gemin. capitulo primo, per
illum tex. numero 2. de offi. Vica. li-
bro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius epiſcopi vſurpans ſibi iura epiſcopalia non debet amplius admitti ad officium Vicariatus.*

# QVAESTIO LVIII.

ILlud etiam non omitto, quòd ſi Vi
carius vſurparet ſibi iura epiſcopa
lia contra formam Vicariatus, exiſti-
1 marem non debere amplius admitti
ad executionem officij Vicariatus

ne dum in eodẽ epiſcopatu, ſed nec
etiam in alio, ex not. c. illud, vbi glo.
& Canoniſtæ, & in ſpecie Soci. nu. 2.
ext. de exceſſ. præla.

*SVMMARIVM.*

1 *Commiſſio impetrata contra canonicos, & capitulum, non comprehendit epiſcopum, neque Vicarium.*
2 *Vpiſcopus, & Vicarius non ſunt canonici, neque capitulum.*

## QVAESTIO LIX.

SI autem aliqua commiſſio fuerit
impetrata contra canonicos, & ca
1 pitulum, in qua nulla mentio fiat de
epiſcopo, nec de vicario, non com-
prehendi epiſcopum, neque vicariũ,
tanquam non ſint, neque canonici,
2 neque capitulum, & minus pars ca-
pituli, ſcribunt Card. cle. vt hi. §. illi
vero, de ætate, & qualit. ver. decimo
quæro, in fi. & Caputaq. deciſio, 153.
par. 1. nu. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus agere poteſt pro iniuria illata eius Vicario.*
*Ampliatur, nu. 3.*
*Declaratur, nu. 8. cum ſeq.*
2 *Eccleſia agere poteſt pro iniuria clerico illata.*
4 *Rebellio facta in perſonam Vicarij imperialis perinde eſt, ac ſi facta eſſet in perſonam Imperatoris.*
5 *Vicarium Cæſaris offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſicut Cæſarem offendens.*
6 *Iniuria facta Regio officiali ſpectat ad ipſum Regem.*
7 *Vicarium, vel nuncium epiſcopi offendens, offendit epiſcopum.*
*Declaratur, nu. 8. & nu. 11.*
9 *Conſiliarium principis occidens non in contemptum dignitatis, ſed ratione odij priuati non incidit in crimen leſe maieſtatis.*
*Contra, nu. 10.*
12 *Iniuria, quando facta dicatur ratione officij, vel odij priuati.*

## QVAESTIO LX.

SIcut autem epiſcopus poteſt vica-
rium delinquentem in alium, vti
priuatum, punire ſi culpa careat ipſe
epiſcopus, vt fuit ſuperius demon-
1 ſtratum. Ita etiam agere poteſt pro
iniuria illata eidem Vicario, uel ſub-
dito, Bar. l. fi. §. fin. vbi etiam apoſt. ff.
de iniur. Bald. marg. in ver. clericus,
Bertac. trac. de epiſ. lib. 4. par. 3. nu. 15.
& 18. poſt Innoc. & alios, c. dilectis, ex
tra de app. Io. And. c. ad Apoſtolicæ,
de re iud. lib. 6. remiſſiue, Paui. de po
teſt. cap. ſede vac. 2. par. princip. q. 10.
nu. 24. poſt Card. cle. 1. de reliq. & ve
ner. ſanct. Et alias eccleſiam agere
2 poſſe pro iniuria illata clerico, tradit
Abb. c. cum contingat, ext. de ſenten.
excom. Fol. prac. crim. cano. par. 2. tit.
accuſ. porrect. nu. 55. cum ſeq.
Ampliatur, vt conſpirantes clerici
3 in Vicarium epiſcopi, vel illi contu-
melias inferentes teneantur eadem
pena qua conſpirantes in ipſum epi
ſcopum, ut probat Bar. extrauag. con
tra rebel. in ver. rebellando, nume. 4.
Franc. Marc. q. Delph. 618. in fi. par. 2.
4 vbi rebellio facta in perſonam Vica-
rij imperialis, perinde eſt, ac ſi eſſet
facta in perſonam Imperatoris, & in
curritur crimen læſæ maieſtatis. Et
ita incidere in pœnam leſæ maieſta-
5 tis, qui offendit vicarium Cæſaris, ſi-
cut ille, qui Cæſarem, reſpondit Me-
noc. conſi. 99. nu. 49. in 1. poſt Gig. de
crim. læſæ maieſt. lib. 1. q. 6. Et quod
iniuria facta officiali Regio ſpectet
6 ad ipſum Regem, ſcribit late, Afflict.
ſuper conſt. regni, rub. de iniur. per-
ſo. cur. irrog. in cõſti. incip. obſeruẽt,
nu. 2. Et expreſſe, quod offendens vi
carium,



carium, vel nuncium epiſcopi, ipſum
7 epiſcopum offendere videatur, dicit
Bal. l. ſed ſi hac. §. ſemper, in fi. ff. de in
ius voc. firmat Paui. de pot. cap. ſede
vac. 2. par. princ. q. 10. nu. 34. Mandoſ.
comment. regu. Cancel. 24. de male
promotis. q. 6. nu. 4.
Declaratur hæc ampliatio, quan-
do conſpiraſſet quis in Vicarium epi
8 ſcopi, vel illi feciſſet iniuriam ratio-
ne officij, non ſi propter factum ip-
ſius Vicarij, ut quia illum male tra-
ctauit, & ratione odij priuati non au
tem in contumeliam, neque in con-
temptum dignitatis, ſed vt priuatũ,
Bar. l. 1. §. fi. ff. de iniur. & l. hoſtes, col.
fi. ff. de captiuis, ſequitur Rolan. con-
ſil. 48. nu. 9. in 2. vbi etiam, nu. 10. re-
fert ex Iſern. ritu. quæ ſint regal. uer.
committen. crimen, Carrer. pract. cri
min. §. homicidium, nu. 109. Gigas, d.
tract. de crim. læſæ maieſt. quæſtio. 4.
libro 1.
Quod occidẽs conſiliarium Prin-
9 cipis ratione odij priuati, & non in
contemptum dignitatis, non incidit
in crimen læſæ maieſtatis, & num. 8.
quod eſt differentia inter iniuriam
illa tam famulo, vel ciuitati in odium
ipſius, ab illa, quæ fieret in contume-
liam epiſcopi, Clar. §. leſe maieſtatis,
verſ. quæro etiam, licet ipſe ſolus in-
10 diſtincte teneat, quod offendens
conſiliarium Principis, Principem
offendere dicatur, & ideo incidat in
crimen læſæ maieſtatis, pulchre Me-
noc. conſi. 107. nu. 23. in 2.
11 Et magis in terminis, quod epiſco
pus agere non poſſit pro iniuria illa
ta Vicario, niſi fuerit facta in contu-
meliam ipſius epiſcopi, tradit Berta-
chin. d. trac. de epiſ. lib. 4. par. 3. tit. de
poteſt. & auct. epiſc. in tempor. circa
perſonas, nu. 15. poſt Bar. d. l. 1. §. fi. ff.
de iniur.
Tunc autem facta videtur iniuria
12 ratione officij, non autem ratione
odij priuati, quando eſt in executio-
ne ipſius officij, Rolan. alios referẽs,
d. conſi. 48. nu. 12. latius, conſi. 1. nu-
me. 32. in 3. Menoc. dicto conſil. 99.
nu. 19. in 1.
Et hæc pro abſolutione operis ſa-
tis eſſe putaui ad laudem Dei Opt.
Max. & glorioſæ Diuæ Virginis Ma-
riæ Genitricis.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIV... GRANA...